

P. VIRGILII MARC

O P E R A

IN DVAS PARTES DISTRIBV

EX RECENSIONE

ET

CVM ANIMADVERSIONIBVS

PETRI BVRMANNI.

PARS ALTERA.

LIPSIAE

IMPENSIS GOTTH. THEOPH. GEORGI.

MDCC, XXIV.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PRAEFATIO.

Eadem fere ratione, qua in edenda adornandaque prima Operum Publii Virgilii Maronis parte vsi sumus, et hac quoque altera obseruata, nobis plane non opus esset lectores nostros de consilio, quo hoc opus aggressi sumus, monere, nisi pauca mutata additaque essent, de quibus arbitramur ipsos commonefaciendos, vt intelligant nos omni fide dexteritateque officio, a Bibliopola nobis imposito, fuisse defunctos. Cum enim ille animaduersiones Burmanni nomine insignitas, vti iam in praefatione prioris monuimus partis, Virgilio addi vellet, et hac in parte eas ita collocandas statuimus, vt eius consilio nostrisque omni modo satisfieret promissis. At cum Burmannus ad Aeneidos librum septimum tantum operis praeesse potuerat, et morbo correptus Burmanno Jun., Viro Celeberrimo, hoc munus

delegauerat, pauciores inuenimus ſequioribus libris obſeruationes, quibus nomen Burmanni additum eſſet; vnde conſilium cepimus, ne Virgilius quamplurimis in locis orbus maneret notis, et vt haec pars priorem magnitudine aequaret, notas ſubſtituere in editione Burmanniana nullo nomine deſignatas. Has quidem obſeruationes, vt eo facilius a reliquis Burmanni diſcerni diſtinguique poſſent obſeruationibus, quibus ipſius nomen additum eſt, hoc ſigno) notare placuit; quanquam non diffitemur, eas ita comparatas eſſe, vt a perſpicaci lectore, nobis etiam non monentibus, facile dignoſci queant; nam eas non tanto ſtudio tantaque cura, quae in ceteris deprehenditur, elaboratas, concinnatas conſcriptasque eſſe, quilibet facile perſpiciet; vnde ſuſpicari licet, eas minoris valoris reliquis Burmanni animaduerſionibus, et ſaltem in margine Virgilii notatas, et ex Excerptorum Libris, prouti ipſe in quibusdam paſſim profitetur, adiectas eſſe; vt de variis lectio-

ctionibus, in hoc vel illo codice repertis, lectoribus constaret. Veniam itaque hac in re nos ab aequis lectoribus impetraturos esse speramus, praesertim cum lectionem Virgilii hac ratione vtiliorem reddere studuimus, et plura praestare curauimus, quam ab initio promiseramus.

Ab hac editione Culicem, Cirim et Catalecta, adiecta Virgilii operibus a Burmanno curatis, abesse noluimus, ne detruncatum Virgilium in manus lectoribus dare videremur. Cum autem haec poemata in Burmanniana editione omnibus priuata animaduersionibus conspiciantur, orbata illa admodum doluimus, atque commoti dolore orbitati huic ita succurrere constituimus, vt Burmanni Junioris sequeremur consilium, quo in praefatione priori Virgilii Tomo praemissa, Lindenbruchii et Scaligeri doctissimis lucubrationibus emendationibusque ea ornanda atque concinnanda censuit maluitque. Vnde nos nequaquam in reprehensionem incurrere existimamus,

 huic

huic nos egregio laudabilique accommodantes consilio: damus itaque et hic horum duumvirorum perelegantes obseruationes in haec poemata, quibus multa loca, librariorum incuria correpta et mutilata, ita integritati suae restituta conspeximus, vt sensus non solum facilior euaderet, sed etiam ectorum animi magno multifariae eruditionis apparatu, quo refertae sunt hae animaduersiones, delectati ita pascerentur, vt cum gratia ac dulcedine ea legerent, nec non fastidiose seponerent. Ingens sane nec non laudabile studium multamque operam hos duumviros in explicandis his poematiis adhibuisse, quilibet aequus rerum aestimator veraeque eruditionis amicus ingenue profitebitur, easque vbique magno summorum virorum nomine dignas censebit. Vt autem ipsae discernerentur obseruationes, Lindenbruchianas littera L. notauimus, ne in errorem inducerentur ii, quibus Scaligeri et Lindenbruchii ad manus non sunt editiones.

Prae-

Praeterea indicem quoque adiecimus, neque admodum breuem, neque admodum longum, ſed qui medius quaſi inter vtrosque iaceret. Longiorem enim qui deſiderent, eos ad Erythraei indicem omnibus Virgilii editionibus aptatum accommodatumque ablegamus; quibus vero breuior placeat, his alios commendare minoribus adiectos editionibus confidenter tutoque poſſumus. Praeprimis vero in indice illo conficiendo ſpectauimus hoc, vt plerarumque rerum et verborum plurimorum, in animaduerſionibus illuſtratorum explicatorumque, haberetur ratio, quo factum eſt, vt multae voces, quarum ſane mentionem haud facile feciſſemus, irrepſerint, quaque in re vt nobis ignoſcant, lectores noſtros enixe rogamus. Neque ſicco, vt aiunt pede, Culicem, Cirim et Catalecta, prouti plurimis in editionibus Virgilii factum eſſe vidimus, praeterire, ſed quam plurimorum verborum, rerumque notabilium mentionem in indice facere voluimus, vt et hac in parte

officio

officio noſtro multorumque ſatisfaceremus deſiderio.

Plura dicere, propter temporis penuriam, operarumque feſtinationem, neque licet neque lubet, et nihil nobis reſtare videtur amplius, quam vt rogatos cupiamus, ne noſtram hanc qualemcunque operam ſibi non diſplicere ſinant veterum ſcriptorum inprimis poetarum amatores; qua non vanam gloriolam, ſed vtilitatem ex lectione Virgilii redundaturam ſpectauimus, potiſſimum vero vt Bibliopolae voluntati ſatisfieret; quare fauori lectorum, quem omnibus modis promereri ſtudebimus, nos noſtrasque commendamus res. Scr. Lipſiae d. xv. Octbr. A. R. S. CIƆIƆCCLXXIII.

Ioh. Georg. Frid. Franzius.

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS.
LIBER SEXTUS.

Sic fatur lacrimans, classique inmittit habenas,
Et tandem Euboïcis Cumarum adlabitur oris.
Obvertunt pelago proras: tum dente tenaci
Ancora fundabat navis, et litora curvae
Praetexunt puppes. Iuvenum manus emicat ardens
Litus in Hesperium: quaerit pars semina flammae
Abstrusa in venis silicis: pars densa ferarum
Tecta rapit, silvas: inventaque flumina monstrat.
At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
Praesidet, horrendaeque procul secreta Sibyllae,
Antrum inmane, petit: magnam cui mentem animumque

Delius

6 SEMINA FLAMMAE] Pindar. VII. Olym. 87. *Σπέρμα Φλογός.* ubi vid. Schol. et III. Pyth. 67. et Lucret. VI. 159.

7 ABSTRVSA] *Obstrusa* alter Menagianus, Zulichemius et duo Moretani. Excerpta vero nostra a m. sec. *Abstrusa venis silicum.*

8 TECTA RAPIT, SILVAS: INVENTAQVE FLVMINA MONSTRAT] Distingue cum Gudiano, primo Rottendorphio, altero Menteliano aliisque nonnullis, *pars densa ferarum Tecta rapit, silvas.* ut infra hoc ipso libro 179. *Itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum.* Concinnius etiam Gudianus a manu secunda, *inventaque flumina monstrant. pars monstrant.* Ita distinguit etiam Wittianus. nescio an hunc locum memoria male fida depravatum obtulerit Lutatio ad Stat. I. Theb. 377. ubi citat, *Pars densa ferarum Excutiens stabula.* nam nihil simile alibi reperio. inf. 179. habet, *stabula alta ferarum.* sed Virgilium aemulatus Lucan. lib. IV. 100. *tecta ferarum* vocat silvas, et *lustra*, ut alii adpellant. Ruaeus explicat, colligit ligna arborum, quae sunt domus ferarum. Trappeus, occupat rapide silvas.

11 PETIT] *Subit* Parrhas. perperam. deinde enim demum subibit, nunc iter ad illud tendit. *magnas in praelia mentes* dixit Stat. V. Theb. 6. mox *subeunt*, quia non tantum Aeneas

et

Delius inspirat vates, aperitque futura.
Iam subeunt Triviae lucos, atque aurea tecta.
Daedalus (ut fama est) fugiens Minoia regna,
Praepetibus pennis ausus se credere coelo,
Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos,
Chalcidicaque levis tandem super adstitit arce.
Redditus his primum terris, tibi, Phoebe, sacravit
Remigium alarum, posuitque immania templa.
In foribus letum Androgei: tum pendere poenas
Cecropidae iussi (miserum!) septena quot annis

Cor-

et Achates, sed ceteri etiam Troiani comites. nam inf. v. 34. praemisso Achate, ideoque eo absente, tamen dixit, *perlegerent*. alii adsunt v. 41. vid. infr. 477.

14 REGNA] *Tecta* Venetus ex versu praecedente: et solebant Librarii has voces commutare, ut saepe apud Ovidium. vid. XI. Met. 284. Lucan. IX. 458. et alibi.

16 PER ITER] *Pariter* Francianus. *errravit* Wittian. hic frontem Harduini mirari satis non possum, qui ubi hanc Metaphoram *nare*, pro volare damnavit soloecismi, addit Quinctilianum, ut hoc vitium exaltet, etiam Virgilium, de apibus dixisse *nare*. quod mentiri eum adfirmat, et nusquam ita locutum Virgilium ait. sed an in Georgicis, quae verum Maronis opus agnoscit, non dixit, IV. Georg. 58. de apibus, *nare per aestatem liquidam*. ubi si qua durities videtur, eam mollit addito *liquidam*, quasi aquosus esset aër et humidus. et Lucret. III. 590. dicit, animam *enare in aëris auras*.

18 HIS] *Hic* Zulichemius. recte: ut puto, qui se coelo crediderat, hic redditur terrae, hominibus propriae. ut bene Servius. sic de Piratis, qui teste Floro III. 6. *in aquas* SVAS *refluxerant*, Pompeius *terrae* SVOS *homines reddidit*. vid. ad Ovid. II. Amor. IX. 30. et hinc *terreni homines* Lucan. VI. 401. ubi plura. vid. inf. v. 152. et hac occasione forte emendandus est locus Manilii v. 379. *Pascere aves Veneris gaudent, et reddere caecas, Ac certis revocare notis.* ubi le caecis columbis nugae sunt. Bentleius, ut audax est, legit, *et credere campo*, nulla similitudine vocum *caecas* et *campo*. leviori mutatione malim legere, *et reddere coelo*. clausas turribus, elemento suo reddere. videant eruditi.

21 MISERVM] Heinsius in ora codicis, pro *miserorum* natorum corpora capiebat. sed est interiectio, ut recte Servius. vid. ad IV. Georg. 130. pro *misere* Serv. ad I. Aen. 251. *septena* hic pro bis septem poni vult Guellius.

23 RE-

Corpora natorum; ſtat ductis ſortibus urna:
Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus:
Hîc crudelis amor tauri, ſuppoſtaque furto
Paſiphaë, mixtumque genus, proleſque biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandae:
Hîc labor ille domus, et inextricabilis error.
Magnum reginae ſed enim miſeratus amorem
Daedalus, ipſe dolos tecti ambageſque reſolvit,
Caeca regens filo veſtigia. Tu quoque magnam

Par-

23 RESPONDET] Tentaveram olim *reſplendet*, ut lumen picturae indicetur. et quia haec verba in Mſſ. videram commutari. vid. ad Sil. Ital. II. 663. et quia apud Horat. I. Od. 14. *nitentes* Cyclades, vetus Commentator exponit, *longe apparentes*, et lib. III. Od. 28. idem Poëta *fulgentes* vocet, ubi Scholiaſtes explicat fortunatas, quae interpretatio Cretae convenire poſſet, quae μακαρόνησος, et μακάρων νῆσος dicitur, ut docet Meurſius in Creta lib. I. cap. 2. et 3. ſed quia hic conſtans lectio eſt *reſpondet*, ἀντέχω. et ita etiam laudat Anonymus Interpres Ciceronis ad II. Catil. 11. ubi *comparatur* explicat. Servius hic *adſpicitur* et ad I. Aen. 585. *reſpicit* exponit. ut ita loca dicuntur centies adſpicere et reſpicere loca oppoſita, et vicina. vid. ad Phaedr. II. fab. 5. et ita eleganter *reſpondere* quoque poſſunt dici oppoſita et contra ſita. Manil. IV. 811. *Sic terrae terris reſpondent, urbibus urbes, Litora litoribus, regnis contraria regna.* Lucret. IV. 213. *Coelo ſtellante, ſerena Sidera reſpondent in aqua radiantia mundi* Vid. et v. 168. apud Ovid. I. Art. 224. in codice Commeliniano: *Cui coma reſpondet caerula, Tigris erit.* ut Euphratis arundini opponatur. ubi Heinſius etiam *reſplendet* malebat.

30 REGENS] *Legens* erat in Sprot. et Vratiſlav. et eadem varietas in his verbis apud Ovid. Epiſt. XV. 216. et Claudian. Conſ. Manil. 147. ſed omnia, quae Heinſius adducit, de alia re agunt, nec hic de Theſeo, qui fila legit, agitur, ſed de Daedalo, qui monſtravit Ariadnae, quomodo per filum poſſet e Labyrintho Theſeus evadere, et ita ille quaſi dux et monſtrator, rexit iter. et hinc Servius ad v. 14. dicit Ariadnen ex conſilio Daedali filo rexiſſe iter. apud Propert. II. XI. 7. *Nec ſic incolumem Minois Theſea vidit, Daedaleum lino quum duce rexit iter.* ubi ambiguum, an *rexit* ad Theſea, an ad Minoida referri debeat, et hoc praeferrem. ibi Heinſius etiam *filo* pro *lino* malebat. *Caeca veſtigia* Cortius ad Sall. Iug. CVII. capit pro averſis, quae retro legenda eſſent. ſed non puto Theſea averſum receſſiſſe, id eſt tergo ad exitum directo. ſed *caeca* ſunt, obſcura, inextricabilia, ambigua, ut

 centies

Partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis patriae cecidere manus. Quin protenus omnia
Perlegerent oculis: ni iam praemissus Achates
Adforet, atque una Phoebi Triviaeque sacerdos,
Deiphobe Glauci, fatur quae talia regi:
Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.
Nunc grege de intacto septem mactare iuvencos
Praestiterit, totidem lectas de more bidentis.

Tali-

centies apud Nostrum et alios *caeca* dicuntur. vid. Non. Marc. in *caecum* et Serv. ad I. Georg. 89. et I. Aen. 19. et v. 589.

31 DOLOR] *Labor* Venetus pro varia lectione. et Ed. Venet. *opere tanto* alter Hamburgicus. Stat. VIII. Theb. 560. *Inque vicem, fineret fortuna, placebant.* ubi Heinsius malebat, *sineres.*

32 BIS] Firmaret hic locus, quod observavit Scholiastes Barth. ad Statii XI. Theb. 449. numerum hunc esse rei non perfectae, ut ternarius perfectae. quod tamen non perpetuum esse dicit Barthius.

Ibid. CASVS] Quia mox *cecidere* sequitur, hoc culpat Faber ad Longin. cap. III. vellem ostendisset in his esse *τὸ μειρακιῶδες*, quod ibi culpat Rhetorices magister. ego non reperio. *cadere manus* dicitur, ubi quis in medio opere languet, aut perturbatione animi illa, quae incepit, e manu amittit, et ita perficere nequit. Ovid. VII. Met. 347. *Cecidere illis animusque manusque.* id est trepidaverunt animo et corpore, ut apud Grat. Cyneg. 450. *cecidere animi et trepidantia membra:* de ipsis, quae manibus tenemus, et excidunt, Ovid. III. Fast. 225. *Tela viris animusque cadunt.* et ita passim. in tam obvia ergo et naturali locutione, nihil est quod reprehendas, nec *cecidere* hic captatum est, quia praecedebat *casus*, neque ideo etiam vitare cogebatur.

36 REGI] *Rogat* Harduinus, *iamne rex Aeneas?* immo vero; profugos enim Troianos suis auspiciis regebat. et Ilioneus lib. I. 544. ait, *Rex erat Aeneas nobis*, ubi nihil erat, quod offenderet Iesuitam, nam et sine nota transmisit. ne dicam *Reges*, et *Reginas* dici centies ex regio genere natos, ut Argonautas Reges saepe vocat Valer. Flac. vid. ad lib. I. 174. nec hoc Poëtis solum concessum, sed et Historicis docebunt Exempla a Cl. Dukero ad Flor. IV. 9. adducta.

37 POSCIT] *Posset* Francian. *haec ista* Parrhas. imitatur Claudian. II. in Eutr. 365. *non haec spectacula tempus poscere.* aliter mox, *poscere fata tempus*, scilicet est tempus poscere fata. ut v. 638. *iam tempus agi res.* et passim.

46 DEVS

Talibus adfata Aenean (nec sacra morantur
Iussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.
Excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum:
Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum:
Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae.
Ventum erat ad limen, quum virgo, Poscere fata
Tempus, ait. Deus, ecce, Deus. Cui talia fanti
Ante fores, subito non voltus, non color unus,
Non comtae mansere comae; sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument: maiorque videri,
Nec mortale sonans, adflata est numine quando
Iam propiore Dei. Cessas in vota precesque,
Tros, ait, Aenea? cessas? neque enim ante dehiscent
Adtonitae magna ora domus. Et talia fata
Conticuit. Gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor, funditque preces rex pectore ab imo:
Phoebe, gravis Troiae semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela manusque
Corpus in Aeacidae; magnas obeuntia terras
Tot maria intravi, duce te, penitusque repostas
Massylûm gentis, praetentaque Syrtibus arva.
Iam tandem Italiae fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenus fuerit Fortuna secuta.
Vos quoque Pergameae iam fas est parcere genti,
DIque Deaeque omnes, quibus obstitit Ilium, et ingens
Gloria Dardaniae. Tuque, o sanctissima vates,
Praescia

46 DEVS, ECCE DEVS] Hoc Christianismum sapere putat Harduinus. sed et hic de uno Deo, qui templo praesidebat, agitur. et aliis in locis saepe *Deum* singulari numero poni, vidimus ad Grat. Cyneg. 350. et ad Ovid. III. Art. 103. et alibi saepe. reliqua, quae carpit in 51. et 52. refutatione indigna puto. nec *cessare* est differre vota, sed languide, tarde agere. vid. ad Phaedr. I. Fab. 9.

48 NON COMTAE MANSERE COMAE] Contra in falso Tiresia Stat. II. Theb. 97. *Mansere comae, propexaque mento Canicies, pallorque suus.*

Praeſcia venturi, da (non indebita poſco
Regna meis fatis;) Latio conſidere Teucros,
Errantiſque Deos, agitataque numina Troiae.
Tum Phoebo et Triviae ſolido de marmore templum
Inſtituam, feſtosque dies de nomine Phoebi.
Te quoque magna manent regnis penetralia noſtris.
Hîc ego namque tuas ſortis, arcanaque fata,
Dicta meae genti, ponam, lectoſque ſacrabo
Alma viros. Foliis tantum ne carmina manda;
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Ipſa canas oro. Finem dedit ore loquendi.

At,

66 DA (NON INDEBITA POSCO) REGNA] Ego ſecutus meliores codices et editiones emendatiores, diſtinxi hoc modo, *Da (non indebita poſco Regna meis fatis) Latio conſidere Teucros.* nam fatis ſuis erant debita, ut unicuique Heroï ſua erant fata. vide infr. IX. 136. et de quibus ſaepe ad Lucanum egimus. *debita* etiam *fatis* proprie dici vidimus ad Val. Flac. V. 21. et alibi *Da* vero non eſt dic, ut Servius, ſed fac, effice, ut paſſim; vid. lib. XII. 97. 211. et ad Val. Flac. II. 324. ſic quoque Graecos et Hebraeos loqui doctiſſimus Vitringa docuit in Obſerv. Sacr. Tom. I. Diſſ. III. cap. VI. I. neque minus huic verbo *dare* accuſativus, quam dativus ſubiungitur, aliter cenſente Oudendorpio ad Lucan. VI. 775. *Teucros* enim, non *Teucris* omnes hic codices habent. ut et lib. V. Aen. 687. in Mſſ. fuit. *Da flammam evadere claſſem*, pro *claſſi*. Claudian. I. in Rufin. 216. ex duobus codicibus, *Natura beatos Omnibus eſſe dedit*, pro *beatis*.

69 TEMPLVM INSTITVAM] *Templa* Wittian. Wallian. Dorvil. Edd. Venet. Mediol. Iunt. et alii. *templum conſtituam* laudat Servius ad lib. III. 274. ſed *inſtituere delubra* Valer. Flac. I. 15. eadem varietas in his verbis ſaepe. V. ad Ovid. VI. Met. 569. an ullum fuerit Romae Templum Apollini et Dianae commune, et quomodo hic Virgilii locus accipi poſſit, vide eruditiſſime diſputantem Ez. Spanhemium Diſſertat. X. de uſu et praeſt. num. p. 129. Editionis ultimae. cuius ſcrinia egregie compilavit Catroeus.

74 FOLIIS TANTVM] *Tantum foliis*. Parrhaſ. *nec carmina* Menag. pr. Wall. et Dorvil. 2 m. ſec. *ne nomina* Ald. Iunt. et Nonius in *ludibria*. vide Grotium ad Mar. Capel. pag. 2.

76 FINEM DEDIT ORE LOQVENDI] Ab alio haec adſuta eſſe credit Tollius ad Longin. cap. VI. ſed vide Cerdam. Ruaeus deſiderat hic Poëtae diligentiam. ſed obvia locutio apud Noſtrum *ore loqui*. vide lib. I. 614. IX. 5. et 319. *ore effari.*

At, Phoebi nondum patiens, inmanis in antro
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe deum. Tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.
Oſtia iamque domus patuere ingentia centum
Sponte ſua, vatiſque ferunt reſponſa per auras.
O tandem magnis pelagi defuncte periclis:
Sed terra graviora manent. In regna Lavini
Dardanidae venient; mitte hanc de pectore curam:
Sed non et veniſſe volent. Bella, horrida bella,
Et Thybrim multo ſpumantem ſanguine cerno.
Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica caſtra
Defuerint. Alius Latio iam partus Achilles,
Natus et ipſe Dea. Nec Teucris addita Iuno

Vſquam

fari. II. 524. III. 463. ſic *ore canere*, *referre*, etc. et aliis multis verbis adiungitur illud *ore*. ut ita *voce vocare* et ſimilia, *voce precari*. inf. v. 186. praeterea Servius notat *ore loqui* hic opponi, in *foliis ſcribere*.

79 EXCVSSISSE] Barth. ad Papinii lib. IV. Theb. 490. in ſuo ſe codice, *excuſſura* inveniſſe teſtatur. ſimili fere ſenſu lib. V. 679. *excuſſaque pectore Iuno eſt*, quae rabiem inieceras Troianis mulieribus. *excuſiſſe* Dorvill. licentiae adſcribit Servius, *excuſiſſe* pro *excutere*. ſed haec Poëtis non adimenda. Lucret. V. 791. *Nam neque de coelo cecidiſſe animalia poſſunt*, pro potuerunt cadere; duo praeterita iungit Propert. I. 1. 15. *Ergo velocem potuit domuiſſe puellam*, pro *domare*.

85 MITTE HANC] *Pone hanc* Vratiſlavienſis. *dimitte hanc pectore* Leidenſis et primus Moreti. etiam non male. vide ad Ovid. I. Metam. 209.

86 SED NON ET] *Sed non eveniſſe* Bigotianus. Dorvil. a m. ſec. et ſecundus Moreti, Wallian. Hamburgicus alter, et Francianus, et Edd. Venet. et Mediol. *adveniſſe* Sprotianus, Venetus, et pro varia lectione prior Hamburgicus. *volunt* Mentelii primus. *ſed non veniſſe* Parrhaſ.

90 NEC TEVCRIS ADDITA IVNO VSQVAM ABERIT] Heumannus hoc verbum *addita* multum cruciaſſe interpretes nobis perſuadere vult. ſed quos, quaeſo? ego nullos hic haerere vidi. Pierius in breviſſima nota tantum, multos codices *abdita* habere, dicit. et ita paſſim variare codices, in his norunt Critici, ut in *adduco*, *abduco*, *adiicio*, *abiicio*, *abſum*, *adſum* et ſimilibus. ſic lib. I. Aen. 60. *abdidit* et *addidit* eſt in

Vſquam aberit: Quum tu ſupplex in rebus egenis
Quas gentis Italum, aut quas non oraveris urbis!
Cauſſa mali tanti coniux, iterum hoſpita Teucris;
Externique iterum thalami.
Tu ne cede malis: ſed contra audentior ito,
Quam tua te Fortuna ſinet. Via prima ſalutis,
Quod

Mſſ. ut et apud Tibull. I. II. 22. Sil. Ital. VI. 394. et alibi variatur. reliqui interpretes ſequuntur Servii interpretationem, et recte. conſtruenda vero verba puto, nec Iuno aberit Teucris, addita, ſcilicet aliis hoſtibus, Turno et reliquis; et ita vim huius verbi explicat Lambinus ad Horat. III. Od. 4. ex Macrob. VI. Sat. 4. cuius aetate certe ita legebatur hic locus. adde Abram. ad Cicer. pro Caelio cap. XXXI. quibus ſi addas ſummum Gronovium ad Senec. Herc. Fur. 1237. nihil deſiderabis. Tantis iam nominibus ſi opponatur, nova et inaudita ſaepe iactans, Heumannus, et legatur ex eius ſententia, *Nec Teucris (addit) Iuno Vſquam aberit*, id eſt, Sibylla, ſic pergens loqui, addit haec verba, *nec Teucris* etc. vide quam elegantem fingat Maronem: certe ſi in fine ſermonis Sibyllae, haec addidiſſe diceret Poëta, ut lib. VI. 855. aut poſt factum, verbis haec inſuper addidiſſet, ut lib. XI. 107. poſſet aliqua ſpecies praetendi. ſed in medio ſermone quaſi iam omnia ad rem pertinentia dixiſſet, quum praecipua dicenda reſtent, interiicere *addit*, incongruum, et ſine exemplo eſſe puto. denique probet vir doctus, umquam Poetas *Ilino* tribus ſyllabis extuliſſe, ut *Iülus*, et quaedam alia.

91 VSQVAM] *Vſque* Venetus. *nuſquam ab. tum tu.* Parrhaſ. *tunc tu* prior Hamburgieus pro varia lectione. *ut rebus* Leidenſis unus. *res egenas* illuſtrat Barth. ad Stat. XI. Theb. 550.

95 AVDENTIOR] *Ardentior* Leidenſis, et Hugenianus a manu prima. *audatior* Wallian. vid. ad Ovid. I. Art. 608. *ſinat* Oudartii. Anonymus in Miſcell. Obſerv. Critic. Vol. IV. T. III. p. 378. *quam* capit, pro *quam viam ire ſinit* etc. ubi ſimul hoc refutatum videbis. ego facio cum illis, qui *quam* pro *quantum* capiunt. ut ad virtutem exhibendam in his, quae praedicit, hortetur, ſed deterreat ſimul a temeritate, quia non ultra, quam fortuna permittet, audere debeat, nec audacia ſua eam provocare et laceſſere, fiducia huius oraculi, quod ipſi ſpondet regna Lavini, ſed ſimul horrida bella, alium Achillem, et ante omnia infeſtam Iunonem denuntiat. ita *quam* pro *quantum* illuſtravimus ad Lucan. IX. 766. ubi etiam *qua* in aliis codicibus legitur. in loco vero I. Aen. 676. pro *quam*, nunc probo *qua*.

97 PAN-

Quod minime reris, Graia pandetur ab urbe.
Talibus ex adyto dictis Cumaea Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obſcuris vera involvens. Ea frena furenti
Concutit, et ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.
Vt primum ceſſit furor, et rabida ora quierunt;
Incipit Aeneas heros: Non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies inopinave ſurgit.
Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi.
Vnum oro: quando hîc inferni ianua regis
Dicitur, et tenebroſa palus Acheronte refuſo:
Ire ad conſpectum cari genitoris et ora
Contingat: doceas iter, et ſacra oſtia pandas.
Illum ego per flammas, et mille ſequentia tela
Eripui his humeris, medioque ex hoſte recepi:
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnis pelagique minas coelique ferebat,
Invalidus, vires ultra ſortemque ſenectae.
Quin, ut te ſupplex peterem, et tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat. Gnatique patriſque,
Alma, precor, miſerere. Potes namque omnia: nec te
Nequidquam lucis Hecate praefecit Avernis.
Si potuit manis arceſſere coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara fidibuſque canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,

Itque

97 PANDETVR] Si vera eſt *ratio* huius verbi Varronis apud Nonium in *pandere*, hic et inf. 109. proprie admodum Virgilius uſus, de Aenea ope indigente, et ad Evandri auxilium confugiente: ſed Servius inf. ad v. 283. ab *aperire* deducere videtur. et *aperire viam* Maro proprio ſignificatu dixit lib. XI. 885. et ut hic metaphorice lib. X. 864. et ita alii. ſic et *pandere viam* Val. Flac. II. 613. et alii, quas ipſa Lexica ſuppeditare poſſunt.

104 NOVA MI FACIES] *Nova non facies* Excerpta noſtra. *ſurget* Zulich. a m ſec. *mi* iterum pro *mihi* occurrit inf. v. 123. ita ut non ſit unum exemplum, ut Servius vult. vide Malaſpin. ad Cicer. XIII. ad Attic. Epiſt. 25.

Itque reditque viam toties. Quid Thesea, magnum
Quid memorem Alciden? et mi genus ab Iove sum-
Talibus orabat dictis, arasque tenebat. [mo.
Quum sic orsa loqui vates: Sate sanguine Divom,
Tros Anchisiade, facilis descensus Averno.
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis:
Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. Pauci, quos aequus amavit
Iuppiter, aut ardens evexit ad aethera virtus,
Dîs geniti potuere. Tenent media omnia silvae,
Cocytusque sinu labens circumvenit atro.
Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara; et insano iuvat indulgere labori;
Adcipe, quae peragenda prius. Latet arbore opaca
Aureus et foliis et lento vimine ramus,
Iunoni infernae dictus sacer. Hunc tegit omnis
Lucus, et obscuris claudunt convallibus umbrae.
Sed non ante datur telluris operta subire,

Auri-

128 GRADVM] *Gradus* secundus Moreti. sed *gradum* agnoscit Schol. Statii 1. Theb. 96. et II. 14. et Interpres Horatii Crucquianus, lib. 1. Od. 28. et mollior pronuntiatio quam *gradus*, sequente *superasque*.

129 QVOS AEQVVS AMAVIT IVPPITER] Ex Pindaro videntur desumta, qui 1. Od. Pyth. 25. Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε Ζεὺς, etc. ubi Benedictus per enallagen temporis πεφίληκε pro φιλεῖ positum contendit. et ita Scholiastes reddit. non tamen et hic pro *amat*, *amavit* dixisse potuit, sed *potuere* sequens exposcit praeteritum, ut exempla ab Aenea adducta respiciat.

132 CIRCVMFLVIT] *Circumvenit* Dorvill. Wittian. Wallian. et Francian. sed in marg. manu recentiore *circumfluit*. Dorvill. etiam coniecerat *circumluit*. sed *circumvenit* esse terrori significando adcommodatius credebat, ut et in suo codice esse testatur. vide Aristoph. Ranas v. 475.

133 AMOR MENTI] *Amor, menti si* Montalbanius et Wallian. *mentis* alter Hamburgicus. *est* deest Menagiano priori. Heinsius in ora legebat *Quin si*. sed lib. 11. 10. *sed si tantus amor*. mox, *bic nigra* Venetus.

141 DE-

Auricomos quam quis decerpſerit arbore foetus.
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
Inſtituit. Primo avolſo non deficit alter
Aureus; et ſimili frondeſcit virga metallo.
Ergo alte veſtiga oculis, et rite repertum
Carpe manu. Namque ipſe volens facilisque ſeque-
Si te fata vocant: aliter, non viribus ullis [tur,
Vincere, nec duro poteris convellere ferro.
Praeterea iacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu neſcis) totamque inceſtat funere claſſem;
Dum conſulta petis, noſtroque in limine pendes.
Sedibus hunc refer ante ſuis, et conde ſepulcro.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula ſunto.
Sic demum lucos Stygios, regna invia vivis,
Aſpicies. Dixit, preſſoque obmutuit ore.
Aeneas maeſto defixus lumina voltu
Ingreditur, linquens antrum; caecoſque volutat
Even-

141 DECERPSERIT] Ita Mentelius prior et praeſtantiores. alii, *diſcerpſerit.* ſed *decerpſerit* magis convenit ſequentibus, *rite carpe* etc. et ita Ovid. v. Met. 536. *Puniceum curva decerpſerat arbore pomum.* et III. ex Pont. v. 19. *Et magis adducto pomum decerpere ramo.* ubi etiam, *diſcerpere* codices. *diſcerpere* eſt lacerare, ut lib. IX. 313.

142 SIBI] Iungenda, *munus ſuum ſibi.* ſic lib. VIII. 119. *totidem ſuo ſibi nomine Pallas.* Plaut. Amphitr. I. I. 13. *telo ſuo ſibi*, ubi Pius iam hanc elegantiam notavit. Columel. XII. 7. *ſuo ſibi iure ablui poſſunt*, plura vid. ad Petron. cap. LXVI.

152 SEDIBVS] *Sedibus ante ſuis refer, et conde* Dorvil. multa de his *ſedibus* commentati ſunt viri docti, plerique de ſepulchro capiunt. v. Guther. de Iur. Man. lib. II. 20. Steph. Diatr. III. ad Horat. pag. 64. ſed tunc bis idem diceret Virgilius. quare ego Servii alteram explicationem probarem, qui de terra capit. illa enim propria ſedes hominum. in illa enim primum crematus fuit, deinde in ſepulchro oſſa eius condita. Terra mater credita hominum, aeque ut arborum et plantarum. ut notiſſimum ex Lucretio et aliis. vid. ad Ovid. II. Amor. XI. 30. hinc poſtea v. 508. *patria decedens ponere terra.* vid. et ſupr. v. 28.

157 INGREDITVR] *Egreditur* Dorvil. Wittian. Sprotianus, ſecundus Menagii et Excerpta noſtra, et a manu ſecunda Bigotianus et Zulichemius. *volutans* Gudianus a manu prima.

Eventus animo fecum. Cui fidus Achates
It comes, et paribus curis veftigia figit.
Multa inter fefe vario fermone ferebant:
Quem focium exanimem vates, quod corpus humandum
Diceret. Atque illi Mifenum in litore ficco,
Vt venere, vident indigna morte peremtum;
Mifenum Aeoliden: quo non praeftantior alter
Aere ciere viros, Martemque adcendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
Et lituo pugnas infignis obibat et hafta.
Poftquam illum vita victor fpoliavit Achilles,
Dardanio Aeneae fefe fortiffimus heros
Addiderat focium, non inferiora fecutus.
Sed tum, forte cava dum perfonat aequora concha,
Demens, et cantu vocat in certamina Divos,
Aemulus exceptum Triton (fi credere dignum eft)
Inter faxa virum fpumofa inmerferat unda.
Ergo omnes magno circum clamore fremebant;
Praecipue pius Aeneas. Tum iuffa Sibyllae
(Haud mora) feftinant flentes, aramque fepulcri
Congerere arboribus, coeloque educere certant.
Itur in antiquam filvam, ftabula alta ferarum:
Procum-

ma. *voluptat* Dorvil. ut ita et lib. IV. 533. alia in re, ut de libidine et coitu, haec verba commutata fuiffe vidimus ad Quinctil. III. 13. et Petron. cap. LXXIX. et alibi.

161 EXANIMVM] *Exanimum* fere omnes libri. fed *exanimem* Wittian. Parrhaf. Ed. Iunt. vid. ad lib. X. 841.

177 SEPVLCHRI] *Sepulchro* Gudianus a manu prima. et Francianus a fecunda. *arafque* Ed. Venet. mox, *caeloque adducere* Vratislav. fed vid. II. Aen. 186. et 461. et XII. 674.

179 STABVLA ALTA] Male de antris effoffis capiunt quidam Interpretes. fed fedes, quas fub arboribus altis ponunt et habent ferae, intelligendae. ftabula enim et ferarum fedes, et gregum et armentorum. fic apud Ovid. VIII. 532. *vidi contermina ripae Cum gregibus ftabula alta trahi.* ubi funt ovilia. ut Nofter lib. II. 498. *cum ftabulis armenta trahit.* fic faepe, *tecta*

Procumbunt piceae: ſonat icta ſecuribus ilex:
Fraxineaeque trabes, cuneis et fiſſile robur
Scinditur: advolvunt ingentis montibus ornos.
Necnon Aeneas opera inter talia primus
Hortatur ſocios, paribuſque adcingitur armis.
Atque haec ipſe ſuo triſti cum corde volutat,
Adſpectans ſilvam inmenſam, et ſic voce precatur:
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat nemore in tanto: quando omnia vere
Heu nimium de te vates, Miſene, locuta eſt.
Vix ea fatus erat, geminae quum forte columbae
Ipſa ſub ora viri coelo venere volantes,
Et viridi ſedere ſolo Tum maxumus heros
Maternas adgnoſcit avis, laetuſque precatur:
Eſte duces, o, ſi qua via eſt, curſumque per auras
Dirigite in lucos, ubi pinguem dives opacat
Ramus humum. Tuque, o, dubiis ne deſice rebus,
Diva parens. Sic effatus veſtigia preſſit;
Obſervans quae ſigna ferant, quo tendere pergant.
Paſcentes illae tantum prodire volando,
Quantum acie poſſent oculi ſervare ſequentum.
Inde, ubi venere ad fauces graveolentis Averni,

Tollunt

tecta ferarum. ut VI. 7. *luſtra* et ſimilia.

186 ET SIC VOCE PRECATVR] *Forte* eſt in Regio Wittian. et Dorvil. ſed *voce* vel *ore* (de quo ſupr. v. 76.) praeferrem. et cavillatio eſt, quod non oret, ſed optet. nam certe precatur et ſimul optat, ut ſe ramus oſtendat, et *ſi* recte pro utinam ad exemplum Graecorum, qui *ei* ſic utuntur, poſitum. notavit Vigerus de Idiotiſm. cap. VIII. Sect. VI. §. 2. vid. et Schol. Pindari I. Pyth. 87. et Serv. ad VIII. 560.

195 DIRIGITE] *Derigite* Gudianus. *curſum* pro volatu dixit etiam VI. Ecl. 80. vid. Heinſ. ad Ovid. II. Amor. VI. II.

199 VOLANDO] Donatus explicat ambulando a *vola*. et ita Ioh. Sarisb. Polyc. I. 12. f. et etiam Servius. inepte. ſed morem columbarum paſcentium notat, quae inter paſcendum non tantum ambulant, ſed ſaepe ſubvolando, loca proxima perrerant. v. Ruae. et ita etiam corvi, apud Curt. IV. VII. 15.

203 GE-

Tollunt ſe celeres; liquidumque per aëra labſae
Sedibus optatis geminae ſuper arbore ſidunt;
Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit.
Quale ſolet ſilvis brumali frigore viſcum
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos,
Et croceo foetu teretis circumdare truncos.
Talis erat ſpecies auri frondentis opaca
Ilice: ſic leni crepitabant bractea vento.

Conri-

203 GEMINA SVPER ARBORE] *Geminae* in multis codicibus, et Ed. Venet. et certe, ſi *gemina* legas, vix explices, nam pro eadem, quum nihil praeceſſerit de hac arbore, niſi in verbis antea Aeneae, inſolitum puto. Praeterea ſemper illud *ſuper arbore* ſuſpectum mihi fuit, quia raro columbas videmus arbori inſidentes, ſed vel in tectis aedium, vel humo. et modo etiam v. 192. dixit, *viridi ſediſſe ſolo*, ſecutus morem et naturam harum avium: ſediſſe etiam non ſuper, ſed ſub arbore veroſimile inde fit, quia aureus ille ramus latebat ſub opaca arbore, id eſt, in inferiore parte arboris, tectae omni luco, qui opacabat humum, in qua nunc ſedebant columbae uti v. 195. firmata ſuſpicio eſt, ex Franciano codice in quo legitur *ſub arbore*. *ſub* etiam fuit in Zulichemiano a manu prima. ſed librarius deinde pro *b* poſuit *p* producta cauda literae, ut exſtaret *p*. quae fuit ante *b*, eamque deinde decuſſavit, ut eſſet *p*. ut in multis vidi. nec dubito, quin ita fuerit in aliis ſcriptis. quare forte legendum, *lapſae Sedibus optatis, geminaeque ſub arbore ſidunt.* vel, *geminae ſub et arbore ſidunt.* et illud tranſiit in *per*, ut contra factum vidimus ad Ovid. 1. Art. Am. 96. ſi quis tamen vulgatam malit tueri, poteſt auctoritate Scholiaſt. Horat. ad lib, 1. Od. 9. aut columbas capere pro palumbis, ut apud Horat. I. Od. 2. Interpretes quidam.

206 FRONDE VIRERE NOVA, QVOD NON SVA SEMINAT ARBOS] *Non ſua arbor*, id eſt non ex illa arbore ſtillat, ſed ab aucupe illinitur. ſic Ecl. 1. 38. *Cur pendere ſua patereris in arbore poma.* Plinius XV. 25. *Iunonis gratus ſapor, ſed poene tantum ſub arbore ſua.*

209 LENI CREPITABAT BRACTEA] *Levi* ſecundus Moreti. *bratea* Leidenſis. *brathea* Excerpta noſtra cum Gloſſa, id eſt *folia*. *crepitabant* etiam Francianus, Dorvill. et Regius et Gloſſator apud Barth. lib. XXXVII. Adv. 5. *crepitabant blatea vento. Ilice ſub levi crepitabant* Parrhaſ. *ſub leni* Venetus et Wittian. in quo et *crepitabant* fuiſſe videtur, ſed eraſa litera *n* factum *crepitabat*. *crepitabant* etiam Venet. Edit. quod corruptum pronuntiat Maittaire, egregius harum elegantiarum arbiter.

213 IN-

Conripit Aeneas extemplo, avidusque refringit
Cunctantem, et vatis portat sub tecta Sibyllae.
Nec minus interea Misenum in litore Teucri
Flebant, et cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem taedis et robore secto
Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, et feralis ante cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis.
Pars calidos latices et aëna undantia flammis
Expediunt, corpusque lavant frigentis et unguunt.
Fit gemitus. Tum membra toro defleta reponunt,
Purpureasque super vestis, velamina nota,
Coniiciunt. Pars ingenti subiere feretro,
Triste ministerium, et subiectam more parentum
Aversi tenuere facem. Congesta cremantur
Turea dona, dapes, fuso crateres olivo.
Postquam conlabsi cineres, et flamma quievit;
Reliquias vino et bibulam lavere favillam:
Ossaque lecta cado texit Corynaeus aëno.
Idem ter socios pura circumtulit unda,

Spar-

213 INGRATO] Tristi interpretatur Servius. et hoc epitheto in re funerea saepe utuntur Poëtae. Ovid. II. Met. 826. *Vt tamen ingratos in pectora fudit odores.* Sidonius Apollinaris lib. IV. Epistola II. explicat ingrato, *gratiam non relaturo.* Taubm. ingratum Troianis officium et triste fuisse explicat. *supprema* Zulichemius.

222 INGENTI] *Ingentes* Gudianus a manu prima, an *lugentes*: nam haec confundi videbis ad Claudianum IV. Cons. Honor. 53. vid. ad Lucan. I. 186. et ita *lucentem* et *ingentem* infr. v. 725. in Mss. *periere phereto* alter Hamburgicus.

229 CIRCVMTVLIT] In nonnullis Macrobii Codicibus lib. II. cap. I. *circumluit.* In ora codicis Heinsius notaverat forte, *puram aquam*, ut esset, tulit puram aquam circum socios. et ita clare exhibet Zulichemius: *circumluit* iam Maserius ad Valer. Flacc. III. 433. coniecerat, sed Nonius in *circumferre* agnoscit vulgatum. unde *circumferre* pro lustrare poni docuit Fabret. ad Colum. Traian. p. 143. vid. et Casaub. ad Theoph. Charact. p. 293. et Tan. Fabr. ad Aristoph. Eccles. v. 126. vid. ex Nonio Lucil. lib. II. et ibi Douz. pag. 113. *Idem inter socios* Vratislaviensis. in

Parrha-

Spargens rore levi et ramo felicis olivae:
Luſtravitque viros, dixitque noviſſima verba.
At pius Aeneas ingenti mole ſepulcrum
Inponit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque,
Monte ſub aërio: qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, aeternumque tenet per ſecula nomen.
His actis propere exſequitur praecepta Sibyllae.
Spelunca alta fuit, vaſtoque inmanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris:
Quam ſuper haud ullae poterant inpune volantes
Tendere iter pennis: talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens ſupera ad convexa ferebat:
[Vnde locum Graii dixerunt nomine Aornon.]
Quatuor hic primum nigrantis terga iuvencos
Conſtituit, frontique invergit vina ſacerdos;
Et, ſummas carpens media inter cornua ſaetas,
Ignibus inponit ſacris, libamina prima,
Voce vocans Hecaten, coeloque Ereboque poten-
Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem [tem.
Suſci-

Parrhaſiano verſus 229. *Idem* ſequebatur poſt 231.

234 MISENVS] Haec finxiſſe Virgilium, quia mons tubae figuram referre, ait Maranta Lucullian. Quaeſt. lib. II. Ampl. Addiſon. Itiner. p. 194. dicit promontorium Miſenum vertice ſuo referre formam ſepulchri, et *aeris montem* antea dictum ex auctore de Campania Felice refert.

238 SCRVPEA, TVTA LACV] Tres voces, quae literam *u* habent, indicandae obſcuritati ſpeluncae adhibitas putat Columna ad Ennium p. 244. cur non quartam *Hiatu* addidit? ſed *ſcropea* Hugenianus et primus Rottendorphius. et *magna lacu* Leidenſis. vulgatum eſt apud Donat. ad Terent. Andr. v. IV. 37. et Commentatorem Horatii lib. I. Sat. XI. 20. et Serv. ad v. Aen. 123.

247 COELOQVE] Hinc forte apud Silium lib. I. 92. legendum, *Stant arae coeloque Diis, Ereboque potenti.* ubi vulgo *coelique Diis*, coelo pro coeleſtibus. ut deos ſuperos, et Plutonem vel Proſerpinam intelligat.

248 TEPIDVM] *Trepidum* prior Hamburgicus. vid. lib. I. Georg. 296. *ſuccipiunt* Gudianus, de qua forma ſcribendi vid. ad Lucret. III. 406. et inf. v. 723.

252 ARAS

Suſcipiunt pateris. Ipſe atri velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum magnaeque ſorori
Enſe ferit, ſterilemque tibi, Proſerpina, vaccam.
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,
Et ſolida inponit taurorum viſcera flammis,
Pingue ſuperque oleum infundens ardentibus extis.
Ecce autem, primi ſub lumina ſolis et ortus,
Sub pedibus mugire ſolum, et iuga coepta moveri
Silvarum, viſaeque canes ululare per umbram,
Adventante Dea. Procul o, procul eſte, profani,
Conclamat vates, totoque abſiſtite luco:
Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum:
Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.
Tantum effata, furens antro ſe inmiſit aperto.
Ille ducem haud timidis vadentem paſſibus aequat.
DI, quibus imperium eſt animarum, umbraeque ſilentes,
Et Chaos, et Phlegethon, loca nocte tacentia late;
Sit mihi fas audita loqui: ſit numine veſtro
Pandere res alta terra et caligine merſas.

Ibant

252 ARAS] Qua ratione Plutoni hic *aras* det Maro, excutit Barthius ad Statii IV. Theb. 458. in Hecatae Valer. Flac. VI. 440.

255 PRIMI SVB LVMINA SOLIS] Nonnulli ex Lactantio *limen* in Eleg. de Phoenice, *Namque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae.* lib. VII. Aeneid. 130. *primus cum limine ſolis.* ex vetuſto codice. apud Statium IV. Theb. 756. *rabidi ſub limine Cancri.* Noſter Eclog. V. 56. *Candidus inſueti miratur limen Olympi.* Et recte, *limen* enim ſolis bene dicitur, quum agitur de loco aut regione, unde ſol oritur, vel de plaga coeli. de tempore vero ortus rectius *Lumen.* vid ad Ovid. II. Amor. VI. 1.

257 VISAEQVE CANES] *Viſi* Sprotianus, primus Rottendorphius, alter Hamburgicus et ſecundus Moreti. *viſae* agnoſcit Interpres Horatii Epod. II. *adveniente* Oudartii. vulgata eſt apud Donatum ad Terent. Eunuch. III. II. I. et Hecyr. III. I. 38. de canibus ſtygiis. vid. ad Valer. Flac. III. 228. et de maſculino genere ad Lucan. I. 548.

263 TIMIDIS] *Tumidis* Dorvill. *vadentem* recte, quia furebat. et de impetu et praecipitato ita hoc verbum *vadere* poni obſervavimus ad Valer. Flac. VI. 229. et alibi.

Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbram,
Perque domos Ditis vacuas, et inania regna.
Quale per incertam Lunam ſub luce maligna
Eſt iter in ſilvis: ubi coelum condidit umbrâ
Iuppiter, et rebus nox abſtulit atra colorem.
Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus Orci
Luctus et ultrices poſuere cubilia Curae:
Pallenteſque habitant Morbi, triſtiſque Senectus,
Et Metus, et male ſuada Fames, ac turpis Egeſtas;
Terribiles viſu formae; Letumque, Laboſque:
Tum conſanguineus Leti Sopor, et mala mentis
Gaudia; mortiferumque adverſo in limine Bellum,
FerreiqueEumenidum thalami, et Diſcordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos annoſaque brachia pandit
Vlmus opaca, ingens: quam ſedem Somnia volgo
Vana

268 IBANT] Obſervavit Bart. Stat. II. Theb. 230. Virgilium hoc verbo initio verſus ſpondaici poſito gravitatem inceſſus expreſſiſſe, quod a nemine animadverſum. et exemplis Virgilianis adde unum Valerii Flac. lib. VI. 160. licet non ſit ſpondaicum.

270 PER INCERTAM LVNAM] Heinſ. cod. *incoeptam*, at Heinſ. *incertam* vindicat ex Aen. L. III. 203. col. 454. *Incertam* agnoſcit etiam Nonius, et *incerta* eſt, quae aliis *dubia* dicitur. vide ad Rutil. I. 217. et Sammon. LVII. ita de nocturno proelio Livius V. 28. *Proelium ante lucem, ſed luna pernox erat, commiſſum eſt; et haud incertius diurno proelio fuit.* incerta luna, oppoſita purae et ſerenae, quum nubilus aër eſt: ut contra *certa lux* Liv. XXVII. 2. et *certa dies* Val. Flacc. IV. 730. et *incerti vultus Olympi* lib. II. 66. *et incertus ſi nubila duxerit aether* lib. I. 307. ad quae loca vide notas, et ad lib. I. 17. unde nihil mutandum patet. *inceptam* tamen et Zulichemius et Leidenſis unus.

276 MALE] *Mala* ſecundus Moreti, et Oudartii, a manu prima. *turpis* Heumanno ad Cicer. IV. Catil. X. eſt deformis, ſordida. et *mala mentis gaudia* videri poſſunt apud Senec. Epiſt. LIX. verſum 778. Wittianus ponebat ante 777.

279 MORTIFERVMQVE] *Monſtriferumque* alter Hamburgicus. quam varietatem in tribus Mſſ. apud Lucanum quoque lib. V. 620. obſervavi. ſed neutro loco aliquid novandum, licet in bellis, in primis civilibus, monſtra ſaepe fiant. Lucan. VII. 464. *Facturi, quae monſtra forent.* praefero tamen vulgatum. *adverſo limine* Hamb. prior.

291 OF-

Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus haerent.
Multaque praeterea variarum monstra ferarum
Centauri in foribus stabulant, Scyllaeque biformes,
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernae
Horrendum stridens, flammisque armata Chimaera:
Gorgones; Harpyiaeque, et forma tricorporis umbrae.
Corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas, strictamque aciem venientibus offert,
Et, ni docta comes tenuis sine corpore vitas
Admoneat volitare cava sub imagine formae,
Inruat, et frustra ferro diverberet umbras.
Hinc via, Tartarei quae fert Acherontis ad undas:
Turbidus hîc coeno vastaque voragine gurges
Aestuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas et flumina servat
Terribili squalore Charon: cui plurima mento
Canities inculta iacet: stant lumina flamma:
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,

291 OFFERT] *Effert* Montalbanius. sed Nonius *ostendit* interpretatur, et hinc defendi posset *mortem offerre* ex Mss. apud Ciceron. IV. ad Fam. 12. ubi vide Graevii notas.

292 SINE CORPORE] Atqui postea v. 303. *corpora* vocat. vide Barth. ad Statii IV. Theb. 480. videbantur corpora, quorum imagines et umbras habebant, ita et *forma tricorporis umbrae*.

294 DIVERBERAT] *Deverberat* Bigotianus et Francianus, male. vidi ad Nemes. Cyneg. 265. et nescio, an ita voluerit Cortius ad Plin. II. Ep. 18. et editum male fuerit *diverberet*, quod ad illam diversitatem temporum nihil facit.

298 PORTITOR] Vide de hac voce, et Servii explicatione Broukhus. ad Propert. IV. XI. 7. et ad Lucan. IV. 57. quae notamus. in loco Lucani a Servio adducto legitur, *sola tibi caussa est haec iusta timoris Vectorem non posse suum*. et in Edit. Lucii Basiliensi adducitur etiam ad lib. IV. Aen. 72. ubi pro *timoris*, etiam est *pavoris*.

300 FLAMMAE] *Flammea* Zulichem. a m. sec. *stant lumine flammae* Venetus et primus Rottendorphius a m. sec. *stat* Francian. Parrh. et Ed. Venet. *Flamma* Servius ad I. Aen. 646. et VI. 22.

302 IPSE RATEM CONTO SUBIGIT] Vide Broukhus. ad Propert. III. XIV. 15. et

Et ferruginea subvectat corpora cymba,
Iam senior; sed cruda Deo viridisque senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimûm heroum, pueri innuptaeque puellae,
Impositique rogis iuvenes ante ora parentum.
Quam multa in silvis autumni frigore primo
Labsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
Quam multae glomerantur aves, ubi frigidus amnis
Trans pontum fugat, et terris inmittit apricis.
Stabant orantes primi transmittere cursum,
Tendebantque manus ripae ulterioris amore.
Navita sed tristis nunc hos, nunc adcipit illos:
Ast alios longe submotos arcet arena.

Aeneas

Barth. ad Stat. XI. Theb. 571. *subiit* etiam Excerpta nostra. sed vide Gronov. ad Liv. XXVI. VII. 9.

303 SVBVECTAT] *Subvertit* Zulichemius a manu secunda. *subnectit* Venetus. *subvectit* Gudianus. sed vulgata est apud Lutatium ad Statii Theb. II. 13.

309 FRIGORE] *In frigore* Montalbanius. *ipsa cadunt* idem, male. vid. ad Petron. cap. XVI. et ad Ovid. VII. Met. 401. et Broukh. ad Propert. III. XIII. 34. *et ipsa et lapsa* saepe confundi vidimus in hac ipsa locutione ad Ovid. II. Trist. 86. *folia ad terram* Parrhas. male vero hic interpretes initium Autumni capiunt, quod satis calidum, sed de vergente in hiemem autumno capiendum. ut II. Georg. 321. *Prima sub Autumni frigora.* immo etiam, ut recte Servius, aestum dat autumno, non modo in initio, sed toto, ubi pestilentiam describit, III. Georg. 479. ut et Horat. III. Od. 23. *grave tempus pomiferi anni*, id est autumni, vocat.

311 ANNVS] *Amnis* Bigotianus, Hugenianus et Leidensis, et alter Hamburgicus a manu secunda, et recte, mea sententia. ut contra Nilus *tepidus* dicitur, ad quem a Strymone transeunt aves. vid. ad Valer. Flac. III. 361. de anno dixerat iam *autumni frigore primo. amnis* vero et *annus* passim commutari solent. vid. ad Valer. Flac. V. 424. corruptum pronuntiat locum Marklandus ad Stat. I. III. 8. sed medicinam differt in aliud tempus. *Glomerentur* Mentelii prior.

312 PONTVM] *Portum* Leidensis unus. *et campis* Leidensis alius. Barthius in suis invenit, *atque oris*, ad Stat. V. Theb. 12.

316 ALIOS LONGE SVMMOTOS] *Illos l. semotos* prior Ham-

Aeneas (miratus enim, motusque tumultu)
Dic, ait, o virgo, quid volt concursus ad amnem?
Quidve petunt animae? vel quo discrimine ripas
Hae linquunt, illae remis vada livida verrunt?
Olli sic breviter fata est longaeva sacerdos:
Anchisa generate, Deûm certissima proles,
Cocyti stagna alta vides, Stygiamque paludem,
Di cuius iurare timent et fallere numen.
Haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit unda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas et rauca fluenta
Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.
Centum errant annos, volitantque haec litora circum.
Tum demum admissi stagna exoptata revisunt.
Constitit Anchisa satus, et vestigia pressit;
Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam.
Cernit ibi maestos et mortis honore carentis,
Leucaspim, et Lyciae ductorem classis Orontem:
Quos, simul a Troia ventosa per aequora vectos,
Obruit auster, aqua involvens navemque virosque,
Ecce gubernator sese Palinurus agebat:
Qui Libyco nuper cursu, dum sidera servat,
Exci-

Hamburgicus, *semotos* etiam Bigotianus, et Parrhas. *late* secundus Moreti. *submovere* opponitur τῷ *recipere* apud Ovid. III. Fast. 140. ubi vid. Heins. et II. Trist. IV. 41. ubi similis diversitas, quae et IV. Trist. IX. 17. *Vt Scythicis habitem longe submotus in oris.* quare nihil mutandum. ut neque apud Lucan. V. 71.

125 EST] Deest Regio et Gudiano a manu prima. *quam cernis* Parrhas. imitatur haec Ausonius in Mosell. 4. *Infletaeque iacent inopes super arva catervae.* ubi *sinopes*, sine ope Barthius ridicule ex codice suo profert.

332 ANIMO MISERATVS] Medic. *animi miseratur*, et Gudian. a m. p. *miseratur.* Sed hic *animi* faceret dubiam sententiam, an *animi sortem* iunxisset. vid. Cl. Drakenb. ad d. l. Silii. et Muncker. ad Hygin. Fab. XCVIIII.

Exciderat puppi, mediis effusus in undis.
Hunc ubi vix multa maestum cognovit in umbra;
Sic prior adloquitur: Quis te, Palinure, Deorum
Eripuit nobis, medioque sub aequore mersit?
Dic age. Namque mihi, fallax haud ante repertus,
Hoc uno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem, finisque canebat
Venturum Ausonios. En haec promissa fides est?
Ille autem: Neque te Phoebi cortina fefellit,
Dux Anchisiade, nec me Deus aequore mersit.
Namque gubernaclum multa vi forte revolsum,
Cui datus haerebam custos, cursusque regebam,
Praecipitans traxi mecum. Maria aspera iuro,
Non ullum pro me tantum cepisse timorem,
Quam tua ne, spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret tantis navis surgentibus undis.
Tris notus hibernas inmensa per aequora noctis
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto
Prospexi Italiam, summa sublimis ab unda.

Paul-

346 FIDES EST] *Fidesque est* Venetus. *fidesque* prior Hamburgensis. *an haec* Sprotianus et Menagii alter. *promissa fidesque* Barth. ad Stat. v. Theb. 475. ut *promissa* sit pluralis numeri nominativus, ut saepe Virgilius ea voce uti solet. Ovid. v. Art. 631. *trahunt promissa puellas.* sed et *fides promissa* lib. IV. Aen. 552.

347 NEQVE TE PHOEBI CORTINA FEFELLIT, DVX ANCHISIADE, NEC ME] Hoc modo Servius distinguit et recte. si enim diceret, *Nec me Deus aequore mersit*, contraria diceret illi, *Ecce Deus ramum lethaeo rore madentem etc.* quod in fine quinti est positum. *Te* deest alteri Hamburgico. distinctio Servii est in Ed. Comm. et aliis, sed vide notata ad Servium. ridicule Vondelius *Cortinam* vertit *Gordyn*, aulaeum vel velum; quae significatio longo demum post tempore, apud Ecclesiasticos inprimis scriptores, recepta est. vid. Cangii Glossarium in *Cortina.*

357 AB VNDA] *In unda* Parrhas. ita saepe variant codices. ut apud Lucan. IX. 121. *Aspexit patrios comites a litore Magnus.* ubi Cod. Vos. *in litore*, et ita edidit Cortius, ubi plura diximus. vid. etiam ad Phaedr. I. 30. nil variant infr. v. 385. codices, nec ibi fas est aliquid mutare. vid. ad Lucan. V. 640.

366 VE-

Paullatim adnabam terrae: iam tuta tenebam;
Ni gens crudelis madida cum veste gravatum,
Prensantemque uncis manibus capita aspera montis
Ferro invasisset, praedamque ignara putasset.
Nunc me fluctus habet, versantque in litore venti.
Quod te per coeli iocundum lumen, et auras,
Per genitorem oro, per spes surgentis Iuli;
Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram
Iniice, namque potes; portusque require Velinos.
Aut tu, si qua via est, si quam tibi Diva creatrix
Ostendit, (neque enim, credo, sine numine Divom
Flumina tanta paras Stygiamque innare paludem)
Da dextram misero, et tecum me tolle per undas;
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.
Talia fatus erat, coepit quum talia vates:
Vnde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque severum
Eumenidum adspicies, ripamve iniussus abibis?
Desine

366 VELINOS] De hoc loco, praeter adductos ab aliis Commentatoribus, vide Tarquitii Gallutii Virgilianas vindicationes pag. 121. et H. Steph. Dissert. de Criticis p. 196. *portusque relinque* Montalb. mox, *si qua tibi Diva* Rottend. sec. et Gudian. a m. pt. *Creatrix* vero non cum Servio generaliter dicta Venus, sed Aeneae mater. nam et *creare* pro parere ponitur. ut lib. X. 704. *Cisseis Regina Parin creat.* vid. ad Phaedr. I. Fab. 6.

370 DA DEXTRAM] Nauticum servat sermonem. natantibus enim, et languentibus manus dari solebat. vid. ad Ovid. III. Trist. I. 2. Petron. cap. CI Senec. I. De Clem. 6. sed Serv. hic et ad II. Aen. 793. dextram hic auxilium interpretatur, quia umbrae non possunt dextram dare. sed tamen Poëtae figurata locutione uti possunt. et ut *corpora* dant umbris, (vid. supr. 292. et mox Serv. ad v. 391.) ita etiam possunt illis membra, ut hic *dextram*, dare, quia tantum videntur, non tanguntur.

375 ADIBIS] *Abibis* agnoscit Servius: confirmant terni Rottendorphii, primus ac tertius Moretani, alter Mentelianus. Ita Vratislav. Venetus et Montalbanius. *invisus* secundus Moretanus et Oudartius a manu prima. Zulichemius a secunda. *ripa* malebat Cerda. *adibis* multi scripti et editi. in Wittian. margine erat, alii *abibis*.

 378 FINI-

Desine fata Deûm flecti sperare precando.
Sed cape dicta memor, duri solatia casus.
Nam tua finitimi, longe lateque per urbes,
Prodigiis acti coelestibus, ossa piabunt;
Et statuent tumulum, et tumulo sollemnia mittent;
Aeternumque locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curae emotae, pulsusque parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.
Ergo iter inceptum peragunt, fluvioque propin-
quant.
Navita quos iam inde ut Stygia prospexit ab unda
Per tacitum nemus ire, pedemque advertere ripae,
Sic prior adgreditur dictis, atque increpat ultro:
Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Fare age, quid venias: iam istinc et comprime
gressum.

Vmbra-

378 FINITIMI, LONGE LATEQVE PER VRBES] Hunc locum insigni absurditate foetum pronuntiat Markland. ad Stat. V. Silv. III. 127. quia idem est ac si diceret, *finitimi longinqui*. sed an non finitimi possunt longe et late ad utramque partem loci habitare? nam a Campania in Lucaniam pestilentia proserpit: *longe* vero *lateque* dicitur, quum res in latum et longum diffunduntur. v. Bentl. ad Horat. I. Serm. VI. 18. et supra ad III. Georg. 477. Vir doctus, qui in Anglia Ephemerides de praesenti statu reipub. literariae edidit, mense Iunio 1730. construit, *finitimi acti prodigiis caelestibus longe lateque per urbes*. vid. Miscel. Observ. Crit. Vol. II. pag. 64. *per urbem* Wittian.

381 PALINVRI] *Palinurum* tertius Mentelii a manu prima, quod miror Heinsium non arripuisse. Sic *Ascanium nomen* Liv. I. 1. *Torquata nomina* Lucan. VII. 584. et similia, iam saepe a viris doctis notata. sed *Palinuri* retinendum hic, propter *aeternum*. in Regio, *Palinurum* fuisse credo, nam, erasa ultima parte vocis, *Palinuri* restabat.

382 EMOTAE] Vide ad Sulpicii Satyr. v. 26. et infr. v. 524. et lib. II. 493.

383 DOLOR] *Pavor* primus Rottendorphius pro varia lectione. *Corde dolor*: *tristi gaudet c. t.* Cerda, et ita fuerat in Wittiano a pr. m. sed mutata distinctio altera manu.

389 GRESSVM] *Gressus* in priore Vossiano. *Istic* Montalbanius, primus Rottendorphius, secundus Moreti, duo Leidenses et Regius. *istic iam comprime* Ed. Venet. *gressus* Wittian. *quid venias*

Vmbrarum hîc locus eſt, Somni Noctiſque ſoporae:
Corpora viva nefas Stygia vectare carina.
Nec vero Alciden me ſum laetatus euntem
Adcepiſſe lacu, ne Theſea Pirithoumque:
Dls quamquam geniti, atque invicti viribus eſſent.
Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petivit;
Ipſius a ſolio regis traxitque trementem:
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.
Quae contra breviter fata eſt Amphryſia vates:
Nullae hic inſidiae tales; abſiſte moveri:

Nec

venias pro cur, Servius, recte. vid. ad 1. Aen. 518.

391 STYGIA CARINA] Caſtelvetrius in oper. Critic. p. 156. haec ex Poëtis poſt Homerum deſumpta docet, qui Charonta cum navi prius excogitarunt, ideoque non ſatis accurate Herculem et alios, qui ante Homerum vixerunt, Stygia nave vectos fingere. Sed an unum Homerum coacti fuere ſequi, et non alios Poëtas, qui ante Homeri tempora Charonta fuiſſe portitorem ſcripſerunt? quos potuere imitari poſterioris aevi Poëtae. Certe cymbam Charontis deſcribit egregie Aeſchylus in Septem contra Theb. 861. Euripides, Theocritus, et alii eius meminerunt. Ex Orpheo Servius dicit Charonta ſuſcepiſſe cymba Herculem: *Alcidem* vero Virgilium vocare priore nomine, quum Hercules demum fit dictus, in coelum inter deos receptus, docet Cerda ad VIII. Aen. 203. Donatus ad Terent. Adelph. III. III. 7. pro *Alcidem* habet, *Aeacidem. nec non Alcidem* Ed. Venet.

394 DIS QVAMQVAM GENITI] Pirithous, ex quo Deo genus deducere poſſet nondum inveni. quare capienda haec verba de Hercule et Theſeo, cui Pirithous iungitur, propter coniunctionem cum Theſeo. eodem fere modo, ut *Dardanidas genus alto a ſanguine Divum*, explicuimus lib. V. 45. non omnes Troianos, ſed eorum principes et reges.

395 IN VINCLA PETIVIT] *Petivit* explicat Schol. Horat. ad lib. 1. Od. 3. optavit, expoſcit. *e ſolio* Parrhaſ. *a ſolo* Wittian. Nonius *petivit* explicat, abduxit. Si diſtinctionem Heinſii admittas, *que* hic quartae voci adhaeret. et certe ſaepe non adiungitur primae, ſed ſequenti. vid ad Ovid. XIV. Met. 30. Bentleius in Manilio non potuit tolerare in ſecunda voce, et in lib. 1. 830. pro, *Aridior terraeque vapor comprenditur igni*, nobis dat, *Aridior terrae vapor, etc. i*.

398 AMPHRYSIA] Recte longe petitum epitheton vocat Servius, de quo vide egregium Brouckhuſii iudicium ad Propert. III. XI. 6.

Nec vim tela ferunt: licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exſanguis terreat umbras:
Caſta licet patrui ſervet Proſerpina limen
Troïus Aeneas, pietate inſignis et armis,
Ad genitorem imas Erebi deſcendit ad umbras.
Si te nulla movet tantae pietatis imago,
At ramum hunc (aperit ramum qui veſte latebat)
Adgnoſcas. Tumida ex ira tum corda reſidunt.
Nec plura his. Ille admirans venerabile donum
Fatalis virgae, longo poſt tempore viſum,

Caeru-

402 LICET PATRVI S. P. LIMEN] *Licet* hic non pro quamvis debemus capere, ſed *licet ſervet*, eſt pro licet iam ſervare. ut ſenſus ſit: Licet iam Cerbero latranti terrere umbras, nullum illi ab Hercule periculum, nec metu ſilentium tenere cogetur. Licet etiam Proſerpinae, ſine raptus periculo, ſervare domum et cubile Plutonis, quum ab Aenea, inſigni pietate viro nullus mali metus ſit. Cerda hic *ſervare limen*, explicat de mulieribus, in limine domus verſantibus, confundens matronas et meretrices proſtantes. Quare iure Ruaeus hoc commentum diſcuſſit. ipſe tamen nimis acute etiam, ita capi poſſe putat, ut licet Proſerpina non in interiore domo Plutonis, ſed in ipſo limine verſaretur, nullum etiam periculum ab Aenea ipſi ſuboriri poſſe, quum Pirithous ab ipſo ſolio abſtrahere tentaverit. inepte Vondelius, *haar Ooms drempel bewaren*, quaſi cuſtos ad limina poſita eſſet. quo ſenſu inf. 556. et 575. ſimplicius Paſſeratius ad Propert. II. VI. pag 271. *limen ſervare* explicuit, intra domum ſe continere, ut caſtae Matronae ſolebant. et pag. ſeq. docet hinc a maritis cautis et ſuſpicacibus cuſtodes ad limina poſitos, qui mulieres exire conantes cohiberent. cui nos accedimus. *Licet ſervet* vero, pro ſervare, recte dici exempla probabunt ab eodem Paſſeratio producta ad Propert. I. El. 8. pag 182. Horat. I. Od. 28. *licebit curras*, et Ovid. IV. Faſt. 411.

405 TANTAE PIETATIS IMAGO] Sic et Diomedes Grammaticus. ſed apud Macrobium lib. VI. Saturn 6. legitur, *tantarum gloria rerum*. Sed ille verſus ab Heinſio laudatus eſt ex lib. IV. 272. et in Macrobio ſeparari debuiſſent duo ex diverſis libris verſus.

406 APERIT] Nempe Aeneas. non Sibylla, ut Catroeus, qui illam ſub veſte geſtaſſe eum narrat. ſed debebat ferri munus Proſerpinae, ab illo, qui volebat telluris operta ſubire. ad Sibyllae vero dicta Aeneas eum nudavit, et hinc ſtatim ſilens Aeneam accipit alveo ſuo Charon. pro *aperit* erat in Veneto, *nudat*, ex interpretatione, ut ex Servio patet. *qui in veſte* Parrhaſ.

420 MEL-

Caeruleam advertit puppim, ripaeque propinquat.
Inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxatque foros: simul adcipit alveo
Ingentem Aenean. Gemuit sub pondere cymba
Sutilis, et multam adcepit rimosa paludem.
Tandem trans fluvium incolumis vatemque virum-
Informi limo glaucaque exponit in ulva. [que)
Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
Personat, adverso recubans inmanis in antro.
Cui vates, horrere videns iam colla colubris,
Melle soporatam et medicatis frugibus offam
Obiicit. Ille fame rabida tria guttura pandens
Conripit obiectam, atque inmania terga resolvit
Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum custode sepulto,

Evadit-

420 MELLE SOPORATAM] *Mel* et *papaver* recte iunguntur, ut vim soporandi habentia. et hinc Glires somnolentum animal, *melle et papavere sparsos* Petron. cap. XXXI. adpositos narrat. et Plinius lib. XIX. 8. *Papaveris candidi semen tostum in secunda mensa cum melle, apud antiquos datum*, ad somnum certe conciliandum, tradit. vid. et Ovid. IV. Fast. 151. hinc retunditur calumnia Harduini, qui soli melli vim soporiferam tribui imperite notat. nulla papaveris mentione facta, atqui illud voce *frugibus* indicatur. ut ex loco IV. Aen. patet.

421 FAME RABIDA] *Fame* ultima longa poni docet Priscianus lib. VII. vid. comm. ad Lucret. I. 806. et III. 731. *rapida* uterque Hamburgensis, Zulichemius, Oudartii, Dorvill. Bigotianus, Leidensis et a manu prima Mentelii prior, Sprotianus et alter Menagii. omnes frustra. vid. Cannegiet. ad Aviani Fab. XXVI. et ita *improba ventris rabies* II. Aen. 356. *rabiem et famem iungit* Ovid. XI. Met. 369. *guttura* hic eadem quae *fauces*, unde *imbrobam faucem* dixit Phaedr. I. Fab. I. ubi vide notas.

423 TOTOQVE INGENS] Scio hoc notare tam longo et extento iacuisse corpore, ut impleret antrum. vid. supr. III. 632. sed quum quater hoc nomen intra tam paucos versus occurrat, suspicatus olim fui, hic *rigens* legendum, quod *sepulto*, id est mortui simili convenit. ut Pers. III. 106. *in portam rigidos calces extendit*. et *ingens* et *rigens* commutarunt librarii quoque apud Lucan. III. 506. sed quia codices non mutant, ideo nec ego audeo.

427 ANI-

Evaditque celer ripam inremeabilis undae.
Continuo auditae voces, vagitus et ingens,
Infantumque animae flentes in limine primo:
Quos dulcis vitae exfortis, et ab ubere raptos,
Abftulit atra dies, et funere merfit acerbo.
Hos iuxta falfo damnati crimine mortis.
Nec vero hae fine forte datae, fine iudice, fedes.
Quaefitor Minos urnam movet: ille filentum
Conciliumque vocat, vitafque et crimina difcit.
Proxima deinde tenent maefti loca, qui fibi letum
Infontes peperere manu, lucemque perofi
Proiecere animas. Quam vellent aethere in alto
Nunc et pauperiem et duros perferre labores!
Fas obftat, triftique palus inamabilis unda
Adligat, et novies Styx interfufa coërcet.
Nec procul hinc partem fufi monftrantur in omnem
Lugentes campi. Sic illos nomine dicunt.
Hîc, quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, et myrtea circum
Silva tegit. Curae non ipfa in morte relinquunt.
His Phaedrum Procrinque locis, maeftamque Eriphylen,

Crude-

427 ANIMAE FLENTES] Haec illuftrat Gevartius lib. III. Electorum cap. 6. *ab ubere natos* Dorv. m. pr. in marg. *raptos ab ubere primo* Rottend. fec. repetita voce ex verfu praecedenti.

435 PEPERERE] *Reperere* primus Moreti, Zulichemius a manu fecunda, ut lib. II. 645. *ipfe manu mortem inveniam.* Sil. IV. 47. *et metui peperere manu:* eadem diverfitas apud Cicer. IV. Tufc. 2. *ne ea quae peperiffe ipfi putamur, alium didiciffe videamur.* ubi *reperiffe* in altera editione habet Davifius. fed contra codices.

441 HINC QVOS] *Hi quos* Wittian. *hic quas* Zulichemius, et *peredit*, utrumque a manu prima. *peredit* Leidenfis a manu fecunda. Wittian. *dirus amor* Oudartii et Francianus a manu prima. *morte peredit* Parrhaf. *peregit* Dorvil. quod non fpernendum. eadem enim varietas apud Stat. VI. Theb. 109. et verba haec *peragere*, *perimere*, *peredere* faepe a librariis permutata. ita apud Ovid. in Ibi 509. Martial. V. 38. et X. 61. et alibi. *Tabi* tamen accommodatius *peredit* puto.

445 MOESTAM Vid. ad Gratii Cyneg.

Crudelis nati monſtrantem volnera cernit,
Euadnenque, et Paſiphaën: his Laodamia
It comes, et iuvenis quondam, nunc femina, Caeneus,
Rurſus et in veterem fato revoluta figuram.
Inter quas Phoeniſſa recens a volnere Dido
Errabat ſilva in magna: quam Troïus heros,
Vt primum iuxta ſtetit, adgnovitque per umbram
Obſcuram, qualem primo qui ſurgere menſe
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila Lunam,
Demiſit lacrimas, dulcique adfatus amore eſt:
Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
Venerat exſtinctam, ferroque extrema ſecutam;
Funeris heu tibi cauſſa fui? Per ſidera iuro,
Per ſuperos, et ſi qua fides tellure ſub ima eſt;
Invitus, Regina, tuo de litore ceſſi.
Sed me iuſſa Deûm, quae nunc has ire per umbras,
Per loca ſenta ſitu cogunt, noctemque profundam,
Imperiis egere ſuis: nec credere quivi
Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem.
Siſte gradum, teque adſpectu ne ſubtrahe noſtro.
Quem fugis? extremum fato quod te adloquor, [hoc eſt.]
Talibus Aeneas ardentem et torva tuentem
Lenibat dictis animum, lacrimaſque ciebat.

Illa

Cyneg. 477. et H. Steph. Diſſ. de Crit. p. 180. et Barth. IV. Stat. Theb. 194. ſic Styx a στυγέω, *triſtis* dicitur. Noſtro v. 438. et Horat. II. Od. 14.

468 LENIBAT DICTIS ANIMVM] Quam incerti fuerint de ſtatu, in quo poſt mortem conſtituerentur homines, apparet ex diverſis et ſaepe ſibi contrariis opinionibus. In tres fere partes diſcedere morientem ſtatuunt, ut corpus cedat ſepulturae, anima aſtris, umbra vel imago ad inferos deducatur: ſed hic umbrae dat animum, et ſupra etiam 303. *corpora* vocat, ubi tantum imagines intelligendae. et ita alibi. Hic vero mentis adfectionem, iram dat umbrae Didonis, quod neſcio an alii fecerint. memores etiam ante actorum in toto hoc libro inducit; ſed durius mihi videtur, quod animum dixerit non modo *ardentem*, ſed etiam, *torva tuentem*, niſi vel cum Ruaeo pro *tuentis* capiamus, vel deeſſe uni membro quidquam ſtatuamus. lenibat ardentem animum,

qui

Illa solo fixos oculos aversa tenebat:
Nec magis incepto voltum sermone movetur,
Quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.
Tandem conripuit sese, atque inimica refugit
In nemus umbriferum: coniunx ubi pristinus illi
Respondet curis, aequatque Sichaeus amorem.
Nec minus Aeneas, casu percussus iniquo,
Prosequitur lacrimans longe, et miseratur euntem.

Inde

qui ex oculis eius torvis apparebat, licet nullo sermone uteretur, nec responderet Aeneae. deinde *lacrimas ciebat*, an Didoni, an sibi, dubium facit Servius. in Franciano erat *lacrimisque ciebat*, quod posset capi, pro ciere, movere illam conabatur. nam lacrimas demittebat Aeneas v. 455. quibus addidit dulci amore verba. et ita haec duo inter se respondent, lenibat dictis, et lacrimis suis movere tentabat; sed illa aversa tenebat oculos etc. nam *ciere* etiam notare alteri aliquid commovere docet Servius ad III. Georg. 517. quamquam addit etiam pro dare lacrimas, fletus, gemitus apud Maronem occurrere. videant eruditiores. mihi hic aqua haeret.

470 INCEPTO] Barthius ad Stat. XI. Theb. 623. in suo codice se reperisse ait, *in capto*, cum expositione, *licet perceperit*. sed *incepto* retinendum: plura enim addere parabat Aeneas, sed hoc exordio, quo se purgare volebat Aeneas, non movetur, ut reliqua audiret. sic *inceptus clamor*, mox v. 493. et plura talia.

471 DVRA SILEX] Hoc genere soloecum esse ait Harduinus, et hinc in Ecl. 135. *filice in nudo* legendum esse censet. sed tu vide sanioris doctrinae viros, Heins. ad Ovid. IX. Met. 225. et Barth. ad Stat. IV. Silv. III. I.

473 VBI PRISTINVS] *Postumus* Hugenianus a manu pr. an voluerit *proximus* librarius nescio, quia credebat *pristinum* non dici nisi proximum, aut modo praecedens tempus: ut ita *pristinus dies*, pro pridie, quod Servius etiam credidisse videtur, qui *priorem* explicat, et Grammaticos hic laborasse notat. vide et ad XII. 424. et Davis. ad Caesar. IV. de B. G. 14. sed et de remotiori tempore posse capi ostendunt exempla producta a Doctissimis viris, Snakenburgio ad Curt. VIII. IV. 2. et Dukero ad Liv. IV. 32. mox, *aequat amores* secundus Rottendorphius. sed *amorem* habet Schol. Horatii II. Od. 5. vide ad lib. V. 334.

476 PROSEQVITVR] *Persequitur* Dorvil. recte de oculis humentibus explicat Servius. ut Tiberius Agrippinam, *tumentibus et contentis oculis prosequitur*, apud Sueton. cap. VII. ubi quidam *humentibus* volunt.

477 TE-

Inde datum molitur iter. Iamque arva tenebant
Vltima, quae bello clari ſecreta frequentant.
Hîc illi occurrit Tydeus, hîc inclutus armis
Parthenopaeus, et Adraſti pallentis imago.
Hîc multum fleti ad ſuperos, belloque caduci
Dardanidae: quos ille omnis longo ordine cernens
Ingemuit, Glaucumque, Medontaque, Therſilochumque,
Tris Antenoridas, Cererique ſacrum Polypoeten,
Idaeumque, etiam currus, etiam arma tenentem.
Circumſtant animae dextra laevaque frequentes.
Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt: iuvat uſque morari,
Et conferre gradum, et veniendi diſcere cauſſas.

At

477 TENEBANT] *Tenebat* duo Voſſiani, et duo aut tres alii. Etiam Mentelianus alter a manu prima. Et hoc tuetur Marcklandus ad Statii lib. V. Silv. II. 6. ſed et Sibylla dux Aeneae intelligitur. vide ad Phaedr. I. 15. et ſupr. v. 14. et inf. 651.

480 PALLENTIS] *Bellantis* Zulichemius. *pallantis* tertius Rottendorphius. *palentis* Francianus qui et *Parthonopeus.* ſed *pallentis* retinet et explicat Interpres Statii ad lib. III. 552. *timore fugientis.* ut fere Servius.

481 HIC MVLTVM] *Hii* Wittian. *Hi* Serv. ad II. Aen. 4. ſed et ibi in Leidenſi erat, *hic ad ſuperos*, pro apud. imitatus Stat. II. Theb. 17. ubi vide Barth. ſuperi hic viventes, in terra. vid. ad Vel. Pater. II. 48. et alibi ſaepe. de τῷ *multum* vid. ad III. Aen. 348.

484 POLIOETEN] *Polyboten* Oudartii. *Cereri ſacrumque Pobyten* Bigotianus. *Poliboetem* Wittian. *Polyboten* giganta memorat Steph. Byz. in Νίσυρ☉. *Polybetem* Serv. ad II. Aen. 714.

485 ETIAM CVRRVS, ETIAM ARMA] Vid. et Serv. ad XI. Aen. 373. ubi hoc loco *tenentes* legit. et *iam currus, et iam* Oudartii. *etiam currus atque* Venetus. *Idaeum etiam* tert. Rottendorph. quia vero Servius, ut probet *etiam* notare adhuc, adducit verſum ubi illa vox non occurrit, vel videtur legiſſe in illo, *etiam ſequitur tellure*, vel voluit tantum ſignificare, eumdem illi ſenſum eſſe dandum.

486 FREQVENTES] *Frementes* Gudianus a manu prima. *frequentant* Dorvill. a m. ſec. mox, *vidiſſe ſatis ſemel eſt* prior Hamburgicus. Interpretes referunt ad Aeneam. ſed credo ad umbras referendum, quibus non ſatis erat vidiſſe Aeneam ſemel, ſed qui morabantur, et volebant ſcire cauſſam veniendi ad inferos. vid. inf. 530.

489 DA-

At Danaûm proceres, Agamemnoniaeque phalanges,
Vt vidère virum, fulgentiaque arma per umbras,
Ingenti trepidare metu. Pars vertere terga,
Ceu quondam petiere ratis: pars tollere vocem
Exiguam. Inceptus clamor frustratur hiantis.
Atque hîc Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora manusque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, et truncas inhonesto volnere naris.
Vix adeo adgnovit pavitantem, et dira tegentem
Supplicia; et notis conpellat vocibus ultro:
Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri,
Quis tam crudelis optavit sumere poenas?
Cui tantum de te licuit? Mihi fama suprema
Nocte tulit, fessum vasta te caede Pelasgûm
Procubuisse super confusae stragis acervom.
Tunc egomet tumulum Rhoeteo in litore inanem
Constitui, et magna Manis ter voce vocavi.
Nomen et arma locum servant. Te, amice, nequivi
Conspi-

489 DANAVM] *Danai* Zulichemius. vid. ad VIII. 161. *et Danaum* Editio Iuntina et quidam scripti.

495 VIDIT] *Videt* Gudianus *lacerum videt* Excerpta nostra. Heinsius volebat, *Deiphobum videt, et lacerum.* ut est in Mediceo. mox, *ora, manus ambas* alter Hamburgicus. *albas* Montalbanius. in Franciano, *videt*, relicto spatio inter hoc verbum et *lacerum*, ubi *et* poneretur. *Deiphobum vidi* Rufinianus de Schem. Lex. p. 31. et Interpres Horat. IV. Od. 9.

498 ET DIRA TEGENTEM SVPPLICIA] Serv. ad 1. Aen. 157. ex Sexto citat, *et vulnera dira tegentem.* ex interpretatione scilicet, qua supplicia per vulnera exposuit. *suppliciaque notis* Dorvill.

504 CONFVSAE] *Confossae* in Gudiano. *Caedis acervum* Bigotianus, Mentelii prior, secundi Hamburgicus et Menagianus. *acervom* Mediceus. vid. XI. 207. 384. ubi eadem varietas.

505 IN LITORE] *In* deest Montalbanio, et a m. sec. Gudiano. sed servavit Schol. Statii ad lib. VIII. Theb. 341.

509 AT-

Conſpicere, et patria decedens poniere terra.
Ad quae haec Priamides: Nihil o tibi, amice, relictum:
Omnia Deiphobo ſolviſti, et funeris umbris.
Sed me fata mea et ſcelus exitiale Lacaenae
His merſere malis: illa haec monumenta reliquit.
Namque, ut ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus, noſti; et nimium meminiſſe neceſſe eſt:
Quum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit
Pergama, et armatum peditem gravis adtulit alvo:
Illa chorum ſimulans, euantis orgia circum
Ducebat Phrygias: flammam media ipſa tenebat
Ingentem, et ſumma Danaos ex arce vocabat.
Tum me, confectum curis ſomnoque gravatum
Infelix habuit thalamus, preſſitque iacentem
Dulcis et alta quies, placidaeque ſimillima morti.
Egregia interea coniunx arma omnia tectis
Emovet, et fidum capiti ſubduxerat enſem:

Intra

509 ATQVE HIC] *Ad quae haec* Zulichemius, et Parrhaſ. et Ed. Med. quae et *nihil o tibi*! *Ad quem* ſecundus Moreti. *atque haec* Francianus, Wittian. et Regius, Ed. Venet. *ad quae* Dorvillian. *atque hic* repetitum ex v. 494. et infr. 861. et VII. 29. recte cenſet Cl. Dorvillius. ſimiliter variaſſe codices apud Suetonium notavimus ad Caeſar. cap. XXIX. et XXXIX.

510 OMNIA] Hic videtur ſecum pugnare Virgilius, qui lib. II. 566. Helenam in Domo Priami latentem induxit, hic vero in Domo Deiphobi. quae et inter cauſſas fuit, cur illos verſus lib. II. ſuſtulerint quidam. et hoc etiam culpavit Harduinus. vide H. Steph. Diſſ. de Criticis p. 138.

516 GRAVIS ADTVLIT ALVO] *Alveo* Medic. *alvo* Macrob. VI. 2. *gravis attulit error* alter Hamb. a m. ſec. *gravis* hic recte explicuit Fabric. vid. ad Petron. cap. LXXXIX. *ſtipant graves Equi receſſus Danai*. hinc Tryphiodoro Ἐγκύμων ἵππος, ut manus viri docti in codicis ora.

518 FLAMMAM MEDIA IPSA TENEBAT] *Medio* Venetus. *Flamma* hic facem, taedam notat. ut apud Valer. Flac. VIII. 302. *armant picis unguine flammas*. et ſic explicat Servius ad II. Aen. 256. ubi *ingentem* omittit.

524 EMOVET] *Summoverat enſem* Venetus, male. *ſubduxerat* Donatus ad Terent. Eun. IV. VII. 25. furtim ſubtraxerat. *capiti* eſt illi parti lecti, ubi caput

Intra tecta vocat Menelaum, et limina pandit.
Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum.
Quid moror? inrumpunt thalămo. Comes additus una
Hortator ſcelerum Aeolides. DI, talia Graiis
Inſtaurate; pio ſi poenas ore repoſco.
Sed te qui vivum caſus, age fare viciſſim,
Adtulerint. Pelagine venis erroribus actus,
An monitu Divûm? an quae te Fortuna fatigat,
Vt triſtis ſine ſole domos, loca turbida, adires?
Hac vice ſermonum roſeis Aurora quadrigis
Iam

put ponimus. vid. ad Suet. Domit. XVII.

527 VETERVM] *Veterem* Sprotianus, ut *fama prior*, IV. 322. Ovid. v. Faſt. 625. *Fama vetus.* ſed hoc paullo alium ſenſum efficit. *vetus* enim *fama* eſt, quae a longo tempore, ante etiam ſeculum, iam obtinuit. Helenae vero ante decem fere annos raptae convenit melius, *fama veterum* malorum, quae fecerat ante hoc tempus a raptu Paridis ad excidium Troiae.

528 THALAMO] *Thalamos* primus tertiuſque Rottendorphius, cum ſecundo et tertio Moretanis, et ita Pieriani nonnulli, etiam Bigotianus, et in Wittiano eraſa erat litera *s. irrumpit* Zulichemius a manu ſecunda. *irrumpere domos* dixit Val. Flac. II. 211. Iuſt. II. II. *irrumpunt caſtra.* et ita Noſter. IV. 645. *Interiora domus irrumpit limina.* et XI. 879. *Portas primi irrupere patentes.* et ita paſſim alii. conſtructum cum dativo hoc verbum nondum reperi. ſed ut, *it clamor coelo*, et ſimilia, potuit Virgilius dixiſſe.

533 QVAE TE] *Te* deeſt primo Moretano, et Parrhaſ. *aut quae te* prior Hamburgicus. *admonitu* etiam tertius Rottendorphius. in editionibus quibuſdam Terent. ad Hecyr. v. ult. 9. video in hoc Virgilii loco legi apud Donatum, *an quia te fortuna fatigat.* ſed in aliis, ut Lindenbrogianis, *quae*, ut hic omnes codices et editiones, conſtruendum, ac ſi dixiſſet, an monitu Divum, an Fortuna, quae te fatigat, ſcilicet, huc te attulit. nec diſplicet, *aut quae* etc. Ita Deos, et Fortunam ſive caſum opponi ſaepe vidimus ad Sueton. Claud. cap. XIII. inf. IX. 211.

535 ROSEIS AVRORA QVADRIGIS] Non plane intelligo haec. Catroeus ſecutus Servium notat, Auroram hic notare matutinum tempus ad meridiem, quia tranſierat iam in partem diei poſt meridiem, vel ſextam horam; quia quocumque tempore dies incipit, prima pars aurora

Iam medium aetherio cursu traiecerat axem:
Et fors omne datum traherent per talia tempus:
Sed comes admonuit, breviterque adfata Sibylla est:
Nox ruit, Aenea; nos flendo ducimus horas.
Hic locus est, partis ubi se via findit in ambas:
Dextera, quae Ditis magni sub moenia tendit:
Hac iter Elysium nobis: at laeva malorum
Exercet poenas, et ad inpia Tartara mittit.
Deiphobus contra: Ne saevi, magna sacerdos:
Disce-

aurora dici potest. sed ita et media nox auroram suam haberet, quia Romani diem incipiebant a media nocte, ut notum. et si Tusci a media die inciperent, hoc de die civili etiam intelligendum est, de qua cogitasse Poetam non credo. *Auroram* vero solem notare, etiam exemplis probari vellem, quum sit praenuntia solis, quem roseo suo colore propinquum ortui indicat. unde toties ῥοδοδάκτυλος ἠὼς Homer. vide quae dixi ad Rutil. Iter. 511. Altera difficultas est, quid per *medium axem* intelligat, et qua ratione iam noctem *ruere* possit dicere: quare hos nodos acutioribus solvendos relinquo. sed solitum fuisse Maronem Romanum diei modum sequi ex lib. V. 738. probat Gellius lib. III. 2. *Axem* etiam *medium* dici inter septentriones dicit Servius ad lib. IV. 482. et alibi saepe pro coelo poni. velle Poetam indicare diem vergere in vesperam puto, et meridiem iam transiisse: sed ex verbis me non expedio, nisi fingamus, Auroram de nocte iam cursum suum instituere versus initium diei, quo demum apparet mortalibus. de *medio axe* vide, quae erudite disputat Cl. Dorvillius ad Lucan. III. 423. et IV. 672.

539 NOS FLENDO] Barthius in Glossario Latino Barbaro, quod nuper I. P. a Ludewig edidit, Tom. III. Reliqu. MSS. pag. 252, producit haec verba, quasi legisset *nos fluendo ducimus horas.* nescio quo sensu, et qua constructione. *flendo* hic flebilibus his sermonibus. operis adscribo, quod in Dan. Heins. editione legatur, *non flendo.*

542 AT LAEVA] *Et* alter Menagii. *hac* Venetus. *ac* Hugenianus et Ed. Venet. mox, *mittet* Leidensis, vel *tendit* Bigotianus. vulgata est apud Nonium. in *Tartara exercet*, hic Ruaeus explicat, *continet supplicia impiorum*, dubia vi verbi *continet.* sed locus hic ponitur pro illis qui exercent, exsequuntur poenas. ita *exercere quaestionem* Suet. Caes. XI. *leges* Tiber. Caes. 43. et Tiber. 58, *exercere iras* Noster III. Georg. 152. et Ovid. II. Met. 583. Tacitus I. Ann. 44. *Iudicium et poenas de singulis in hunc modum exercuit*, ubi vide notas Mureti.

 547 EF-

Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris
I decus, i, nostrum; melioribus utere fatis.
Tantum effatus, et in verbo vestigia torsit.
Respicit Aeneas subito, et sub rupe sinistra
Moenia lata videt, triplici circumdata muro:
Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.
Porta adversa, ingens, solidoque adamante columnae:
Vis ut nulla virûm, non ipsi exscindere ferro
Coelicolae valeant. Stat ferrea turris ad auras:
Tisiphoneque sedens, palla succincta cruenta,
Vestibulum exsomnis servat noctesque diesque.
Hinc exaudiri gemitus, et saeva sonare
Verbera: tum stridor ferri, tractaeque catenae.
Constitit Aeneas, strepitumque exterritus hausit.
Quae scelerum facies? o virgo, effare: quibusve
Vrguentur poenis? Qui tantus plangor ad auras.

Tum

547 EFFATVS] *Affatus* Menagii sec. hic ex praescripto quorundam deberet *effatur*, sequente copula, legi. vid. ad Lucan. VIII. 752. et IX. 584.

552 SOLIDOQVE] *Solidaeque* volebat Vossius. sed Lutat. ad Statii VII. Theb. 43. et Nonius in *solidum*, *solidoque* adgnoscunt. *solido adamante* alter Hamburgicus. istae vero locutiones, variatis adiectivis nominibus, obviae. *solidam columnam* dixit Sueton. Caes. LXXXV. *solidum ex auro signum* Iustin. XXXIX. 2. et *solidam auream statuam* Plaut. Curcul. III. III. 7. Noster. II. 765. *crateres auro solidi*, et *telum solidum nodis et robore cocto*. XI. 552.

561 VRGVENTVR] Ita Francian. et alii. Pierius ad Ecl. VII. 48. ubi, *turguere* ex codice profert, hic latius de ea forma scribendi acturum promittit, et tamen nihil praeter iam ibi dicta profert. Muretus ita scribi in Ciceronis Codicibus ad Philip. III. 13. testatur. sic in lapide, apud Gruter DXIX. 3. *Vrguente fato.* quod ex nostri loco in lib. II. 653. videtur desumtum. Quem lapidem etiam profert Dausqueius, et in Florentinis Pandectis ita legi docet: ipse tamen *urgeo* praefert.

Ibid. QVIS TANTVS] *Qui tantus* cum Pierianis Sprotianus ex Heinsii, ut et alter Hamburgicus. in Gudiano quoque *clangor ad auras.* vide lib. IV. 668. in altero Menagiano, *clamor.* Vid. ad Ecl. II. 19. *qui clangor tantus* Vratislaviensis. *qui tantus* Parrhas. Wittian. Dorvill. et Regius. Edd. Venet. et Mediol.

clangor

Tum vates ſic orſa loqui: Dux inclute Teucrûm,
Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen:
Sed me, quum lucis Hecate praefecit Avernis,
Ipſa Deûm poenas docuit, perque omnia duxit.
Gnoſius haec Rhadamanthus habet duriſſima regna,
Caſtigatque auditque dolos; ſubigitque fateri,
Quae quis apud ſuperos, furto laetatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Continuo ſontis ultrix adcincta flagello
Tiſiphone quatit inſultans, torvoſque ſiniſtra
Intentans anguis, vocat agmina ſaeva ſororum.
Tum demum horriſono ſtridentes cardine ſacrae
Panduntur portae. Cernis, cuſtodia qualis
Veſtibulo ſedeat? facies quae limina ſervet?
Quinquaginta atris inmanis hiatibus Hydra
Saevior intus habet ſedem. Tum Tartarus ipſe

Bis

clangor etiam Leidenſis. ad *aures* etiam Hugenianus et a ſecunda manu primus Moreti, ſecundus Rottendorphius et Zulichemius.

565 IPSA DEVM POENAS] Putavit Heinſ. aliquando, *ipſa reum poenas*, pro *reorum*. At in Montalbanio et Hamburgico priore, *ipſa loci poenas*. quomodo et Gudianus pro diverſa lectione *ipſa loqui* Voſſianus alter. *Loci* pro diverſa lectione etiam Zulichemius. *illa Deum* Oudartii. *illa mihi* Venetus. mutavere credo, qui *Deum poenas*, ipſis diis impoſitas credebant hoc notare: ſed quis paullo humanior ignorat tales locutiones utroque modo exponi poſſe? ſic lib. XII. 5. *venantum vulnus* a Servio recte explicatur, quod venantes fecerunt. vid. ad IV. Aen. 436. ita *Parthica damna* Lucan. I. 106. a Parthis illata, et ſexcenta talia. vid. et lib. VII. 760. *patrias poenas* interpretari debemus a patre inflictas.

568 FVRTO] Barth. ad Stat. XI. Theb. 569. explicat de eo, qui clam omnibus cetera ſua impunita habuit, et tegendo et negando pro innocente ſe geſſit. an *inane furtum* hic non, ut IV. 218. *famam inanem*, pro inutili, nullum fructum ferente poſſet capi? et ita *tempus inane*. Ibid. 433. ubi vide.

575 QVAE] *Quae et* primus Rottendorphius. et in Zulichemio eraſum erat. et *facies* pro Hydra, ut *facies Caci*. VIII. 194. *facies Lacaenae* II. 601. *immanis*, ut Varro apud Nonium in *immanis*; de Hydra et Dracone Heſperidum, *quod beſtiae fuerunt immanes*. ita *immanem Hydram* I. Georg. 458.

580 Ti-

Bis patet in praeceps tantum, tenditque ſub umbras,
Quantus ad aetherium coeli ſuſpectus Olympum.
Hîc genus antiquum Terrae, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo volvuntur in imo.
Hic et Aloïdas geminos, inmania vidi
Corpora: qui manibus magnum reſcindere coelum
Adgreſſi, ſuperiſque Iovem detrudere regnis.
Vidi et crudelis dantem Salmonea poenas,
Dum flammas Iovis et ſonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic invectus equis, et lampada quaſſans,
Per Graiûm populos, mediaeque per Elidis urbem
Ibat ovans, Divûmque ſibi poſcebat honorem,
Demens! qui nimbos, et non imitabile fulmen
Aere et cornipedum pulſu ſimularat equorum:
At pater omnipotens denſa inter nubila telum
Contorſit, (non ille faces, nec fumea taedis
Lumina) praecipitemque inmani turbine adegit.
Nec non et Tityon, Terrae omniparentis alumnum,
Cernere erat: per tota novem cui iugera corpus
Porrigitur: roſtroque inmanis voltur obunco
Inmortale iecur tondens, fecundaque poenis
Viſcera, rimaturque epulis, habitatque ſub alto
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?
Quos ſuper atra ſilex iam iam labſura, cadentique
Inminet adſimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulaeque ante ora paratae
Regifico luxu, Furiarum maxuma iuxta

Adcu-

580 TITANIA PVBES] *Proles* Parrhaſ. Horat. III. Od. 4. vocat, *partus terrae*. ubi antiquus Commentator hunc locum adducens habet, *Titania pubes*. *Telluris iuvenes* idem Horat. II. Od. 12. dixit. credo *proles* huc migraſſe ex verſu inf. 648. huic fere ſimili. idem Petitus hic pro *terrae* reponebat *coeli*, quia Titanes coeli et terrae filii dicti ſunt. et hanc tranſpoſitionem laudat, ut nihil ſupra, Cantabrigienſis editionis auctor.

606 CON-

Adcubat, et manibus prohibet contingere menſas:
Exſurgitque facem adtollens, atque intonat ore.
Hîc, quibus invifi fratres, dum vita manebat,
Pulſatuſve parens, et fraus innexa clienti;
Aut qui divitiis ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis, quae maxima turba eſt:
Quique ob adulterium caeſi: quique arma ſecuti
Inpia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Incluſi poenam exſpectant. Ne quaere doceri
Quam poenam, aut quae forma viros, fortunave merſit.
Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum
Diſtricti pendent: ſedet, aeternumque ſedebit,
Infelix Theſeus: Phlegyaſque miſerrimus omnis
Admonet, et magna teſtatur voce per umbras:
Diſcite iuſtitiam moniti, et non temnere divos.
Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Inpo-

606 CONTINGERE MENSAS] *Menſam* prior Mentelianus et Rottendorphii primus, cum ſex aliis minoris rei. Et ita tres Leidenſes cum Hugeniano, et Excerptis noſtris et Regio. ſed *menſas* agnoſcit Interpres Horatii Crucquianus lib. I. Od. 28. et Statii I. 715.

614 INCLVSI] *Suſpenſi* apud Schol. Statii I. Theb. 432. Sed omnes codices, et Donatus ad Terent. Hecyr. III. IV. 8. *incluſi* habent. et hoc exigit τὸ *exſpectant*. ut enim criminis capitalis rei, carcere incluſi, exſpectant poenam certo illis ſubeundam, ita hi ſcelerati dum viverent. et neſcio, an hac vitioſa lectione inductus vir doctus in Obſerv. Miſcel. Critic. Vol. IV. pag. 378. voluerit hic legere, *expendunt* poenas ex v. 740. id eſt iam penderent noxii, explicandi. *exſpectare* vero hic notat, non poſſe eos effugere poenas, ſed certo daturos. vid. ad II. Georg. 237. et hoc nota Servii innuit, illis eſſe *metum*, et *dolorem* futurae poenae. quae duo ſaepe occurrunt. vid. ad Lucan II. 27.

618 PHLEGYASQVE] *Phlegeaſque* Sprotianus *Phleguaſque* primus Rottendorphius. nominativo caſu *Phlegyas* accepit etiam Muncker. ad Hygin. fab. LXXIX. et Lutatius ad Stat. I. Theb. 713.

621 VENDIDIT HIC] Curionem, etiam, qui Caeſari vendidit patriam, et eum impoſuit dominum intelligit Schol. Lucani lib. I. 269. et IV. v. ult. *dominum impoſuit* Vondelius accepit, pro feſellit: ſed tunc

 domino

Inpoſuit, fixit leges pretio atque refixit.
Hic thalamum invaſit natae vetitoſque hymenaeos.
Auſi omnes inmane nefas, auſoque potiti.
Non, mihi ſi linguae centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnis ſcelerum comprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina poſſim.
Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeva ſacerdos:
Sed iam age, carpe viam. et ſuſceptum perfice munus:
Adceleremus, ait. Cyclopum educta caminis
Moenia conſpicio atque adverſo fornice portas.
Haec ubi nos praecepta iubent deponere dona.

Dixe-

domino potenti dicendum foret. ſi de Curione capiendum, obſtabit iterum vox *dominus*, de quo Servius ad v. 612. qua appellatione de Caeſare uti non auſus fuiſſet Maro, qui excitandus eſſet ex inferis, ut nobis, quem hic innuerit, indicaret.

624 AVSOQVE] *Auſuque* Vratislavienſis et a manu ſecunda Zulichemius. ea forma hanc vocem veteres uſurpaſſe vidimus ad Ovid. XI. Met. 242. et ita *auſu* eſt in multis codicibus et editionibus Valerii Max. IV. VII. 5.

630 EDVCTA] *Obducta* Leid. et Vratisl. vid. L. v. 633. et XII. 674. Doctiſſimus Waſſius ad Thucydid. lib. VIII. 26., in quatuor codicibus Cantabrigienſibus ſcribit ſe reperiſſe, *Cyclopum virecta caminis*, quod certe vitioſum. nam et ſecunda in Cyclopum eſſet corripienda (de quo vide ad lib. I. 201.), nec quid *virecta* hic ſignificent video, quae v. 638. occurrunt, quare forte erraverunt operae, vel manus viri egregii, qui voluit *erecta* dare. Stat. I. Theb. 630. primam in *Cyclopum* corripit exemplo Ovid. XIV. Met. 299. et Silii IV. 435.

631 ADVERSO IN FORNICE] Omnes Heinſii, *adverſo fornice*, omiſſo τῷ *in*. *reſpicit* etiam Gudianus pro diverſa ſcriptura. Ita et mox 636. *adverſo limine* Cod. Rottend. pr. ut lib. III. 287. *poſtibus adverſis figo*. ſed *in fornice* hic Edd. Mediol. et Ald. *ſuſpicio* Excerpta noſtra.

632 IVBENT DEPONERE] Vetus *monent*, et *per opaca locorum*, Gudianus pro diverſa lectione. In ora codicis ſui Heinſius ſcripſerat, *hic ubi deponere*. Vondelius capit, tanquam eſſet offerre ſacrificium. ſed eſt defigere, ut mox v. 636. Senec. Conſ. ad Marc. cap. XVI. *ſubolem ex illis reſiduam fovet, et amiſſarum ſemina ſtatim plantaſque deponit*. ita legendum ex Colon. codice. vulgo, *diſponit*, quod etiam monuit Marklandus, ad Stat. II. Silv. III. 41. nec vi-

tioſa

Dixerat, et pariter, greſſi per opaca viarum,
Corripiunt ſpatium medium, foribuſque propinquant.
Occupat Aeneas aditum, corpuſque recenti
Spargit aqua, ramumque adverſo in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere divae,
Devenere locos laetos, et amoena vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.
Largior hîc campos aether et lumine veſtit
Purpureo; ſolemque ſuum, ſua ſidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palaeſtris;
Contendunt ludo, et fulva luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.
Nec non Threïcius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Iamque eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.
Hic

tioſa eſt lectio apud Lucanum IV. 439. *Aut dum depoſitis adtollat retia varis Venator.* ubi vulgo *diſpoſitis.* ſed *depoſitis*, eſt defixis in terram. plura diximus ad Ovid. Remed. Amor. 183.

638 VIRETA] *Virecta* Regius, Dorvill. Parrhaſ. et multi alii. et ſaepe Mſſ. apud Columellam et alios ex vitio aevi, quo librarii vixerunt.

641 SOLEMQVE SVVM] Imitatur Manilius in alia re, II. 775. *ſolemque novum, nova ſidera cernunt.* ubi bonus ille Fayus *ſidera* in nominativo caſu capit, quaſi illa cernerent novum ſolem. quem viros eruditos in Anglia hoc in loco ſecutos patet ex Trappii notis. ut ſit constructio, *ſua ſidera norunt ſuum ſolem.* ſed illae ſedes beatae norunt ſua ſidera, et ſuum ſolem. capiendum *norunt* abſolute, ſcilicet, in Elyſio agentes. vid. ad Eclog. III. 10. et paſſim alibi.

643 EXERCENT] *Exercet* uterque Mentelianus, Menagianus prior, et primus Rottendorphius, cum tertio Moretano et Leidenſi. pro *carmina dicunt*, manus prima primi Rottend. *ducunt* *Exercet* etiam reliqui Leidenſes, Bigotianus, Hugenianus. *ducunt* Excerpta noſtra a manu ſecunda. quae ſollemnis permutatio. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 22. et alibi ſaepe. *dicant* Gudianus. *fidibus plaudunt* Hugenianus pro varia lectione. *pedibus claudunt* Mediceus a manu prima. *coreas* Wittian.

647 IAMQVE EADEM] *Iamque fidem digitis, iam pectine pulſat eburno.* legit Marklandus ad Stat. III. Silv. 164. ſed *eadem* diſcrimina, id eſt quae ſunt diverſi ſoni, nervos, (quibus reſpondeat carminibus, quae voce

 canun-

Hîc genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi heroes, nati melioribus annis,
Ilusque, Assaracusque, et Troiae Dardanus auctor.
Arma procul, currusque virûm miratur inanis.
Stant terra defixae hastae, passimque soluti
Per campos pascuntur equi. Quae gratia currûm
Armorumque fuit vivis, quae cura nitentis
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit, ecce, alios dextra laevaque per herbam
Vescentis, laetumque choro Paeana canentis,
Inter odoratum lauri nemus: unde superne
Plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.
Hîc manus, ob patriam pugnando volnera passi,
Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quique pii vates, et Phoebo digna locuti,
Inventas aut qui vitam excoluere per artis,
Quique sui memores alios fecere merendo:
Omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.
Quos circumfusos sic est adfata Sibylla;
Musaeum ante omnis: medium nam plurima turba
Hunc

canuntur) pulsat partim digitis, partim pectine. ita apud Ovid. I. Met. 518. *concordant carmina nervis.* an de ipso Orpheo canente simul et citharam pulsante, ut fere omnes Interpretes, an de alio canente, cui Lyra sua respondet Orpheus, haec verba sint capienda, dubito. constructio vero audacior *obloquitur discrimina*, pro discriminibus, cuius exemplum nondum notavi. Servius contra loquentem loqui explicat. Salmasius Observ. ad Ius Att. pag. 864. dicit, *obloqui* esse interrumpere sermonem loquentis. vide Cerdam haec explicantem, et Favonium Eulogium in Cicer. Somn. Scip. pag. 447. Ed. Graev.

664 ALIOS FECERE MERENDO] Vid. Gronov. ad Senec. Hippol. 672. et quae notata sunt in Observ. Miscel. Critic. Vol. IV. pag. 123. adde etiam Donat. ad Terent. Andr. II. I. 31. et Serv. ad IX. Aen. 256. ubi etiam quidam *aliquos* dant. ut hic etiam Francian. et Ed. Mediol.

667 MVSAEVM] *Museum* Vratislaviensis et Zulichemius. cuius Glossator *Platonem* interpretatur. *Musenum* Dorvil. et Excerpta nostra. sed cur Homerum non memoret, vide Menagianorum tom. III. pag. 62. ad III. Georg. 90.

668 SV-

Hunc habet, atque humeris exſtantem ſuſpicit altis:
Dicite, felices animae, tuque, optime vates;
Quae regio Anchiſen, quis habet locus? illius ergo
Venimus, et magnos Erebi tranavimus amnis.
Atque huic reſponſum paucis ita reddidit heros:
Nulli certa domus. Lucis habitamus opacis,
Riparumque toros et prata recentia rivis
Incolimus. Sed vos, ſi fert ita corde voluntas,
Hoc ſuperate iugum; et facili iam tramite ſiſtam.
Dixit, et ante tulit greſſum, campoſque nitentis
Deſuper oſtentat: dehinc ſumma cacumina linquont.
At pater Anchiſes penitus convalle virenti

Inclu-

668 SVSPICIT] *Suſcipit* tertius Rottendorphius, Moreti ſecundus, et a manu prima Zulichemius, Excerpta noſtra, et Editio Iuntina. *oculis exſtantem ſuſpicit* Parrhaſ. ſic Timonem in Sillis de Platone dixiſſe: *Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύςατος*, notavit Cl. Dorvillius.

670 REGIO] Hic iterum regionem a loco diſtinguit, de quo ad lib. I. 530. et V. 756. ſic Plautus Pſeudol. II. II. I. *hi loci ſunt, atque hae regiones.* licet ibi de locis in urbe agatur. Lucret. II. 531. *At regione, locoque alio, terriſque remotis.* Claudian. Epithal. Pallad. 62. *Quis locus Aethiopum, quae ſic impervia famae Seceſſit regio?*

674 RIPARVMQVE TOROS] Imitatur Statius IV. Theb. 819. *Toros riparum, et proruta turbant Gramina.* ubi vide Schol. Barthii. *riparumque* Zulichem. *recentia ſilvis* Bigot. *virentia* Parrhaſ. quae eſt interpretatio τῦ *recentia.* vid. IV. Georg. 304. et ad Ovid. V. Faſt. 123. nam *recentia prata* ſunt, quae humore perpetuo aluntur, et viridia ſunt, ut ſemper quaſi nova appareant. vid. ad Nemeſ. II. Eclog. 22. Vondelius vertit, quaſi rivis recentibus irrigua prata dixiſſet, per hypallagen. in Dorviliano etiam in margine erat *virentia*, unde gloſſam eſſe apparet. et ita *recentes herbae* Ovidio V. Faſt. 123. virides, novae. v. Heinſ. ſ. h. l. 636. *recens aqua* ex fluvio vivo et perenni.

677 GRESSVM] *Greſſus* Menagius alter. mox *oſtendit* prior eiusdem et Leidenſis. et Ed. Venet. *et ſuper* Dorvill. *linquit* Venetus. *linquent* Francianus. *linquont* Gudianus. recte vero Servius *linquunt* tuetur, licet *dixit*, et *oſtentat* praecedant. ibi enim de una, hic de duobus agitur. vid. ad lib. II. 32. et ſupr. h. l. 477. et 651. et alibi.

679 CONVALLE] *Cum valle* Rottend. ſecundus et Zulichem. *in valle* Parrhaſ. et Venetus. *nitenti* prior Hamb. vide Gronov. ad Senec. Oedip. 156. et notas ad Ovid. II. Metam. 795. et alibi.

680 AD

Inclusas animas, superumque ad lumen ituras,
Lustrabat studio recolens, omnemque suorum
Forte recensebat numerum, carosque nepotes,
Fataque, fortunasque virûm, moresque, manusque.
Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit
Aenean, alacris palmas utrasque tetendit:
Effusaeque genis lacrimae; et vox excidit ore:
Venisti tandem, tuaque spectata parenti
Vicit iter durum pietas? datur ora tueri,
Nate, tua; et notas audire et reddere voces?
Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum,
Tempora

680 AD LVMEN] *Ad limen* Bigotianus et Zulichemius. *inclusasque* etiam prior Hamburgicus. *illustres* et *limen* Parrhas. perpetua haec confusio. vid. Ecl. v. 56. Valer. Flac. IV. 28. et alibi saepe.

681 RECOLENS] In Miscel. Observ. Crit. Vol. II. pag. 392. vir doctissimus hinc emendat apud Apulei. lib. IV. Met. p. 122. ubi vulgo legitur, *Transitoque eius fluvio recalcans priora vestigia*, ex Codic. Fulvii *recolens*. sed alter ostendit huic loco nihil commune esse cum Apuleio nam hic est recolens, animo reputans, repetens, vel, ut Servius, ex optimis codicibus, *retractans*.

683 MANVSQVE] *Genusque* ad oram Pierius notavit alios legere, et ita etiam Taubmannus. sed in nullo inveni.

687 TVAQVE SPECTATA PARENTI] Cod. ab Heins. laudati *exspectata* et *exoptata*. sed codex Leidensis firmat, *spectata*, quare hanc Heins. praefert, quia *que* producitur ob sequentes duas consonantes. v. Georg. 153. VIII. Aen. 425. et IV. Georg. 336. *Tuaque spectata* tuetur etiam Tan. Fab. ad Lucret. v. 973. Valesius vero in Valesian. p. 177. *tua quae spectata*. Commentator Crucquianus ad Horar. I. Od. 23. *Venisti tandemque tuae exspectata parenti Vicit iter durum pietas.* saltem *tuo* dedisset. Cerda pugnat pro *exspectata*. ut est in Dorvilliano, et Wittiano et Ed. Venet. vid. supr. lib. V. 70. et Arntzen. ad Plinii Paneg. XXXI.

690 ANIMO] *Animum* Leidensis unus a manu prima. Heumannus *dicebam* vult legi, pro praedicebam. vellem talia exemplis illustrari, quum *ducere* sit verbum usitatum in calculis et rationibus; et ita Anchises dinumerans tempora, ducebat animo suo, id est, computabat, calculos inibat, quando adfuturus esset Aeneas. vide quae post Gronovium notavi ad Petronii cap. LXXX. et ita forte rectius ex MSS. apud Ovid. I. ex Pont. IV. 9. *Nam mea per longos si quis mala duceret annos*, quam *digerit*, quamquam nec illud repudiem. et ita rationes secum
iniens

Tempora dinumerans: nec me, mea cura, fefellit.
Quas ego te terras, et quanta per aequora vectum
Adcipio! quantis iactatum, nate, periclis!
Quam metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent!
Ille autem: Tua me, genitor, tua tristis imago,
Saepius occurrens, haec limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes: da iungere dextram,
Da, genitor; teque amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra conprensa manus effugit imago,
Par levibus ventis, volucrique simillima somno.

Interea

iniens Chremes apud Terent. Heaut. IV. VII. 8. *decem minas pro alimentis esse nunc duco datas*, et hoc postulant sequens *dinumerans*, et *mea cura*. mox, *denumerans* primus Moreti. *temporaque numerans* alter. *tua cura* Sprotianus. *annumerans* Menagii prior.

692 QVAS EGO TE TERRAS] Pierius codici suo Edit. Iuntinae adscripsit, *Quas te ego per terras*. sed praepositio bis posita intelligi debet. vid. supr. V. 512. et ad I. Georg. 275. Servium. Adde Ovid. XVI. Epist. 141. I. Art. 333.

696 HAEC LIMINA ADIRE COEGIT] Ita primus Rottend. Leidensis et quatuor alii, sed unus Moreti, *haec limina cogit adire*. sed perperam. *Adire coegit*, etiam Parrhas. Dorvil. et pro var. lect. Zulichem. *adire adegit* Francian. *saepius occurrens*, licet semel apparuisse Aeneae Anchisen legatur, potuit illa species postea animo eius saepe occurrisse, et semper praesto fuisse: et hoc proprietas verbi *occurrere* exigit, quod saepe pro in mentem, memoriam venire ponitur, ut ex multis Ciceronis locis apparet. unicum, quo de nocturnis imaginibus agit, adducam ex lib. I. de Divinat. 29. *tum ei visa quietis occurrent tranquilla et veracia*. Ovid. Epist. XIII. 109. *Sed tua cur nobis, pallens, occurrit imago?* praeterea ex lib. IV. 351. saepius ei patris imaginem apparuisse conficitur.

699 LARGO FLETV] Recte Servius de lacrimis ex gaudio obortis explicat. de quibus vid. ad Petron. cap. LXXXIX. et XCI. et his fere semper *amplexus* iungi solent. vid. Vellei. Paterc. II. 104.

702 SOMNO] *Somnio* legendum coniicit Faber. Sed cur non idem tentat lib. II. 794? quia scilicet ibi sequens versus a consonante incipit. sed tunc certe efficeretur *somnium* et *somnum* idem significare, ut Servius ad alterum locum notat: sed et Deus Somnus posset intelligi, qui, ut venti, alatus

etiam

Interea videt Aeneas in valle reducta
Seclusum nemus, et virgulta sonantia silvis,
Lethaeumque, domos placidas qui praenatat, amnem.
Hunc circum innumerae gentes, populique volabant.
Ac veluti in pratis, ubi apes aestate serena
Floribus insidunt variis, et candida circum
Lilia funduntur: strepit omnis murmure campus.
Horrescit visu subito, caussasque requirit
Inscius Aeneas, quae sint ea flumina porro,
Quive viri tanto complerint agmine ripas.
Tum pater Anchises: Animae, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethaei ad fluminis undam
Securos latices et longa oblivia potant.
Has equidem memorare tibi atque ostendere coram,
Iampridem hanc prolem cupio enumerare meorum:
Quo magis Italia mecum laetere reperta.
O pater, anne aliquas ad coelum hinc ire putandum est
Sublimes animas, iterumque in tarda reverti
Corpo-

etiam fingitur, ut vulgo notum. alii eo in loco legunt *fumo*, qualiter Manil. I. 822. *volucrique simillima fumo.*

703 VIDET AENEAS] *Aeneas vidit* prior Hamburgicus. *vidit* etiam tertius Mentelius et Excerpta nostra. *valle recepta* Menagii prior. vide lib. VIII. 609. *Praeterea videt* etiam Wittian.

704 SILVIS] *Silvae* Edd. priscae et Catroei. Cerda mallet *ripis*. male. vid. III. Aen. 442. et XII. 522. Cl. Dorvillius in suo codice reperit, *Et clusum nemus, et virgulta sonantia silvae.* sed correctum erat, *silvis.* *sonantia silvis* capiebat de horrore tremulo foliorum. aut potius de ipsis virgultis, quibus *magnum fragorem* dat lib. VII. 772.

718 TANDEM LAETERE] *Italia nec non laetare* Zulichem. *laetare* etiam Menagii pr. Sprotian. Rottend. pr. Regius et Excerpta nostra. sed *mecum laetere* Wittian. et Serv. ad I. Aen. 267. vid. ad II. Ecl. 12. et I. Aen. 675.

720 AD TARDA] Ita omnes quidem nostri. sed tamen *in tarda*, cum Pierianis codicibus praeferrem. *ad* enim proximitatem

Corpora? 'quae lucis miseris tam dira cupido?
Dicam equidem; nec te suspensum, nate, tenebo:
Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.
Principio coelum ac terras, camposque liquentis,
Lucentemque globum Lunae, Titaniaque astra,
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumque genus, vitaeque volantum,
Et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.
Igneus est ollis vigor, et coelestis origo

Semi-

tem notat, et possent alia corpora intelligi, *in* vero coniunctionem arctiorem corporis et animi indicat. sic infr. 751. sine ulla varietate, *in corpora velle reverti.* sic differunt fugere *ad flumina*, et *in flumina*, notante Servio ad III. Georg. 543. sic variant codices infr. 760. in Servio, *confugit ad silvas*, et *in silvas.* et aliud esse *ad urbem*, et *in urbem venire*, notum est, et similia plura. vid. ad Lucan. III. 359. egregie Seneca Epist. LXXII. *Miraris Deos ad homines venire. Deus ad homines venit, immo quod propius est, in homines.*

721 QVAE LVCIS MISERIS] *Miserae* Menag. pr. *quae miseris lucis* Wittianus. *cupido est* Hamburgensis et Rottendorphii primi. Wittian. et Dorvill. deest vero *est* Lutatio ad Stat. I. Theb. 305.

723 SVSPICIT] *Suscipit* meliores magno numero *suspicit* est tantum in Franciano, Wittian. Pugetiano et Parrhas. et Edd. antiquis. et hoc defendit Maser. ad Valer. Flac. III. 378. vid. supr. v. 249.

424 AC TERRAS] *Coelum terras* Menag. pr. et Hamburg. alter. memoriae vitio Donatus ad Terent. Adelph. V. III. 4. *terras coelumque profundum*, confundens locum ex Georg. IV. 22. vid. et ad IV. Aen. 269. vulgatam habet Lutatius ad Stat. I. Theb. 337. et VI. 360. et Servius ad VI. 59. et III. et alibi docet, *terram* plus significare, quam *terras.*

727 CORPORE] Pro *corpori* volunt poni, ut etiam II. Georg. 327. *misceri* vero etiam ablativo iungi vidimus ad Ovid. VI. Fast. 170. et Nemes. Cyneg. 206. ita mox 762. *Italo commixtus sanguine.* G. Voss. ellipsin τῦ *cum* volebat. de qua remittebat ad Vellei. Paterc. II. 65.

730 OLLIS] *Olli* edidit Commelinus, an vitio librariorum, an ex Palatino codice, nescio. certe *ollis* omnes fere codices, et Schol. Statii I. Theb. 255. *illis* Hamb. pr. et Donat. ad Terent. Adel. III. II. 16. et Ed. Venet.

733 NEC

Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: neque auras
Diſpiciunt clauſae tenebris et carcere caeco.
Quin et ſupremo quum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes
Corporeae excedunt peſtes: penituſque neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergo exercentur poenis, veterumque malorum
Supplicia expendunt Aliae panduntur inanis
Suſpenſae ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Quiſque ſuos patimur Manis: exinde per amplum
Mittimur Elyſium, et pauci laeta arva tenemus:
Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Aetherium ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem.
Has omnis, ubi mille rotam volvêre per annos,

Lethae-

733 NEC AVRAS] Omnes ſcripti Heinſii *neque auras.* nec *auras reſpiciunt* Dorvill. Wittian. Ed. Ald. et Commel. et Donat. ad Terent. Andr. V. IV. 34. *diſpiciunt* Francianus. et Cod. ab Heinſio laudati. ſic apud Catull. LXVI. 1. *Omnia qui magni diſpexit lumina mundi.* ita Heinſ. legebat pro *deſpexit. ſuſpiciunt* hic Edit. Mediol. non reperi apud Claudianum Heinſium *diſpicere* emendaſſe. ſed contra lib. II. in Rufin. 399. Cluverii emendationem, *deſpicit,* pro *reſpicit.* legentis, reiicit.

742 INFECTVM] Serv. ad II. Georg. 389. legit, *infeſtum.* vid. Fabrum ad lib. 1. Aen. 69.

743 MANIS] Poenas interpretatur Lutatius ad Statii VIII. Theb. 84. Servius genios, quod refutat Ferrarius lib. 1. Electorum cap. 17. qui *patitur manes* explicat κατὰ, ſecundum ſuos manes, ſive in ſuis manibus et umbris, vel animis. ut *torqueor pedes* etc. ſed vide quae diximus ad Valer. Flac. III. 389. *patitur* alter Menagii. et mox, *mittitur* idem et Venetus a manu prima. *patitur* et *mittitur* ſecundus Moreti. *patitur* Lutatius ad Stat. d. l. Auſon. Ephem. *Paturque ſuos mens ſaucia manes.*

745 PERFECTO] Finito explicat Servius et Barth. ad illa Statii VI. Theb. 180. *Ceſſavere novae perfecto ſole tenebrae.*

763 TVA

Lethaeum ad fluvium Deus evocat agmine magno:
Scilicet inmemores supera ut convexa revisant,
Rursus et incipiant in corpora velle reverti.
Dixerat Anchises: natumque unaque Sibyllam
Conventus trahit in medios, turbamque sonantem:
Et tumulum capit, unde omnis longo ordine possit
Adversos legere, et venientum discere voltus.
Nunc age, Dardaniam prolem, quae deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Inlustris animas, nostrumque in nomen ituras,
Expediam dictis, et te tua fata docebo.
Ille, (vides) pura iuvenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca; primus ad auras
Aetherias Italo commixtus sanguine surget
Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles:
Quem tibi longaevo serum Lavinia coniux
Educet silvis regem, regumque parentem:
Vnde genus Longa nostrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas, Troianae gloria gentis,
Et Capys, et Numitor, et qui te nomine reddet
Silvius Aeneas, pariter pietate vel armis

763 TVA POSTVMA PROLES] *Postumia* Francianus et ita cepit Luisin. lib. 1. Parerg. 4. ut sit filius Posthumius ex Lavinia et Aenea, a quo orti deinceps Posthumii. de τῷ *longaevus* post Gellium disputat Barth. ad Stat. IX. 62.

769 VEL ARMIS] *Vel* hic esse coniunctivum, idemque quod *et*, docet Salmas. ad Tertul. Pallium pag. 407. qui tamen memoriae vitio citat, *magnus pietate vel armis*. sed *pariter* huc respicit, quod supra de Aenea Anchisiade dixerat Sibylla, 403. *Troius Aeneas pietate insignis et armis*. ubi *et*, ut hic *vel*. et hunc versum ex illo forte fictum fuisse suspicari quis posset; nam in altero Mentelii a manu prima deerat, sed postea adscriptus, et salvo sensu poterat abesse. Nam licet priores nomine suo appellet, Aeneam hic intelligi satis patet, per illa, *qui te nomine reddet*. *Egregium armis* non dici, sed *bello*, calumniatur Harduinus. taedet talia refutare. si *maximus armis* Alb. ad Livium 14. dixit, cur non *egregius* diceretur? *egregius virtute* etiam Noster lib. VII. 257. vid. et infr. h. 862. et passim hoc

Egregius, ſi umquam regnandam adceperit Albam.
Qui iuvenes quantas oſtentant, adſpice, vires!
Atque umbrata gerunt civili tempora quercu.
Hi tibi Nomentum, et Gabios, urbemque Fidenam,
Hi Collatinas inponent montibus arces,
[Laude pudicitiae celebres, addentque ſuperbos]
Pometios, Caſtrumque Inüi, Bolamque, Coramque.
Haec tum nomina erunt, nunc ſunt ſine nomine terrae.
Quin et avo comitem ſeſe Mavortius addet
Romulus; Aſſaraci quem ſanguinis Ilia mater
Educet. Viden' ut geminae ſtant vertice criſtae,
Et pater ipſe ſuo ſuperûm iam ſignat honore?
En, huius, nate, auſpiciis illa incluta Roma
Imperium terris, animos aequabit Olympo,
Septemque una ſibi muro circumdabit arces,
Felix prole virûm. Qualis Berecyntia mater
Invehitur curru Phrygias turrita per urbis,
Laeta Deûm partu, centum conplexa nepotes,
Omnis coelicolas, omnis ſupera alta tenentis.
Huc geminas nunc fleƈte acies: hanc adſpice gentem,
Romanoſque tuos. Hic Caeſar, et omnis Iüli
Progenies, magnum coeli ventura ſub axem.

Hic

epitheto utitur. et *arma* pro bellis capi vidimus ad I. Aen. I.

774 MONTIBVS] *Moenibus* Rottend. tert. et Excerpta noſtra. *imponunt* primus Moreti. vid. ad Petron. cap. CXVI.

780 VIDEN' VT GEMINAE STANT] de *Viden'* conſule adnotata a viris doƈtis ad Valer. Fl. V. 595. et Brouckh. ad Tibul. II. I. 25. *ſtent* alter Hamburg. Venet. tert. Rottend. et Parrhaſ. et ita Schol. Statii ad X. Theb. 808. et mox etiam, *ſignet* Menag. pr. Rottend. pr. et alter Mentelii cum Excerptis noſtris. *honorem* etiam Menag. pr. *geminae criſtae* referebant originem a Marte, quem ideo Romani praelio, quod deſcribit Valer. Max. I. VIII. 6. adſuiſſe credebant, quia *galea eius duabus diſtincta pennis*, vel *pinnis* erat viſa, ubi reƈte doƈtiſſimus Torrennius hunc Virgilii locum adduxit.

792 TIBI

Hic vir, hic eſt, tibi quem promitti ſaepius audis,
Auguſtus Caeſar, Divi genus: aurea condet
Secula qui rurſus Latio, regnata per arva
Saturno quondam, ſuper et Garamantas et Indos
Proferet imperium. Iacet extra ſidera tellus,
Extra anni Soliſque vias, ubi coelifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
Huius in adventum iam nunc et Caſpia regna
Reſponſis horrent Divûm, et Maeotia tellus,
Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.
Nec vero Alcides tantum telluris obivit;
Fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi
Pacarit nemora, et Lernam tremefecerit arcu.

Nec,

792 TIBI QVEM] *Ibi* Menagii prior. *quem promitti ſibi* ſecundus Moreti. mox, *condit* idem Menagii et alter Hamburgicus. apud Lactant. lib. I. de Falſa religione cap. 13. legitur, *aurea condet ſecula, quae.*

793 DIVVM GENVS] *Divum* erat in multis codicibus et Edd. priſcis. ſed *Divi* Regius, Franc. et Ald. vide Barth. ad Statii II. Silv. VII. 67. *genus* pro filio et nepote poni vidimus ad I. Aen. 380.

801 TVRBANT] I. Bapt. Pius ad Lucret. III. 492. exponit eo ſenſu quo *turbare* et *conturbare* dicuntur decoctores, qui rationibus turbatis, fugae conſilium capientes ſarcinulas colligunt. ita Aegyptios, audito Caeſaris nomine ad Euphratem fulminantis, de convaſando cogitare. nimis puto longe petitam, quum *turbare* proprium etiam in bellis ſit verbum, ubi omnia feruntur et aguntur, et milites praedam deripientes omnia turbant, ita ut ipſi incolae etiam in maximis turbis verſentur. vid. Ecl. I. 12. ſic eleganter Leo mordens et trahens pecus, *turbat per ovilia*, lib. IX. 339. et venator, *turbat agens apros latratu*, et ita paſſim.

803 AVT ERYMANTHI] *Atque* volebat Markland. ad Statii lib. V. Silv. I. 48. aut mox legendum, *aut Lernam.* ſed vulgata eſt apud Lutat. ad Statii IV. Theb. 250. cervam hanc Μαιναλίην vocari in Anthol. lib. IV. pag. 308. obſervabat Cl. Dorvillius.

804 PLACARIT] *Placaret* Ed. Venet. *Placarit* Mediol. de cervo aeripede vide Parrhaſ. ad Claudian. Rapt. Proſerpi. Brodae. Miſcel. II. 29. Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 98. et 157. Muncker. ad Hygin. Fab. XXX. ubi videbis diſſentire viros doctos, an *aëripedes*, an *aeripides* legendum. ſic *Aenipedes* Heinſ. ad Ovid. Ep. VI. 32. et XII. 93. praefert. qui Graecis χαλκόποδες

 de

Nec, qui pampineis victor iuga flectit habenis,
Liber, agens celso Nysae de vertice tigris.
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?
Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?
Quis procul ille autem ramis insignis olivae
Sacra ferens? nosco crinis incanaque menta
Regis Romani; primus qui legibus urbem
Fundabit, Curibus parvis et paupere terra
Missus in imperium magnum. Cui deinde subibit,
Otia qui rumpet patriae, residesque movebit
Tullus in arma viros, et iam desueta triumphis
Agmina. Quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.

Vis

de quibus vide et Voss. ad Catull. pag. 48. *Aeripedes* tuetur Markland. ad Statii I. Silv. I. 51. *Aeropidem* hic etiam Edit. Iunt.

807 VIRTVTEM EXTENDERE FACTIS] Silius IX. 375. *Brevis hoc vitae, quodcumque relictum est Extendamus, ait.* Horat. II. Od. 2. *Vivet extento Proculeius aevo.* et III. Od. 3. *Nomen in ultimas Extendat oras.* sed in his omnibus nullum est exemplum, quo *virtutem extendere* recte dici probetur, nisi cum Servio pro gloria capiamus. ego, si codices faverent, malim dicere, *virtute extendere famam*, vel *vitam.* sic *facta*, et *fama* confunduntur apud Silium IV. 4. sed nihil audeo mutare. *virtutem extendere fatis* Sprotianus, Dorvil. Venet. et Reg. a manu secunda. *virtute extendere vires* Edit. Iunt.

811 PRIMVS] *Primam urbem* membranae Heinsii omnes. Vide Heins. ad Claud. I. in Rufin. 304. *Primus* vero Serv. ad I. Aen. I. et ita Ed. Mediol. at alii, quod praetuli, nam *prima urbs*, sub Romulo rectius dicitur, sed Numa post ferocem Romulum *primus*, populum bellicosum legibus mitigavit. ita mox *primus* Brutus.

817 NVNC QVOQVE] In Franciano erat, *Hunc quoque*, ex sollemni variatione, de qua vid. ad I. Aen. 670. VII. 331. et VIII. 524. ut ita δεικτικῶς Anco successorem faciat Servium Tullum; qui primus favore populi captato, sine comitiis regnum invasit, et ita nimium gavisus auris popularibus, exclusit Tarquinii filios regno. Cur vero hunc omitteret, cui tantum debuit Roma? quia vero duos Tarquinios coniungere volebat Poëta, Servium post Ancum posuit, quem captatorem aurae popularis fuisse non legimus, sed legitimo more regnum consecutum. *gaudet* Hamburg.

pr.

Vis et Tarquinios reges, animamque ſuperbam
Vltoris Bruti, faſciſque videre receptos?
Conſulis imperium hic primus ſaevaſque ſecuris
Adcipiet: natoſque pater, nova bella moventis,
Ad poenam pulchra pro libertate vocabit.
Infelix! Vtcumque ferent ea facta minores;
Vincet amor patriae, laudumque inmenſa cupido.
Quin Decios, Druſoſque procul, ſaevumque ſecuri
Adſpice Torquatum, et referentem ſigna Camillum.
Illae autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animae nunc, et dum nocte prementur,
Heu quantum inter ſe bellum, ſi lumina vitae
Adtigerint, quantas acies ſtragemque ciebunt!
Aggeribus ſocer Alpinis atque arce Monoeci
Deſcen-

pr. *armis* ſec. Moreti. *terris* Mediceus.

818 VIS ET] Cod. Dorvillii *Tarquinos.* Apud Ovidium ſemper *Tarquinius* legitur, neque per metri leges aliter poteſt lib. II. Faſt. 694. ſic et apud Horat. I. Od. 12. *Tarquini faſces* media correpta. et ita Noſter lib. VIII. 646. Claudian. VI. Conſ. Hon. 486. *Quo texerat urbem Tarquinio mirante Cocles.* male ergo *Tarquino* Sprotianus, Montalb. et Ed. Mediol.

823 EA FACTA] *Fata* Dorvil. et Ed. Venet. *minores* pro poſteris Latinum non eſſe pronuntiat Harduinus; flocci faciens tot ſcriptorum auctoritates a viris doctis adductas. vid. ad Valer. Flac. III. 455.

829 LVMINA] *Limina* ſecundus Rottendorphii. ut ſupra hoc libro 680. et lib. VII. 771. *Limina* Wittian. vide Markl. ad Stat. II. Silv. VI. 70. et quae nos ad Valer. Flac. I. 823. et Lucan. II. 106. et hic notas Guellii. qui *limina* illuſtrat. Lapis apud Gruter. DCLIX. 7. *Annus erat vitae primus, mox deinde ſecundi Liminibus rapuit me ſibi Perſephone. Lumina vitae* dixit Lucret. I. 228. et III. 681, ubi eadem variatio.

831 MONOECI] *Moneti* Francianus. *Moneci* Dorvill. et Wittian. *diſcedens* Pugetianus. culpant hic quidam Virgilium, quod iter Caeſaris ex Gallia in Italiam per Alpes proximas Monoeco deducat, quum ille per longe diverſa Alpium iuga Ravennam venerit, et inde, Rubicone Ariminum tetendit, et ita porro. Ipſe vero auctor lib. VIII. de Bell. Gal. in fine non narrat per quas Alpium partes in Italiam deſcenderit. ſed Poëta, qui propior aetati Caeſaris fuit, ex aliorum vel ſcriptis vel narratione melius iter Caeſaris noverat: nam certe ex Gallia veniens in Italiam

 potuit

Deſcendens; gener adverſis inſtructus Eois.
Ne, pueri, ne tanta animis adſueſcite bella:
Neu patriae validas in viſcera vertite vires.
Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo:
Proiice tela manu, ſanguis meus.
Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum, caeſis inſignis Achivis.
Eruet ille Argos, Agamemnoniaſque Mycenas,
Ipſumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli;
Vltus avos Troiae, templa et temerata Minervae.
Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Coſſe, relinquat?
Quis Gracchi genus, aut geminos duo fulmina belli
Scipiadas, cladem Libyae, parvoque potentem
Fabricium; vel te ſulco, Serrane, ſerentem?
Quo feſſum rapitis, Fabii? tu Maximus ille es,
Vnus qui nobis cunctando reſtituis rem.

Excu-

potuit plures Galliae partes obire, ut inde milites per varias regiones diſperſos colligeret et iuberet illos per diverſas Alpium vias ad ſe venire in Italiam. et ipſe ita deſcendiſſe aggeribus diverſis Alpinis, et etiam Liguribus qui Monoeco proximi erant, dici poteſt, per quos eius imperio legiones undique excitae ex Gallia deſcendebant in Italiam. et ita copias Caeſaris, ex Gallia evocatas, opponit adverſis Eois, quibus Pompeius inſtructus venit. quos tamen ille demum in Epiro et Theſſalia habuit auxiliatores. Non intellexit etiam Harduinua vim vocis *arcis*, quam de arce urbis Monoeci capit, quum ſatis conſtet, montes, et eorum vertices *arces* dici, ut *Caulonis arces* Servius ad III. Aen. 553. de monte explicat. vide Cluver. Ital. Antiq. lib. IV. pag. 1304. et inf. ad lib. IX. 86. Servium.

835 PARCE] Quia Caeſar exclamavit *parce civibus.* Flor. IV. 2. *proiicit arma manu* Val. Flac. II. 527.

837 TRIVMPHATA CORINTHO] An Vrbs triumphata Latine dicatur rogat Harduinus. ſed an *triumphatae gentes* III. Georg. 33. non probavit in opere vero Virgilii? tales remittendi cum tironibus ad Lexica. ſequentia *eruet ille*, ridicule ad Caeſarem trahit Ieſuita, quum Mummius intelligatur, qui Achaico bello has urbes in ditionem Populi Romani redegit. vid. Ovid. VI. Faſt. 47.

847 RESTITVIS] *Reſtitues* prior Voſſianus, Menagius prior et Montalbanus: etiam Gudianus

Excudent alii ſpirantia mollius aera:
Credo equidem, vivos ducent de marmore voltus:
Orabunt cauſſas melius, coelique meatus
Deſcribent radio, et ſurgentia ſidera dicent.
Tu regere imperio populos, Romane, memento,
(Hae tibi erunt artes) paciſque inponere morem,
Parcere ſubiectis, et debellare ſuperbos.
Sic pater Anchiſes, atque haec mirantibus addit:
Adſpi-

nus a m. pr. ſed praeſtat alterum. *reſtituit* in Leidenſi. *Reſtitues* Wittian. Ed. Mediol. *reſtituit* Ed. Venet. vid. Non. in *cunctari.*

849 CREDO EQVIDEM] Markl. ad Stat. I. Silv. I. 21. legebat, *cedo equidem*, ut Statius VII. Theb. 178. et alibi. ſed omnes libri *credo*, et eſt conſueta ironiae forma, qua nos refellere iactantes oſtendimus. ſic I. Georg. 414. *haud equidem credo.* X. Aen. 29. *equidem credo.* et ita ſaepe Ovidius, ut XV. Metam. 359. II. Faſt. 551. et IV. 743. ſine ironia dicit Dido lib. IV. 12. *credo equidem*, ſed addit ſtatim, *nec vana fides.* unde patet ex formula hoc dici ſolitum. et forte non male Lambinus apud Ciceronem II. de Finib. 5. voluit legi, *credo equidem vos nec in dolore, nec in voluptate eſſe.* ubi alii *quidem.* vide etiam Barth. ad Stat. VI. Theb. 334. *Credo* etiam ſimpliciter ironice ſolet adhiberi, et centies occurrit. vid. lib. VII. 295. et virum eruditum in Miſcell. Obſerv. Critic. Vol. II. p. 71. ubi et alios in *cedo* mutaſſe *credo* videbis.

Ibid. VIVOS] *Et vivos* Scholiaſtes Statii II. Theb. 216. et ita Wittian. alter Hamburgenſis et a manu ſecunda Zulichemius *vivos alicent* Menagii prior. quod non intelligo.

853 PACIQVE IMPONERE MOREM] *Paciſque* Regius, Wittian. Leidenſ. Parrhaſ. et Excerpta noſtra, cum quibuſdam aliis. *paciſque imponere amorem* Zulichem. ego *pacis* praeferrem, cuius mos eſt, ut ſtipendia et tributa imponantur victis gentibus, et provinciis, et ita pax concilietur, liberatis ab omni regio et alieno iure. in pr. Hamb. erat, *pacique imponere curam.* *imponere morem* pro *modum*, barbarum dicit Harduinus. ſed quis ita explicuit? Servius *leges* explicat. nec quiſquam negabit *mores* pro legibus ſumi. ſic lib. I. 264. *moreſque viris et moenia ponet.* ubi Servius, *leges* dici *mores*, non dubium eſt. quem et vide ad lib. VIII. 316. et hoc ſaepe et a multis obſervatum norunt eruditi. *mores* etiam Dorvillianus.

855 MIRANTIBVS] Huic non reſpondere ſingularem numerum, *adſpice*, calumniatur Harduinus. ſed cur non *mirantibus*, Aeneae et quae aderat Sibylla, potuit ſermonem ad ſolum Aeneam dirigere, ut ſem-

Adſpice, ut inſignis ſpoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros ſupereminet omnis!
Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,
Siſtet, eques ſternet Poenos, Gallumque rebellem,
Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino.
Atque hîc Aeneas; (una namque ire videbat
Egregium forma iuvenem et fulgentibus armis,
Sed frons laeta parum, et deiecto lumina voltu:)
Quis, pater, ille, virum qui ſic comitatur euntem?
Filius, anne aliquis magna de ſtirpe nepotum?
Qui ſtrepitus circa comitum! quantum inſtar in ipſo eſt!
Sed nox atra caput triſti circumvolat umbra.
Tum pater Anchiſes, lacrimis ingreſſus obortis:
O nate, ingentem luctum ne quaere tuorum:
Oſtendent terris hunc tantum fata, neque ultra
Eſſe ſinent. Nimium vobis Romana propago
Viſa potens, Superi, propria haec ſi dona fuiſſent.
Quantos ille virûm magnam Mavortis ad urbem
Cam-

per in hoc loco fecit Anchiſes? nec etiam illa enallage numeri, ſi iam etiam Sibyllam adloquitur, inuſitata eſt, et ſaepius a viris doctis notata. vide Daviſ. ad Cicer. I. de Nat. Deor. 16. 19. 38. III. Tuſc. 15. Wopk. Lect. Tull. I. 15. et quos non? ſic apud Liv. IV. 6. pr. cum *conſules* praeceſſiſſet, ſequitur *reſpondit*, ſcilicet unus conſulum, et lib. VII. XXX. 4. quum plures legati eſſent, oratio in ſingulari numero datur, quia unus tantum loquitur. *bis mirantibus* alter Hamburg. *hoc* Venetus.

859 SISTET EQVES, STERNET] Catroeus ſequitur Pierium, et legit, *ſiſtet: Equis ſternet* etc. diſtinctionem probo, ſed *eques* retineo. eleganter *ſiſtere rem*, ut Sueton. Aug. XXVII. *ſiſtere rempublicam in ſua ſede* vid. Comm. ad Liv. IV. 12. de eleganti illa formula, *ſiſti non poteſt*.

866 IN IPSO EST] *Eſt* membranae Heinſ. vetuſtior. relegant *et* Leidenſis. hic Harduinus turpiter ſe dat, nec, quid *inſtar* ſit, percepit, cuius vocabuli vim et naturam ex Lexicis poterat diſcere. *in ipſo*, id eſt Marcello, qui comitibus, Latinis opponitur, ut ſolent, ducem, principem, Regem, *ipſum* ſaepe Latini appellare. vide ad III. Georg. 38. et IV. 82. et centies alibi.

875 PRAE-

Campus aget gemitus! vel quae, Tiberine, videbis
Funera, quum tumulum praeterlabere recentem!
Nec puer Iliaca quiſquam de gente Latinos
In tantum ſpe tollet avos: nec Romula quondam
Vllo ſe tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu priſca fides, invictaque bello
Dextera! non illi ſe quiſquam inpune tuliſſet
Obvius armato, ſeu quum pedes iret in hoſtem,
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu, miſerande puer! ſi quâ fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis:
Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis
His ſaltem adcumulem donis, et fungar inani
Munere. Sic tota paſſim regione vagantur
Aëris in campis latis, atque omnia luſtrant.
Quae poſtquam Anchiſes natum per ſingula duxit,
Incenditque animum famae venientis amore:

Exin

875 PRAETERLABERE] *Praeterlabare* Mediceus a manu prima. ſic et prior Hamburgenſis, et ſecundus Rottendorphius. tum Mentelianus, et alter Hamburgicus a manu ſecunda. Ita et Hugenianus. hunc vero locum exprimere voluit Amm. Marcel. lib. XXV. 10. ubi de Iuliani cadavere Tarſi condito agit, *ſuprema et cineres, non Cydnus videre deberet, ſed ad perpetuandam gloriam recte factorum praeterlaberetur Tiberis interſecans urbem aeternam, divorumque veterum monumenta praeſtringens.* ita enim legendum, non *praeterlamberetur.* et ad Mauſoleum Caeſarum reſpexiſſe videtur; ut recte Valeſius: *funera et tumulum* Wittian.

877 IN TANTVM SPE] *In tantam ſpem* Ed. Veneta. ſed vide ad Vellei. Paterc. I. 13. et II. cap. 53. *in tanta ſpe* Wittian.

888 AERIS IN] *Aeriis* Mentelii duo. ultimus etiam non habet *in. aereis* Regius. vulgata eſt apud Scholiaſt. Lucani IX. 7. qui intelligit de ſpatio inter terram et coelum, ubi nobilium animae habitant. a quo Servius non multum abit.

890 VENIENTIS] In codice A. Colotii ſcriptum eſt, *melioris*, pro *venientis. Melioris* Mediceus et pro diverſa lectione Hamburgicus ſecundus. Quod ex aliis locis translatum: nam ſaepe *melior fama*, ut lib. IV. 221. et alibi occurrit: pro quo etiam in codicibus *maior* ſaepe legitur. de quo agimus ad Lucan. I. 400.

Exin bella viro memorat quae deinde gerenda,
Laurentisque docet populos, urbemque Latini:
Et quo quemque modo fugiatque feratque laborem.
Sunt geminae Somnî portae: quarum altera fertur
Cornea; qua veris facilis datur exitus umbris;
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad coelum mittunt insomnia Manes.
His ibi tum natum Anchises unaque Sibyllam
Prosequitur dictis, portaque emittit eburna.
Ille viam secat ad navis, sociosque revisit.
Tum se ad Caietae recto fert litore portum.
Ancora de prora iacitur: stant litore puppes.

901 LITORE] *Limite* Bigotianus et Wittianus. qui in marg. alii, *litore*, ut habet Servius ad III. 16. et VIII. 57. sed perperam, licet quidam defendant, quia a Cumis ad Caietam rectum litus est, quasi non et rectum iter habentes, sive per litus, sive per agros, possent dici *recto limite* ire. ut Servius docet d. l. lib. VIII. 57. vide ad Valer. Flac. IV. 614. ubi me hoc Virgilii loco potuisse uti ad firmandum in Valerio veram Lectionem observat vir doctus in Observ. Miscel. Critic. Tom. I. p. 93. sed in re obvia non semper multa adferre necesse puto. sic contra *transversos limites* Barth. Livius XXII. 12. ubi vide Commentatores. *recto* vero *limite*, idem esse quod recta via, docent etiam Lexica, et *litus* et *limes* passim confusa. vid. ad lib. II. 321. et alibi.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

AENEIDOS,

LIBER SEPTIMVS.

Tu quoque litoribus nostris, Aeneïa nutrix,
Aeternam moriens famam, Caieta, dedisti.
Et nunc servat honos sedem tuus, ossaque nomen
Hesperia in magna (si qua est ea gloria) signant.
At pius exsequiis Aeneas rite solutis,
Aggere conposito tumuli, postquam alta quierunt
Aequora, tendit iter velis, portumque relinquit.
Adspirant aurae in noctem, nec candida cursus

Luna

2 MORIENS FAMAM] *Famam moriens* Gudianus, sed durius ob concursum litterae *m*, et syllabae *am*. qui etiam in vulgata posset aliquem offendere.

3 ET NVNC] *At nunc* primus Moreti a m. pr. sic variat lectio lib. IV. 215. ubi paullo aliter his particulis utitur. Catroeus dicit hic quosdam hypallagen statuere, pro, *sed et tua servat honorem*. sed *honor*, id est, inscriptio nominis tui testatur etiam nunc tibi honorem esse habitum, et titulus est quasi custos et honor sepulchri, et efficit, ne sedes tua violetur, vel diruatur. eodem vero modo dixit lib. VI. 507. *Nomen et arma locum servant*. ubi Servius explicat, *obtinent*.

4 SIGNAT] *Signant* Mediceus et Venetus, etiam a m. pr. Gudianus et tertius Rottendorph. et placet, sic apud Nasonem, *nomina signata saxo*. *Signat* quoque Regius, et Leidensis, qui pro varia lectione *signant*. et certe verbi huius *signare* varia constructio saepe admittit utrumque, et quidam etiam in his ad hypallagen recurrunt. vide ad Ovidii II. Metam. 326. et VIII. 539. unde apparebit, dici posse *signare saxa nomine*, et *signare nomen saxo*. quare et hic potest construi, *nomen signat ossa*. id est indicat te ibi sepultum, et *ossa signant nomen*. quamvis prius cum Heinsio praeferrem. ut sensus sit, in titulo hoc sepulchrali, sub quo ossa condita iacent, legitur nomen *Caietae*, et hinc etiam locus dictus *Caietam*. pro *signat* Ed. Veneta hic perperam *servat* repetit.

9 TRE-

Luna negat: ſplendet tremulo ſub lumine pontus.
Proxima Circaeae raduntur litora terrae:
Dives inadceſſos ubi Solis filia lucos
Adſiduo reſonat cantu, tectiſque ſuperbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenuis percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum,
Vincla recuſantum, et ſera ſub nocte rudentum:
Saetigerique ſues, atque in praeſepibus urſi
Saevire, ac formae magnorum ululare luporum:
Quos hominum ex facie Dea ſaeva potentibus herbis
Induerat Circe in voltus ac terga ferarum.
Quae ne monſtra pii paterentur talia Troës
Delati in portus, neu litora dira ſubirent;
Neptunus ventis inplevit vela ſecundis:
Atque fugam dedit, et praeter vada fervida vexit.
Iamque rubeſcebat radiis mare, et aethere ab alto
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis:
Quum venti poſuere, omniſque repente reſedit
Flatus, et in lento luctantur marmore tonſae.

Atque

9 TREMVLO SVB LVMINE] Vid. ad Val. Flac. v. 109. ubi imitatur hunc locum. et Rutilium I. Itin. 284. et Macrob. VI. 4. Horat. II. Od. 5. ut *nocturna renidet Luna mari.* ubi Acro hunc locum citat. vid. et inf. VIII. 22. et Ovid. XVIII. Ep. 59.

12 RESONAT] *Reſonant* Sprotianus. *reſonat* eſt reſonare facit. vid. ad Sil. XIV. 30. Cl. Drakenb. et *reſonare* cum accuſativo conſtrui vidimus ad Ovid. II. Amor. VI. 6. Eclog. I. 5. *ſilva reſonat Amaryllida*, ut hic Circe reſonat lucos.

13 NOCTVRNA IN LVMINA] *Nocturno in lumine* Mediceus. ſed pro vulgata ſtat ſcriptura Aruſianus Meſſius. *nocturna ad lumina* Leidenſis. *Odoratum* Oudartii. *nocturno in lumine* Zulichemius a manu ſecunda. vulgata eſt apud Macrob. V. 12. et recte. *in* enim finem notat, cur urat, ut centies alibi.

20 IN VOLTVS AC TERGA] *Circe vultus* Bigotianus et Zulichemius. *induerat Circe vultus* Lutatius ad Stat. IV. Theb. 549. in editione Lindenb. ſed in Crucei rectius, et Rufinian. de Schem. I ex. p. 34. vulgatum agnoſcit, et Macrob. V. 8.

28 LVCTANTVR] *Luctatur* Mentelii prior. lentum marmor hic opponitur commoto

ventis

Atque hîc Aeneas ingentem ex aequore lucum
Prospicit. Hunc inter fluvio Tiberinus amoeno,
Vorticibus rapidis et multa flavus arena,
In mare prorumpit. Variae circumque supraque
Adsueta ripis volucres et fluminis alveo
Aethera mulcebant cantu, lucoque volabant.
Flectere iter sociis, terraeque advertere proras
Inperat, et laetus fluvio succedit opaco.
Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, advena classem
Quum primum Ausoniis exercitus adpulit oris,
Expediam, et primae revocabo exordia pugnae.
Tu vatem, tu, Diva, mone. Dicam horrida bella:
Dicam acies, actosque animis in funera reges,
Tyrrhenamque manum, totamque sûb arma coactam
Hesperiam. Maior rerum mihi nascitur ordo:
Maius

ventis et aestu mari. Lucan. V. 434. *Aequora lenta iacent.* vid. ad Nemes. Cyneg. 276. *tonsas* esse vocabulum ab impia cohorte fictum, et non nisi tribus Poëtis fuisse usitatum, Lucretio, Maroni et Statio dicit Harduinus: ex quibus tribus Stephanus in Thesauro adduxit loca, unde noster eruditionem suam saepe instruxit. non legit ergo Lucanum, Val. Flac., Rutil. nec alios, apud quos passim occurrit, umquam inspexit. Barth. ad Stat. V. 340. putat *tunsis* olim scriptum, et a *tundendo* deductum.

31 VORTICIBVS] *Verticibus* Mediceus et caeteri fere omnes, exceptis quarto Moretano, Schefferio et Hamburgensi. Ita et Regius et Excerpta nostra. nihil refert *verticibus*, an *vorticibus* scribas. vid. ad I. Aen. 117. et alibi saepe.

32 PRORVMPIT] Vid. ad lib. I. 246. Primam in *supra* hic corripi contra usum notat Markl. ad Stat. II. Silv. II. 122. sed et Ovid. I. Met. 255. *Ille supra segetes.* et Lucretius V. 552. *Terra, supra se quae sunt.* et sine dubio saepe alii, in quorum codicibus *super* et *supra* commutantur passim. *superque* Wittian. *suprema* Gudianus a m. pr.

35 SOCIIS] *Socios* Mentel. prior. a m. pr. Claudian. II. de Laud. Stil. 452. *Imperat omnes pone sequi.* ubi plura dicemus. similis variatio constructionis supr. lib. III. 234. *avertere* Ald. et Iunt.

44 MAIOR] *Et maior* secundus Rottendorphius. dictum vero

Maius opus moveo. Rex arva Latinus et urbis
Iam ſenior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica
Adcipimus. Fauno Picus pater: iſque parentem
Te, Saturne, refert: tu ſanguinis ultimus auctor.
Filius huic, fato Divom, proleſque virilis
Nulla fuit, primaque oriens erepta iuventa eſt.
Sola domum et tantas ſervabat filia ſedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno e Latio totaque petebant
Auſonia: petit ante alios pulcherrimus omnis
Turnus, avis ataviſque potens: quem regia coniunx
Adiungi generum miro properabat amore;
Sed variis portenta Deûm terroribus obſtant.
Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
Sacra comam, multoſque metu ſervata per annos:
Quam pater inventam, primas quum conderet arces,
Ipſe

ro per Hypallagen poteſt capi, pro maiorum rerum ordo naſcitur. ſic ambiguam lectionem faciunt ſententiae diverſae Criticorum apud Livium lib. 1. cap. 1. an legendum ſit, *ad maiora* (vel *maiorum*) *rerum initia ducentibus fatis*. Suet. Caeſ. VII. *miſſionem petiit ad captandas maiorum rerum occaſiones*. Galb. X. *ad quos de maiore re referretur*.

46 REGEBAT] *Gerebat* primus Moretanus. *in bella gerebat* alter Hamburgicus. vid. VIII. 325. *arva* et *urbes* dixit. ut alibi *urbes* et *terras*. vid. ad 1. Georg. 25. *placidus* Dorvill.

48 ISQVE PARENTEM TE, SATVRNE, REFERT] *Parentem* hic non de patre capit, quaſi Picum generaverit Saturnus, ſed pro primo auctore ſanguinis, ut mox addit. videatur Marianus Valguarnera in Antiquitatibus Panormitanis in Theſauro Ital. Tom. X. part. XIII. pag. 123. ubi multa egregia de regibus his antiquis Latii commentatur. ita *patres* de maioribus inf. v. 372. et *patres*, *proavos* non ſemper habita gradus proprii ratione, dici docet Serv. ad VIII. 54. vid. et Gronov. Obſerv. in Script. Eccleſ. cap. XVII. *patriſque parentem* Parrhaſ.

52 TANTAS SERVABAT FILIA SEDES] Ita Nonius Marcellus cum ſcriptis. at Scholiaſtes Statii Theb. 1. 572. *Tantos ſervabat nata penates*. Sed ad v. 393. habet vulgatam. *ſola* vero hic non notat, quaſi nemo praeter illam domi eſſet, ſed *ſola* eſt *unica*. vid. Barth. ad Stat. VI. Theb. 533.

68 CER-

Ipſe ferebatur Phoebo ſacraſſe Latinus,
Laurentiſque ab ea nomen poſuiſſe colonis.
Huius apes ſummum denſae (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans aethera vectae,
Obſedere apicem; et, pedibus per mutua nexis,
Examen ſubitum ramo frondente pependit.
Continuo vates, Externum cernimus, inquit,
Adventare virum, et partis petere agmen easdem
Partibus ex iſdem, et ſumma dominarier arce.
Praeterea, caſtis adolet dum altaria taedis,
Vt iuxta genitorem adſtat Lavinia virgo,
Viſa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari:
Regaliſque adcenſa comas, adcenſa coronam,
Inſignem gemmis: tum fumida lumine fulvo
Involvi, ac totis Volcanum ſpargere tectis.

Id

68 CERNIMVS] Subtilis nimis Donati diſtinctio, quod non cernimus virum praeſentem, ſed *externum* adventare virum dixerit: nam *cernere* ſe vates ſemper dicunt futura quaſi praeſentia ſint. Petron. bello civili, *Cerno equidem gemino iam ſtratos marte Philippos.* ubi vide. mente, non oculis cernunt. et ideo mox *veniunt.*

71 DVM ALTARIA] *Ecaſtis* prior Hamburg. *adolet dum* etiam Lutat. ad Stat. I. Theb. 514. ubi explicans verbum *adolere*, dicit, ſignificare *votis*, vel *ſupplicationibus numen auctius fieri*. ubi malim, *lumen*, flammam nimirum ignis in altari accenſi augeri. nam addit *adolere* eſſe accumulare, quod numini non convenit, ſed recte igni, et altari, quod cumulatur taedis, donis et aliis igni iniectis. et quod lib. V. 54. dixit *ſtruere altaria donis.* et Lucret. IV. 1230. *Multo ſanguine maeſti Conſpergunt aras, adolentque altaria donis.* et Feſtus in *adoleſcit*, dicit tunc fieri *altare*, *et ex eo, quod in illo ignis excreſcit*, etc.

75 REGALESQVE] *Regales accenſa* alter Hamburgicus, Leidenſis et primus Moreti. ſtulte culpat Harduinus hic Maronem, quod filiae regis coronam dat, quam pro regio inſigni nondum uſitatam dicit; nec foeminarum in capitibus conſpici in nummis, niſi ſeculo demum XIII. et hinc efficere ſe putat, poſt id tempus impoſtores Aeneida compoſuiſſe. Pudet talis imperitiae. an ignoravit ſacrificantes coronatos fuiſſe, ſive reges, ſive privati forent? probarem hoc pluribus, ſi vel pueri ignorarent.

89 VO-

Id vero horrendum, ac visu mirabile ferri:
Namque fore inlustrem fama fatisque canebant
Ipsam; sed populo magnum portendere bellum.
At rex sollicitus monstris, oracula Fauni,
Fatidici genitoris, adit, lucosque sub alta
Consulit Albunea: nemorum quae maxuma sacro
Fonte sonat, saevamque exhalat opaca mephitim.
Hinc Italae gentes, omnisque Oenotria tellus,
In dubiis responsa petunt. Huc dona sacerdos
Quum tulit, et caesarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit,
Multa modis simulacra videt volitantia miris:
Et varias audit voces, fruiturque Deorum
Conloquio, atque imis Acheronta adfatur Avernis.
Hîc, et tum pater ipse petens responsa Latinus,
Centum lanigeras mactabat rite bidentis,
Atque harum effultus tergo stratisque iacebat
Velleribus. Subita ex alto vox reddita luco est:
Ne pete connubiis natam sociare Latinis,
O mea progenies, thalamis neu crede paratis.
Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferent, quorumque ab stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens
Adspicit Oceanum, vertique regique videbunt.
Haec responsa patris Fauni, monitusque silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
Sed circum late volitans iam Fama per urbis
Ausonias tulerat; quum Laomedontia pubes
Grami-

89 VOLITANTIA] *Pallentia* secundus Moreti. repetitum ex I. Georg. 477. sed male. vide Lucret. lib. IV. 42. et Lucan. VII. 199. et infr. lib. X. 641.

101 ASPICIT] Helenius *respicit*. Vterque Oceanus hic rectius orientale et occidentale mare intelligitur, quam apud Ovid. I. Art. Amator. 173. *uterque* Parrhas. Interpres Crucquianus Horatii ad IV. Od. ult. vitiose exhibent, *Quem sol inter utrumque recurrens Respicit Oceanum*.

110 IVP-

Gramineo ripae religavit ab aggere classem.
Aeneas, primique duces, et pulcher Iulus,
Corpora sub ramis deponunt arboris altae:
Instituuntque dapes, et adorea liba per herbam
Subiiciunt epulis, (sic Iuppiter ille monebat)
Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumtis hîc forte aliis, ut vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu malisque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris;
Heus! etiam mensas consumimus? inquit Iulus.
Nec plura adludens. Ea vox audita laborum
Prima tulit finem, primamque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.

Con-

110 IVPPITER IPSE] Heinsius defendit lectionem *ille*, quam in quibusdam inuenit exemplaribus. v. Canteri Nov. Lect. L. III. c. 26. et eius notas ad Claudian. IV. Cons. Honor. 284. Ita iam vel cupidissimo harum lautitiarum satisfactum puto; et si vidisset haec Heinsiana, quae periisse credebat, Broukhusius, parciore manu ex horreo suo penum eruditam promsisset ad Tibul. I. IV. 19. notandum vero Servium ad lib. II. Aen. 779. superfluum hoc pronomen *ille* pronuntiare, sed ex notis apparebit, in MSS. haec ibi non legi, quare ab inscio grammatico adsuta esse puto, qui videbat versus ineptorum Poëtastrorum saepe illis tibicinibus fulciri.

117 NEC PLVRA ADLVDENS] Heins. ait, distinguendum, *nec plura adludens ea vox*, etc. Sed vulgata sana est distinctio. et Iulus adludens, id est subridens, vultu blando et ridenti haec pronuntiat. nam *adludere* est idem quod μειδιᾶν apud Graecos, vel μειδᾶν. sic Iustin. I. 4. *velut ad notam adlusit*. Claudian. VI. Cons. Hon. 83. *Adludens genitor*. Gunther. Ligur. I. 71. *His gaudens adlude Philippe labellis*. et hinc etiam, *Taurus singulas adludens*, apud Lactant. in argum. Met. Ovid. II. fab. 13. ubi vide Muncker. et hinc ad res inanimatas, undas, ventos, arbores etc. transfertur. vid. ad Ovid. IV. Met. 342. Valer. Flac. VI. 664. Claudian. II. in Rufin. 328. Hodie *adludere* usu valuit de eo, qui in voce aliqua aut locutione ad aliquid respicit, aut ex alio scriptore quid sibi sumit. quae verbi recens significatio imposuit Heinsio, ut crederet haec verba Iuli respexisse Harpyiarum dicta.

119 ERIPVIT] *Corripuit* non male in Veneto. Segraeus puerile pronuntiat ex pueri ore prae-

Continuo, Salve fatis mihi debita Tellus,
Vosque, ait, o fidi Troiae salvete Penates.
Hic domus, haec patria est. Genitor mihi talia, (namque
Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:
Quum te, nate, fames ignota ad litora vectum
Adcisis coget dapibus consumere mensas;
Tum sperare domos defessus, ibique memento
Prima locare manu molirique aggere tecta.
Haec erat illa fames: haec nos suprema manebat,
Exitiis positura modum.
Quare agite, et, primo laeti cum lumine Solis,
Quae

praedictis Harpyiarum fidem fieri, qui, quomodo hunc nodum solvat viderit. sed ego ad ominosas voces, quocumque casu, et a quocumque prolatas, ex quibus superstitiosi omen captabant, referri debere puto. quas ab Iulo coeptas proferri, ne plura innominata adderet, interrumpit Aeneas. sic Paullus Aemilius ex ore filiae admodum parvulae dicentis, *Persam periisse*, arripuit omen de Rege Persa vincendo. vid. Valer. Max. I. v. 3. tentabar etiam, ut *arripuit* emendarem, quo verbo utuntur, ubi dicentis verba probant, ut Terent. Eun. III. V. *submonuit Parmeno, quod arripui.* Cicer. III. de Finib. 4. *aliquid ex mea responsione arripere cupienti, non respondebo ad singula.* ubi paullum alio sensu capitur: et ita vulgo, *accipere omen* occurrit, sed *arripere* maiorem celeritatem et impetum notat. etsi vero infr. 186. varietas in his verbis sit, nihil tamen mutare audeo, quia et *eripuisse* potest dici, prohibuisse, ne plura forte inominata subiungeret Iulus, et ideo *pressit*, forte manu sua, os Ascanii. *numine dixit* Parrhas. vid. ad III. Aen. 363.

127 TECTA] *Tecto* Franciscius. *moliri aggere* Trappius explicat, una cum aggere. *moliri* est fundamenta urbis ponere. ut Flor. I. 7. nam moenia non possunt poni sine aggere, id est aggesta terra. vid. infr. v. 158.

129 EXITIIS] Nescio an melius sit, *Exiliis*, id est erroribus vagis. vid. ad lib. II. Aen. 780. sed et vulgata potest, de pestilentia et aliis modis, quibus aliquot socii periere, intelligi. *modum* hic finem notat. vid. ad Ovid. IV. Trist. I. 28. et Lucan. X. 42. Horat. I. Od. 17. *Quem criminosis cumque voles modum Pones Iambis.* ubi non recte Crucquius interpretari videtur: dat enim Horatio puellae optionem, quo modo velit Poëtam desinere iambos criminosos scribere, et scriptos abolere.

130 CVM LVMINE] *Cum limine* Moretanus secundus. videantur

Quae loca, quive habeant homines, ubi moenia
Vestigemus, et a portu diversa petamus. [gentis,)
Nunc pateras libate Iovi, precibusque vocate
Anchisen genitorem, et vina reponite mensis.
Sic deinde effatus frondenti tempora ramo
Implicat, et Geniumque loci, primamque Deorum
Tellurem, Nymphasque, et adhuc ignota precatur
Flumina: tum Noctem, noctisque orientia signa,
Idaeumque Iovem, Phrygiamque ex ordine Matrem,
Invocat; et duplicis Coeloque Ereboque parentes.
Hic Pater omnipotens ter coelo clarus ab alto
Intonuit: radiisque ardentem lucis et auro
Ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.
Diditur hic subito Troiana per agmina rumor,
Advenisse diem, quo debita moenia condant.
Certatim instaurant epulas, atque omine magno
Crateras laeti statuunt, et vina coronant.
Postera quum prima lustrabat lampade terras
Orta dies; urbem, et finis, et litora gentis
Diversi explorant: haec fontis stagna Numici,
Hunc Thybrim fluvium, hic fortis habitare Latinos.
Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad moenia regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes:
Donaque ferre viro, pacemque exposcere Teucris.
Haud mora: festinant iussi, rapidisque feruntur
Passibus. Ipse humili designat moenia fossa,
Moliturque locum; primasque in litore sedes,
Castrorum in morem, pinnis atque aggere cingit.
Iamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum
Ardua

deantur annotata Heins. l. VI. 255. *Primum* idem Moreti, et primus Rottendorphius. de praepositionis *cum* in similibus usu vid. ad Ovid. III. Amor. XIV. 7.

160 AC TECTA LATINORVM] *Et tecta* Wittian. *Latinorum* Francian. Parrhas. et Wittian. quod probat etiam Schol. Horatii I. Sat. VIII. 43.

E a *Latini*

Ardua cernebant iuvenes, muroque ſubibant.
Ante urbem pueri, et primaevo flore iuventus,
Exercentur equis, domitantque in pulvere currus:
Aut acris tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, curſuque ictuque laceſſunt.
Quum praevectus equo longaevi regis ad auris
Nuntius ingentis ignota in veſte reportat
Adveniſſe viros. Ille intra tecta vocari
Imperat, et ſolio medius conſedit avito.
Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis,
Vrbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici
Horrendum ſilvis et religione parentum.
Hîc ſceptra adcipere, et primos adtollere faſcis
Regibus omen erat: hoc illis curia templum,
Hae ſacris ſedes epulis: hîc ariete caeſo
Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.

Quin

Latini Ed. Mediol. Ald. et al. *tecta domorum* Ed. Venet. repetitum ex lib. XII. 132.

166 QVVM PROVECTVS] Cod. Heinſii *praevectus*. Saepe haec verba permutata. ſed *praevebi*, quum plerumque pro *praetervebi* ſumi ſoleat, vide Gron. ad Liv. XXIX. 32. et Drakenb. ad XXIV. XLIV. 10. hic vero nuntius non praetervehebatur Troianos a litore ad urbem tendentes: ideoque *praevectus* exponere deberet, ante Troianos ſtudens in urbem venire, et peregrinorum adventum nuntiare, antequam ipſi venirent. vide de hoc verbo praeter laudatos Oudendorp. ad Lucan. VII. 342. et quae nos dicemus, de permutatione τῶν *pervehi*, *praevebi*, et *provebi*. hic tamen non male *provectus* poſſet locum ſuum tueri, quia *praevebi* pro ante vehi, ante ire, neſcio an dicatur. et ad adſpectum advenientium Troianorum, ex illa iuvenum exercentium turba aliquis equo provectus videtur fuiſſe ad Regem, qui in urbe erat.

167 IN VESTE] *In* deeſt tertio Menteliano. *reportant* alter Hamburgenſis. *reportat*, recte, quia ſine dubio emiſſus erat ad famam claſſis adpulſae. nam v. 196. iam *audiviſſe* adventum dicitur Rex. vel quia in finibus ſolebant ſpeculatores ſemper habere. ideoque vana eſt Servii nota. ita XI. Aen. 511. exploratores *reportant*, et hoc libro 285. *pacem reportant* legati ad Latinum.

176 PERPETVIS] Daviſius ad Caeſar. 1. de Bell. Gall. 40. exponit, quae ab initio ad finem caenaculi excurrunt. ſed

puto

Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum
Antiqua e cedro; Italusque, paterque Sabinus,
Vitifator, curvam fervans fub imagine falcem,
Saturnusque fenex, Ianique bifrontis imago,
Veftibulo adftabant: aliique ab origine reges,
Martiaque ob patriam pugnando volnera paffi.
Multaque praeterea facris in poftibus arma,
Captivi pendent currus, curvaeque fecures,
Et criftae capitum, et portarum ingentia clauftra,
Spiculaque, clipeique, ereptaque roftra carinis.
Ipfe Quirinali lituo, parvaque fedebat
Succin-

puto intelligi menfas longas, oppofitas menfis fingulis, quae in tricliniis poftea fingulis convivis apponebantur. vid. ad Petron. cap. XXXIV. quum hic ordine longo adfiderent, non accumberent in lectis.

182 QVI OB] Ex Servio, qui non ipfos reges, fed quafi reges explicat, legendum cum Romano codice et editis omnibus videtur, *Martiaque ob* etc. ut diftinguantur a regibus. et ita maior numerus imaginum auguftiorem faciebat fedem regiam. denique vulneratos pro patria reges paucos reperias: et hoc Servius indicat, *quafi reges*, quae aequato regibus honore ibi ftatuas fibi poni meruerunt. forte ad Caefarem refpicit, cui *ftatua inter reges* pofita, tefte Suetonio cap. LXXVI. fic lib. X. 133. *quafi dux* Afcanius inter duces reliquos, dicitur a Servio.

187 IPSE QVIRINALI] Vid. fupr. v. 817. H. Steph. diff. de Criticis p. 205. rectius deficere unum verbum putat, quod *lituo* refpondeat. et hoc familiare Virgilio. vid. I. Aen. 321. III. 260. infr. 478. VIII. 260. et faepe alibi hoc Servius notat, ut multi viri docti hoc obfervarunt. Barth. ad Claudian. I. in Rufin. 49. putat *cingi* pro armari poni. ut II. Aeneid. 520. *cingi telis*. fed aliud eft *cingi telis*, aliud *fuccinctus lituo* et *trabea*, quae teli aut armorum vice non fungi poffunt, ideoque nec hanc figuram admittunt. Senec. de vita Beata XVII. *pretiofa vefte fuccingitur.* fed fi Gellio accedere libet, erit fubintelligendum *infignis*, *confpicuus* lituo, et fuccinctus trabea. vid. ad Lucan. VI. 636. et folet nofter ablativis ita uti. vid. I. Aen. 71. 75. 189. et centies alibi. praeterea in illo loco Virgilii gladius intelligitur, ut patet ex v. 510. ubi *cingitur ferrum* Priamus, id eft enfem: quo proprie etiam cingi dici poffunt milites, quia lateri per zonam accommodabatur. lib. II. Aen. 393. Ovid. II. Faft. 13. *Nec galea tegimur nec acuto cingimur enfe.* telum vero pro enfe fumi patet ex Ovid. IV. Met. 665. *te-*

E 3 *loque*

Succinctus trabea, laevaque ancile gerebat
Picus, equûm domitor: quem capta cupidine con-
Aurea percuſſum virga, verſumque venenis [iunx
Fecit avem Circe, ſparſitque coloribus alas.
Tali intus templo Divom patriaque Latinus
Sede ſedens Teucros ad ſeſe in tecta vocavit:
Atque haec ingreſſis placido prior edidit ore:
Dicite, Dardanidae, (neque enim neſcimus et urbem,
Et genus, auditique advertitis aequore curſum)
Quid petitis? quae cauſſa rates, aut cuius egentes
Litus ad Auſonium tot per vada caerula vexit?
Sive errore viae, ſeu tempeſtatibus acti,
(Qualia multa mari nautae patiuntur in alto)
Fluminis intraſtis ripas, portuque ſedetis;
Ne fugite hoſpitium, neve ignorate Latinos,
Saturni gentem, haud vinclo nec legibus aequam,
Sponte ſua veteriſque Dei ſe more tenentem.
Atque

loque adcingitur unco. et ita in lege XII. Tabul. et Cornelia de Sicariis *telum* etiam accipitur.

195 DARDANIDAE] Poterat ſcire ex Dardano deſcendiſſe Troianos, et coniecturam capere hos eſſe illos Dardanidas, qui tot erroribus acti iam ad litora ſua appulerant. ſic et Dido iam ſciebat Aeneadas ante eorum adventum, lib. I. 565. audierat vero Troiae excidium, fama iam late ſparſa, ut infra Ilioneus v. 225. toto orbe auditum ait. de veſte vix vero ſimile: nam nuntius, *ignota* veſte viros veniſſe reportabat, v. 107. ergo Troianorum ignorabat veſtes.

201 PORTVQVE SEDETIS] *Portuſque* Francian. ſed imitatur Rutilius lib. I. Itin. 185. *Cunctamur tentare ſalum, portuque ſedemus.* portus fere dici oſtia fluviorum vidimus ad Ovid. II. Amor. XIII. 10. eleganter Claudianus VI. Conſ. Honor. 495. -- *Iamque ora Padi, portuſque relinquit Flumineos.*

203 VINCLO NEC LEGIBVS] *Et legibus* Commentator Crucquianus ad Horat. I. Sat. III. 98. *aut vinclo* Dorvill. eſt vero pro *vinclo legum* dictum. ſenſus autem, ſponte ſua, non legibus, aequitatem colere. ut de Scythis Iuſtinus lib. II. 2. *Iuſtitia gentis ingenii cultu, non legibus.* ita Senec. I. de Ira. 27. *bonos ad legem* vocat, qui niſi legibus coacti eſſent, minime boni eſſent. quod dictum ſapientis Stoici egregia oratione Cl. Schultingius illuſtravit.

205 EQVI-

Atque equidem memini (fama eſt obſcurior annis)
Auruncos ita ferre ſenes, his ortus ut agris
Dardanus Idaeas Phrygiae penetrarit ad urbis,
Threiciamque Samum, quae nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Corythi Thyrrhena ab ſede profectum
Aurea nunc folio ſtellantis regia coeli
Adcipit; et numero Divorum altaribus addit.
Dixerat. Et dicta Ilioneus ſic voce ſecutus:
Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
Atra ſubegit hiems veſtris ſuccedere terris,
Nec ſidus regione viae lituſve fefellit
Conſilio hanc omnes animiſque volentibus urbem
Adferimur pulſi regnis, quae maxuma quondam
Extremo veniens Sol adſpiciebat Olympo.
Ab Iove principium generis: Iove Dardana pubes
Gaudet avo. Rex ipſe Iovis de gente ſuprema
Troius Aeneas tua nos ad limina miſit.
Quanta per Idaeos ſaevis effuſa Mycenis
Tempeſtas ierit campos; quibus actus uterque
Europae atque Aſiae fatis concurrerit orbis,
Audiit, et ſi quem tellus extrema refuſo
Summovet Oceano, et ſi quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
Diluvio ex illo tot vaſta per aequora vecti
DIs ſedem exiguam patriis lituſque rogamus
Innocuum, et cunctis undamque auramque patentem.

Non

205 EQVIDEM] *Idem* Menagii prior. *eadem* alter Hamburgicus. Heinſius in ora, *fama etſi*: ſed nihil movendum. ſenſus enim eſt, ob longe remotum tempus, quo Dardanus huc venit, obſcuriorem eſſe famam. *annis* eſt propter annos; tempus longum, ut Ovid. VI. Faſt. 103. *obſcurior aevo fama.* *annis* autem pro longo tempore vidimus ad Nemeſ. IV. Ecl. 24.

Non erimus regno indecores: nec vestra feretur
Fama levis, tantive abolescet gratia facti:
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Aeneae iuro, dextramque potentem,
Sive fide, seu quis bello est expertus et armis;
Multi nos populi, multae (ne temne, quod ultro
Praeferimus manibus vittas ac verba precantia)
Et petiere sibi et voluere adiungere gentes.
Sed nos fata Deûm vestras exquirere terras
Imperiis egere suis. Hinc Dardanus ortus
Huc repetit, iussisque ingentibus urguet Apollo
Tyrrhenum ad Thybrim, et fontis vada sacra Numici.
Dat tibi praeterea Fortunae parva prioris
Munera, reliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:
Hoc Priami gestamen erat, quum iura vocatis
More

231 VESTRA] *Nostra* Oudartii. pro *feretur*, *fatetur* Venetus. *tantique* Gudianus et nonnulli alii, et editi. *abolescit* Mentelii prior et tertius, et Regius a manu prima. *abolevit* Hugenianus. Heinsius malebat, *abolebit*.

235 FIDE] *Fidem* primus Moreti et a manu prima prior Hamburgicus. qui et, *in armis*. male. vid. ad lib. I. 545.

237 PRAEFERIMVS MANIBVS] *Proferimus* Venetus et alter Hamburgicus. male, multa de his vittis habet Guellius, qui esse quosdam notat, qui *manibus* non Troianorum, sed Latini intelligunt, cuius manibus vittas has inserverit. sed *praeferre* hanc opinionem satis refutat. est enim hoc verbum in sacris usitatum, de eo qui aliquid sacri ante se fert et ostendit. sic Suet. Tiber. XLIV. *acerram praeferens minister*. Ovid. II. Art. Amor. 330. *Praeferat et tremula sulphur et ora manu.* et hinc *praefericulum* vas, quod Festus describit. hinc et *praetendere* lib. VIII. 128. in hac re, et ita alii.

Ibid. PRECANTVM] *Precantis* Bigotianus. *praeferimus m. ac verba precantia victas* Ed. Venet. *Praef. m. vittas ac verba precantia*. Mediol. et Ald. saepe Ovidius habet, *verba precantia*. ut Index monstrat. sed locus, quem laudat Heinsius, est ex eius coniectura, non ex scriptis et editis. ut docui in notis. sic et *verba rogantia* XX. Epist. 33. et *solantia* XI. Met. 685. et similia.

246 GESTAMEN ERAT] Omnia, quae corpore vel manibus gestamus, hac voce indicari

More daret populis; sceptrumque, sacerque tiaras,
Iliadumque labor vestes.
Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, soloque inmobilis haeret,
Intentos volvens oculos. Nec purpura regem
Picta movet, nec sceptra movent Priameia tantum,
Quantum in connubio natae thalamoque moratur:
Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem.
Hunc illum fatis externa ab sede profectum
Portendi generum, paribusque in regna vocari
Auspiciis; huic progeniem virtute futuram
Egregiam, et totum quae viribus occupet orbem.
Tandem laetus ait: DI nostra incepta secundent,
Auguriumque suum. Dabitur, Troiane, quod optas.
Munera nec sperno. Non vobis, rege Latino,
Divitis uber agri Troiaeve opulentia deerit.
Ipse modo Aeneas (nostri si tanta cupido est,
Si iungi hospitio properat, sociusve vocari)

Advo-

dicari solent. et ideo varie saepe adhibetur. sic de sceptro *gestamen* dicit Val. Flac. III. 344. de clypeo noster lib. III. 286. Val. Flac. I. 760. et ita alii. Statius V. Theb. 417. *Palladios oleae Mopsi gestamina ramos Extulit.* ubi Barthius in Scholiaste habet, *quibus cinxerat caput.* sed ramos illos manu, non capite praeferre solebant, et Iason ibi fungitur vice Mopsi. quare dubito de illa explicatione. Hic Servius et alii *diadema* volunt intelligi. sed quum *tiaras* sequatur, cogitandum est, an caput, et tiara et diademate cinctum, habuerit Priamus: quare ego malim de veste quadam regia, quia indutus ius reddere consueverat, et quia mox *purpura picta* memoratur, ea hic desiderari videtur. *picta* vero est Phrygia, inde enim acu pingere vestes ortum esse constat. *vestes* vero *Iliadum labor*, quae sequuntur de stragulis pictis purpura, et auro conspicuis, ut solebat, intelligo, quo sensu quum passim occurrunt, nihil amplius addere melius erit.

261 NEC SPERNO] Id est libenter accipio, per λιτότητα, ut recte Servius. sic Ovid. XVII. Epist. 71. *utque ea non sperno.* Auson. Mosell. 30. *Non hoc spernat opus Gortynius ales.* ubi vid. virum doctum in Observ. Misc. Crit. Vol. X. Tom. II. p. 193. Horat. II. 15. *Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant.* et ita alii passim.

 274 NV-

Adveniat; voltus neve exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Vos contra regi mea nunc mandata referte.
Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae,
Non patrio ex adyto sortes, non plurima coelo
Monstra sinunt: generos externis adfore ab oris,
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant. Hunc illum poscere fata
Et reor, et (si quid veri mens augurat) opto.
Haec effatus, equos numero pater eligit omni.
Stabant ter centum nitidi in praesepibus altis.
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes pictisque tapetis.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum.
Absenti Aeneae currum geminosque iugalis,
Semine ab aetherio, spirantis naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos daedala Circe

Subpo-

274 NUMERO] Pro ex, vel ab numero. imitatus Statius VI. Theb. 129. *numero dux legerat omni.* vid. ad Valer. Flac. V. 327. *eligat* alter Hamburg.

276 OMNIBUS] Ita omnes quos vidi codices, et editiones. Catroeus vero edidit *omnes*, nec unde petierit, indicat, et hinc Poëtam sibi contrarium fingit, qui antea electos ex numero omni, id est trecentis, dixerit, nunc omnes equos iubeat ordine duci. sed quis non videt ex trecentis fuisse centum electos, quos iubet duci omnibus Teucris ad se missis, id est centum illis oratoribus? his omnibus dat equos, in quibus sublimes redeunt ad Aeneam, qui pedites venerant ad Latinum. Aeneae mittit currum et geminos iugales. miror insignem temeritatem.

277 INSTRATOS] *Instructos* Venetus, et mox, *strati auro*, non *tecti*. Vulgata est apud Senec. Epist. LXXXVII. Ita variant codices apud Livium lib XXI. 27. *praeter eos, quos instructos frenatosque imposuerant in naves.* ubi Gronovius *instratos* malebat. vid. notas et ad cap. 54.

282 DE GENTE] Ita et III. Georg. 74. dixit *gentem* de armentis. vid. ad Phaedr. 1. Fab. II. ubi et *genus* ita poni docuimus. Iust. IX. 2. *viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa.*

Ibid. CIR-

Subpoſita de matre nothos furata creavit.
Talibus Aeneadae donis dictiſque Latini
Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.
Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis
Saeva Iovis coniunx, auraſque invecta tenebat:
Et laetum Aenean, claſſemque ex aethere longo
Dardaniam Siculo proſpexit ab uſque Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terrae:
Deſeruiſſe rates. Stetit acri fixa dolore.
Tum quaſſans caput, haec effundit pectore dicta:
Heu ſtirpem inviſam, et fatis contraria noſtris
Fata Phrygum! num Sigeis occumbere campis,
Num capti potuere capi? num incenſa cremavit
Troia

Ibid. CIRCE] *Circae* Leidenſis et tertius Mentelii. vid. ſupr. 191. Commentator Crucquianus Horat. I. Sat. VI. 77. — *Quos illi daedala Circe Suppoſita de matre ſatos furata creavit.* ſed Macrob. VI. 6. vulgatam habet, et *creavit* pro creari fecit poſitum docet. et cap. IV. *daedalam Circem* dixiſſe Iliuni in Theutrante notat.

289 PROSPEXIT ABVSQVE PACHINNO] Servius ait, praepoſitionem in compoſitione nec praepoſitioni iungi, nec adverbio. ſed iungitur praepoſitioni. ut in Perſa: *Aſpice deprocul in conſpectum.* Scabrities haec eſt, nec veteres adverbia et praepoſitiones in unam vocem contraxerunt, ſed duabus vocibus diſtinxerunt: et *uſque ad*, et *ab*, vel *ad uſque* et *ab uſque* ſcripſerunt. ut et *uſque in.* vide quae notavi ad Sueton. Calig. XVII. ſic nec *inante* dixiſſe oſtendi ad Ovid. II. Met. 524. et Broukh. ad Propert II, II. 52. a Fabricio laudatum. nec *deprocul* in Plauti emendatis codicibus legitur; ſed in Perſa IV. II. 6. exſtat, *abſcede procul e conſpectu*, ex emendatione virorum doctorum. vid. Gronovii notas. et confirmatur alio loco ibid. Act. IV. VII. 17. ubi itidem eſt. *abſcede procul e conſpectu*, ſine varietate notata a Commentatoribus. *derepente* origine ſua eſt ablativus a *repens*, et ita ſeiungi debet, *de repente*, ut *ſubito* et *de ſubito*. quibus ablativis adverbialiter uſi fuere. *ſubpoſteaquam* neſcio ubi Cicero dixerit, forte in loco corrupto. nec Voſſius inter reliqua ponit lib. IV. de Analog. cap. XXIII. ceterum, *Pachino*, *Pachyno*, *Pachinno*, *Pachynno* varie eſt in ſcriptis. ſed apud Serv. ad I. Aen. 35. et VI. 385. *Pachynno* eſt in Mſſ.

295 NVM] *Non* Sprotii, Bigotii et Wittian. *ſuccumbere* Mentelii prior et Menagii alter, *non capti* Menagii prior, Venetus Bigotii, Wittian. et duo alii. *nunc*

Troia viros? medias acies, mediosque per ignes
Invenere viam; at (credo) mea numina tandem
Fessa iacent, odiis aut exsaturata quievi.
Quin etiam patria excussos infesta per undas
Ausa sequi, et profugis toto me obponere ponto.
Absumtae in Teucros vires coelique marisque.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit? optato conduntur Thybridis alveo,
Securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem
Inmanem Lapithûm valuit: concessit in iras
Ipse Deûm antiquam genitor Calydona Dianae:

Quod

nunc Mediceus et Mentelii prior et a manu secunda. *nunc* et mox idem, *nunc incensa. non* Venetus et Wittian. *creavit* Excerpta nostra. *aut incensa* Bigotii. *cremarat* Leidensis. *non* et hic est in Parrhas. Catroeus hic in Virgilium invehitur, quod puerili imitatione huius Oxymori ex Ennio dignitatem Epici carminis foedaverit. sed quoties non ea figura Homerus et Tragici usi fuere? sed quia delicata Francorum gens haec non admittit, nec in vernaculam vertere linguam potest, hinc mavult latine reddere, an potuerunt captivitatem evadere. Manil. IV. 30. *Captus et a captis orbis foret.* non male legeretur per interrogationem *non capti potuere capi?* an urbe capta Troes non potuere comprehendi et occidi, ut nullus evaderet? nam aliter Oxymorum postularet, *num capti potuere capere?* scil. Graecos. sic Senec. de Vitta beata, de feris, venatu captis, quae dominos laniant, et *captae ceperunt.*

297 AT CREDO] *Ac* Menagii prior et Wittian. *mea munera* Menag. alter. nihil muto. sic *at puto.* vid. ad Suet. Vesp. XXIII. *credo* ironice poni vidimus ad VI. 848.

302 SYRTES] *Syrtis* duo Leidenses, Hugenianus et primus Rottendorphius. *aut vasta* Leidensis in Catulli loco Carm. LXV. 156. legitur, *Quae Syrtis, quae Scylla vorax, quae vasta Charybdis?* Vossius edidit *Scylla rapax.* ut apud Ovid. XII. Epist. 123. legitur.

303 CONDVNTVR] *Potiuntur* Venetus. sed alterum praestat. sic lib. V. 243. habuimus, *condi portu.* *Potiuntur* est ex interpretatione: ita enim Nonius in *condere* exponit. aliter Servius, sed puto male. non enim urbem in alveo, sed ripa posuere.

304 PERDERE] *Prendere* Leidensis. et mox, *potuit* Bigotianus. et ita Schol. Stat. II. Theb. 563. sed *valuit* Serv. ad I. Aen. 39. vid. ad Suet. Calig. XXXIV.

307 QVOD

Quod ſcelus aut Lapithas tantum, aut Calydona merentem?
Aſt ego magna Iovis coniunx nil linquere inauſum
Quae potui infelix, quae memet in omnia verti,
Vincor ab Aenea. Quod ſi mea numina non ſunt
Magna ſatis; dubitem haud equidem implorare quod uſquam eſt.
Flectere ſi nequeo Superos, Acheronta movebo.
Non dabitur regnis, eſto, prohibere Latinis,
Atque inmota manet fatis Lavinia coniunx.
At trahere, atque moras tantis licat addere rebus:

At

307 QVOD SCELVS AVT] Heinſ. exiſtimat ſubaudiendum *perdidit*. Ego vero *conceſſit* intelligendum puto cum Pierio. *Calydoni* vero, ultima brevi, vix probare audeo, quum in *Colchidi*, *Palladi* et ſimilibus ſyllaba penultima corripiatur, in *Calydoni* producatur. quare diſſimilia exempla videntur. *Quod merentem* vero capiendum eſt, ut apud Terent. Andr. I. I. 112. *Quid commerui? Lapithis tantum a Calydone merente*. Edd. Venet. et Mediol. *Lapithas tantum Calidone merente* Dorvill. et Wittian. Haec reſpexiſſe puto Statium lib. VII. Theb. 203. ubi Iuppiter Baccho dicit, *Quin etiam invitus magna, ulciſcendaque paſſis, Aut Lapithas Marti, aut veterem Calydona Dianae Expugnare dedi.* ubi vide Barthii notas. ſi *ſcelus* cum Servio pro poena poſitum ſit, probare poſſem lectionem, a multis proditam, *Quod tantum ſcelus merentem* (vel *merentes*) *Calydona aut Lapithas*. vide ad Valer. Flac. II. 294. *Quod tantum* illuſtravimus ad Lucan. I. 660. *concedere* vero *in iras*. recte et Latine dici docebunt notae ſummi Gronovii ad Liv. XXXIII. 19.

313 DABITVR REGNIS, ESTO] *Eſto regnis*. Ita mutat unus ex Heinſianis et Francianus. ſed Donatus ad Terent. Eun. III. I. 6. vulgatum ordinem agnoſcit.

315 AT TRAHERE] *Attrahere* Dorvill. *haec trahere* Lutatius ad Stat. IV. Theb. 677. credidit ille forte *trahere* abſolute non poſſe poni, quod etiam barbarum pronuntiat Harduinus. ſed an non *moras* utrique verbo poteſt accommodari, *trahere et addere moras? trahere moram* dixit Ovid. IX. Met. 766. et *moram* hic agnoſcit Servius ad VIII. Aen. 398. et *addere moram* idem Ovidius XIX. Epiſt. 8. ſed ſit abſolute poſitum, ut paſſim verba activa ſine caſu occurrunt. ſi enim *trahi* ſimpliciter dicuntur quibus per moras quaſi illuditur, ut Lucan. IV. 222. *trahimur ſub nomine pacis*, et ita *trahere* ſimpliciter pro curru trahere, quae vox quum praeceſſiſſet, debuiſſet dicere, *bis ſenis equis illum trahentibus*. Sueton.

At licet amborum populos exſcindere regum.
Hac gener atque ſocer coëant mercede ſuorum.
Sanguine Troiáno et Rutulo dotabere, virgo:
Et Bellona manet te pronuba. Nec face tantum
Ciſſeïs praegnans ignis enixa iugalis:
Quin idem Veneri partus ſuus, et Paris alter,
Funeſtaeque iterum recidiva in Pergama taedae.
Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petivit:
Luctificam Alecto Dirarum ab ſede ſororum
Inferniſque ciet tenebris: cui triſtia bella,
Iraeque, inſidiaeque, et crimina noxia cordi.
Odit et ipſe pater Pluton, odere ſorores
Tartareae monſtrum: tot ſeſe vertit in ora,
Tam ſaevae facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium, virgo ſata Nocte, labórem,
Hanc operam, ne noſter honos, infractave cedat
Fama loco: neu connubiis ambire Latinum
Aeneadae poſſint, Italoſve obſidere finis.

Tu

Sueton. Aug. XCIV. vide plura apud Heinſ. ad III. 207. et lib. I. Aen. 511. *operum laborem Partibus aequabat iuſtis aut ſorte trahebat.* ubi *trahebat* abſolute ponitur, id eſt ſorte nomina xirorum ex urna trahebat. nam *trahere laborem* ſi coniungas, erit dubia locutio, et idem eſt, quod lente laborare, ut III. Georg. 97. *fruſtraque laborem Ingratum trahit.*

317 HAC GENER] Mediceus denuo repetit *τὸ at. At gener atque ſocer.* Et Dorvill. et Wittian. *coiant* Mentelii prior, *hac gener, inde ſocer* Bigotianus. *f. Hac gener atque ſocer coëant mercede, duorum ſanguine, Tr.* etc. ut *Turni* et *Aeneae* caedem indicet, quibus deſponſata Lavinia fuerat. ita apud Phaedr. Prol. lib. III. pro *ſuos duos* coniecimus eſſe legendum. cogitaſſe Virgilium etiam de Caeſare et Pompeio credebat Cl. Dorvillius, quia alias etiam hiſtorias Romanas obſcure tangit. vid. Serv. ad II. Aen. 135. et alibi.

328 TARTAREAE] Merula ad Ennii lib. I. Ann. p. 154. credit Virgilium hic et alibi, Enniana voce *Tartarinae* uſum. ſed puto Virgilium potius ſecundum uſum locutum, ut obſervat Servius infr. ad v. 514. ubi de Enniana voce cogitaſſe videtur.

338 FE

Tu potes unanimos armare in proelia fratres,
Atque odiis verſare domos: tu verbera tectis
Funereasque inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes. Fecundum concute pectus,
Disiice conpoſitam pacem, ſere crimina belli:
Arma velit, poſcatque ſimul, rapiatque iuventus.
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
Principio Latium, et Laurentis tecta tyranni
Celſa petit, tacitumque obſedit limen Amatae:
Quam ſuper adventu Teucrûm Turnique hymenaeis
Femineae ardentem curaeque iraeque coquebant.
Huic Dea caeruleis unum de crinibus anguem
Coniicit, inque ſinum praecordia ad intima ſubdit:
Quo furibunda domum monſtro permiſceat omnem)
Ille, inter veſtis et levia pectora labſus,
Volvitur adtactu nullo, fallitque furentem,
Vipeream inſpirans animam. Fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longe taenia vittae,
Innectitque comas, et membris lubricus errat.
Ac dum prima lues udo ſublabſa veneno
Pertentat ſenſus, atque oſſibus inplicat ignem;
Necdum animus toto percepit pectore flammam;
Mollius, et ſolito matrum de more, locuta eſt;
Multa ſuper nata lacrimans Phrygiiſque hymenaeis:
Exſulibuſne datur ducenda Lavinia Teucris,
O genitor? nec te miſeret nataeque, tuique?
Nec matris miſeret, quam primo aquilone relinquet
Perfidus, alta petens abducta virgine, praedo?
At non ſic Phrygius penetrat Lacedaemona paſtor,
Ledae-

338 FECVNDVM CONCVTE PECTVS] Imitatus Statius I. Achil. 543. *Tende animum vigilem, fecundumque erige pectus.* ubi Scholiaſtes hunc Virgilii locum adducit, ſed in editione Lindenbr. vitioſiſſima, depravatum. idem VIII. 171. *Fecundaque pectora veri.* Sil. Ital. II. 539. *poenarum quidquid et irae Pectore fecundo coquitur tibi.* ubi plura ex Maronis imitatione.

365 CVRA]

Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes.
Quid tua ſancta fides, quid cura antiqua tuorum,
Et conſanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis,
Idque ſedet, Faunique premunt te iuſſa parentis;
Omnem equidem ſceptris terram, quae libera noſtris
Diſſidet, externam reor, et ſic dicere Divos.
Et Turno, ſi prima domus repetatur origo,
Inachus Acriſiuſque patres, mediaeque Mycenae.
His ubi nequidquam dictis experta, Latinum
Contra ſtare videt, penituſque in viſcera labſum
Serpentis furiale malum, totamque pererrat;
Tum vero infelix, ingentibus excita monſtris,
Inmenſam ſine more furit lymphata per urbem:
Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curvatis fertur ſpatiis: ſtupet inſcia ſupra

Inpu-

365 CVRA] *Iura* Parrhaſ. *et iura* Venetus. ſic haec tria iungit Ovid. II. Ep. 31. *Iura, fides ubi nunc, commiſſaque dextera dextrae?* Stat. I. Achil. 463. *Iura, fidem, ſuperos, una calcata rapina.* et alibi has voces commutatas vidi, apud Lucanum et Claudianum. nil tamen moveo. *et cura* Wittian. et Venetus. male. vid. ſupr. IV. 368. et ſaepe alibi ad Ovidium et Lucanum.

370 DISSIDET] *Deſidet* Regius. male. eadem varietas apud Senec. Oedip. 620. ubi Gronovius docet *diſſidere* procul remotum eſſe.

Ibid. DICERE] *Poſcere* Parrhaſ. apud Tacitum XI. Ann. 3. *caritatem annonae dixiſſet*, ubi alii, et ipſe Heinſius *praedixiſſet* corrigunt, niſi quod hic *praedixiſſe*. Etſi quidam mallet *poſcere* etiam firmari ex II. Aen. 121. *quem poſcat Apollo.*

371 TVRNO] *Turni* Sprotianus et Montalbanius. *Aeterno ſi* Parrhaſ. *ſi prima domo* Mſſ. Servii ad VI. Aen. 88. mox, *Acriſiuſque pater* Oudartii. et ita citat Interpres Crucquianus Horatii ad lib. II. Od. 3.

376 INGENTIBVS EXCITA MONSTRIS] *Magnis exercita monſtris*, pro diverſa lectione Gudianus. Mox *Ingentem ſine* Oudartii, quae gloſſa eſt. forte *incentam*. nam Statius qui ex fonte Virgiliano ſua, teſte Lutatio, derivavit, IV. Th. 382. *Erectam attonitis implet clamoribus urbem.*

391 CHO-

Inpubesque manus, mirata volubile buxum:
Dant animos plagae. Non cursu segnior illo
Per medias urbis agitur populosque feroces.
Quin etiam in silvas, simulato numine Bacchi,
Maius adorta nefas, maioremque orsa furorem,
Evolat, et natam frondosis montibus abdit;
Quo thalamum eripiat Teucris, taedasque moretur:
Evoe Bacche, fremens, solum te virgine dignum,
Vociferans. Etenim mollis tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.
Fama volat: Furiisque adcensas pectore matres
Idem omnis simul ardor agit, nova quaerere tecta.
Deseruere domos: ventis dant colla comasque.
Ast aliae tremulis ululatibus aethera conplent,
Pampineasque gerunt incinctae pellibus hastas.
Ipsa inter medias flagrantem fervida pinum
Sustinet, ac natae Turnique canit hymenaeos,
Sanguineam torquens aciem; torvomque repente
Clamat: Io matres, audite ubi quaeque, Latinae,
Si qua piis animis manet infelicis Amatae
Gratia, si iuris materni cura remordet;
Solvite crinalis vittas, capite orgia mecum.
Talem inter silvas, inter deserta ferarum,
Reginam Alecto stimulis agit undique Bacchi.
Postquam visa satis primos acuisse furores,
Consiliumque omnemque domum vertisse Latini:
Protenus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem
Acrisionaeis Danaë fundasse colonis,

Prae-

391 CHOROS] *Choro* Leidensis et Excerpta nostra. *choris* Ed. Mediol. in Vratislav. sequebatur hunc versum hemistichium, *Reginam accensam.* et *lustrare* Francian. *pascere*, nutrire exponit Lutatius ad Statii III. Theb. 255. ubi videndus Barthius, qui virgines nupturas crinem consecrasse docet. et ideo nunc pascebat, postea retondendum. *crescere* primus Rottendorphii a manu secunda.

Praecipiti delata noto. Locus Ardea quondam
Dictus avis: et nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit. Tectis hîc Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto torvam faciem et furialia membra
Exuit: in voltus sese transformat anilis,
Et frontem obscaenam rugis arat. Induit albos
Cum vitta crinis: tum ramum innectit olivae.
Fit Chalybe, Iunonis anus templique sacerdos;
Et iuveni ante oculos his se cum vocibus offert:
Turne, tot incassum fusos patiere labores,
Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium, et quaesitas sanguine dotes
Abnegat: externusque in regnum quaeritur heres.
I nunc, ingratis offer te, inrise, periclis:
Tyrrhenas, i, sterne acies: tege pace Latinos.
Haec adeo tibi me, placida quum nocte iaceres,
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare age, et armari pubem portisque moveri
Laetus in arma para, et Phrygios, qui flumine pulchro
Consedere, duces, pictasque exure carinas.
Coelestum vis magna iubet. Rex ipse Latinus,
Ni

413 FORTVNA FVIT] Id est decidit ab antiquo flore, ut nomen tantum supersit. male Catroeus. Stat. V. 27. *Transierit fortuna licet.* ita *fuimus Troes, fuit Ilium* II. 325. alio sensu lib. IX. 14. III. 16.

424 ABNEGAT] *Denegat* Venetus. *heros* Vratislaviensis. *aeternusque* Dorvill.

427 IACERES] *Iacerem* Anonymus Misc. Observ. IV. Vol. Tom. III. p. 379. sed vindicat vulgatam lectionem alter vir doctus, quem consule ibidem.

430 IN ARMA PARA] Liber Colotianus *iube. Iube* et Mediceus. perperam, cum subsequatur mox, *Coelestum vis magna iubet.* mox *τὸ et* in priore Menteliano omittitur, non male, et more Maroniano. nec aliter Schefferianus, qui et *iube.* Deest *et* tertio Mentelio a manu secunda, et Regio. *parat* alter Hamburgensis, sed ultima litera subnotata. *iube* habet Servius ad I. Aen. 35.

440 EF-

Ni dare coniugium, et dicto parere fatetur,
Sentiat, et tandem Turnum experiatur in armis.
Hic iuvenis, vatem inridens, sic orsa vicissim
Ore refert: Classis invectas Thybridis alveo
Non (ut rere) meas effugit nuntius auris.
Ne tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Inmemor est nostri.
Sed te victa situ verique effoeta senectus,
O mater, curis nequidquam exercet: et arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi, Divûm effigies et templa tueri:
Bella viri pacemque gerant, quîs bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuveni oranti subitos tremor occupat artus:
Deriguere oculi: tot Erinnys sibilat hydris,
Tantaque se facies aperit: tum flammea torquens
Lumi-

440 EFFOETA] Et hoc culpat, et barbaram esse orationem ait Harduinus, non capiens metaphoras et locutiones Poëticas. Tu vates, inquit, forsan olim vera elocuta es, quum florente aetate esses, nunc effoeta es veri, nec potes amplius efferre, et quasi parere vera non magis, quam effoetae terrae fruges edunt. sic *effoetae vires* lib. V. 396. *effoeta senectus* VIII. 508. et quae id genus plura. an genitivus offendit, quia *foeta armis* dixit lib. II. 238. sed et Claud. Bell. Get. 25. *foetas novales Martis*, et Stat. VIII. Theb. 232. *foetos cruenti Martis agros.* et Silius XVII. 380. *praecordia foeta belli*, ut plurimae editiones, alii *bello*. nihil ergo barbari hic.

444 GERENT] *Gerent* Francian. et Ed. Venet, et ita vir doctus in Miscel. Observ. Critic. Vol. I. p. 16. sed vide ab alio adsertam vulgatam lectionem. reliqua *quis bella gerenda*, cum Heumanno lubens abiicerem, nam a sciolo adiecta supplendo versui videntur. imitatur Ovidius Epist. XIII. 84. *Bella gerant alii, Protesilaus amet.* *bella ferant* hic Wittian.

447 DERIGVERE] Sic Mediceus et Gudianus. non *diriguere* dictum libro III. 260. Iterum hic ex Stephani Thesauro sapit Harduinus, qui dicit hoc verbum soli Virgilio et Ovidio, eius admiratori, usurpatum: quia Stephanus ex illis solis exempla adfert. at si Manilium, Lucanum, Statium, Claudianum et alios legisset, ibi reperisset. et in prosa Quinctil. Decl. XII. 8. *animus malis deriguerat.* Pacatus Panegyr. 19. *deriguit in mortem.* plura adferre puerilis laboris esset.

Lumina cunctantem et quaerentem dicere plura
Repulit, et geminos erexit crinibus anguis,
Verberaque insonuit, rabidoque haec addidit ore:
En, ego victa situ, quam veri effoeta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit:
(Respice ad haec:) adsum dirarum ab sede sororum:
Bella manu letumque gero.
Sic effata facem iuveni coniecit, et atro
Lumine fumantis fixit sub pectore taedas.
Olli somnum ingens rumpit pavor! ossaque et artus
Perfundit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit; arma toro tectisque requirit.
Saevit amor ferri, et scelerata insania belli:
Ira super, magno veluti quum flamma sonore
Virgea

450 GEMINOS] An *gelidos*? nam *geminos* hic pro similibus de tanta turba serpentum cum Servio exponere durum et obscurum videtur, quum *geminos serpentes* alibi de duobus dicat, lib. II. 203. VIII. 289. et 697. Ovid. IX. Epist. 21. Met. V. 642, et alii. *frigidos* vero serpentes propter venenum noxium dici notum. vid. Ecl. III. 93. et ibi Emmen. et hinc Servius inf. v. 716. *frigidam* Nursiam dici, quod venenosa et nocens esset, notat. vid. et VIII. 697. quare vel Alecto duos tantum ex pluribus, quibus caput cinctum erat, erexisse est statuendum, qui terribiles sufficiebant ad incutiendum horrorem, vel *gelidos* legendum. facilis vero harum vocum confusio. ut apud Ovid. IV. Met. 624. *Gelidas Arctos* dixit, ubi alii *geminas*. et Stat. IV. Theb. 654. *Gemina bruma*, ubi in MSS. est *gelida*.

451 VERBERAQVE] *Verbereque* Montalbanius: et ita Servius videtur legisse, ut lib. V. 579. *insonuit flagello*. unde recte Cl. Dorvilium supr. v. 336. *verbera* flagella interpretatum esse patet. vid. et VI. 570. nam flagellis et facibus armatas Furias ostendit statua Romae in Capitolio. vide quae diximus ad Val. Flac. II. 105. et ita de turbine, qui flagello vertitur, *verbere sub torto volitare* dixit supr. 378. vid. et supr. v. 136.

456 ET ATRO] *Alto* Parrhas. quod posset Harduini censuram evadere, qui nec atrum lumen, nec noctem albam dici posse ait. sed Servium non recte legit. ille enim non dicit *ratione carere*. sed nisi infernum, furiale intelligamus, esse absurdum. Ovid. XI. Ep. 103. *Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes, atras*, ubi vide notas nostras.

463 VN-

Virgea subgeritur costis undantis aëni,
Exsultantque aestu latices; furit intus aquaï
Fumidus atque alte spumis exuberat amnis:
Nec iam se capit unda; volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem polluta pace Latinum
Indicit primis iuvenum, et iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem:
Se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque.
Haec ubi dicta dedit, Divosque in vota vocavit;
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formae movet atque iuven-
Hunc atavi reges; hunc claris dextera factis. [tae;
Dum Turnus Rutulos animis audacibus inplet,
Alecto in Teucros Stygiis se concitat alis;
Arte nova speculata locum, quo litore pulcher
Insidiis cursuque feras agitabat Iulus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obiicit, et noto naris contingit odore,
Vt cervum ardentes agerent: quae prima laborum
Caussa fuit, belloque animos adcendit agrestis.
Cervus erat forma praestanti et cornibus ingens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
Nutri-

463 VNDANTIS AENI] Ab Homero desumta comparatio. Iliad. φ. 362. et qua etiam usum notavit Cl. Dorvillius Q. Calabrum lib. v. 381. ubi λέβης eleganter dicitur μαίνεται: scilicet non olla, sed aqua in olla contenta, ut hic *furit aquaï* annis. et apud Homerum, Ζέε.

464 AQVAI] *Aquae vis* Wittian. Francian. Dorvil. et Parrhas. et Edit. Venet. vide Steph. Schediasm. pag. 58. et notas ad Quinctil. 1. Inst. Orat. I. 7. p. 89.

470 LATINISQVE] Copula deest Franciano, Sprotiano, Dorvill. Gudiano et alteri Hamburgico. sed habet Nonius in *venire*, qui *venire* explicat, *imminere*. sed *venire* hostilem animum notat. vid. ad Phaedr. 1. Fab. 21. et 1. Aen. 26.

475 DVM TVRNVS RVTVLOS ANIMIS] *Dum Turnus animis Rutulos* primus et secundus Rottendorphii, primus et secundus Moretani, prior Vossianus, alter Mentelii, prior Hamburgensis. Ita et Leidensis, Dorvill. tertius Mentelii et Francianus. *animos Rutilis* Regius.

 493 RA-

Nutribant, Thyrrusque pater, qui regia parent
Armenta, et late custodia credita campi.
Adsuetum imperiis soror omni Silvia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,
Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.
Ille, manum patiens, mensaeque adsuetus herili,
Errabat silvis; rursusque ad limina nota
Ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidae venantis Iuli
Conmovere canes: fluvio quum forte secundo
Deflueret, ripaque aestus viridante levaret.
Ipse etiam, eximiae laudis succensus amore,
Ascanius curvo direxit spicula cornu:
Nec dextrae erranti deus afuit, actaque multo
Perque uterum sonitu perque ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Successitque gemens stabulis, questuque cruentus
Atque inploranti similis tectum omne replebat.
Silvia prima soror, palmis percussa lacertos,
Auxilium vocat, et duros conclamat agrestis.

Olli

493 RABIDAE] Male alii, *rapidae*, vel *rabidi*, teste Vossio de Analog. lib. I. c. 15. *Rapide* Parrh. *rabidi* Dorvil. vid. Gisan. Ind. Lucret. in *canes montivagae.* et Heins. ad Ovid. III. Metam. 140. ubi *rabidae* exhibet. vid. supr. lib. VI. 257. rogat Harduinus, unde canes Ascanio? an Aeneas cum diis Penatibus abstulerit Troia? sed annon legit illum cum magno numero Troianorum prius moras aedificandae classis caussa traxisse? an non ex Thracia, an non Carthagine et aliis regionibus potuit secum tulisse? unde equi, quibus Troiam lusit? an non Dido dederat equum Ascanio lib. V. 571. et an non potuit canes addere, quum vidisset puerum hunc gaudere equo et venatu? ineptus noster Iesuita nullius rei meminisset, nisi cuius antea iniecisset mentionem, et nihil *κατὰ τὸ σιωπώμενον* reliquisset repetendum lectoribus, egregium certe Poëtam se praestitisset.

495 LEVARET] Ita legitur apud Schol. Crucquianum ad Horat. II. Od. 5. et ita Ovid. I. Amor. 6. *Aestus erat* etc. *Apposui medio membra levanda toro.* Stat. III Silv. I. 63. *Domi curas mulcere aestusque levare.*

508 TE-

Olli (pestis enim tacitis latet aspera silvis)
Inprovisi adsunt: hic torre armatus obusto,
Stipitis hic gravidi nodis. Quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit. Vocat agmina Thyrrus,
Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
Scindebat, rapta spirans inmane securi.
At saeva e speculis tempus Dea nacta nocendi
Ardua tecta petit stabuli: et de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem: qua protenus omne
Contremuit nemus, et silvae intonuere profundae.
Audiit et Triviae longe lacus, audiit amnis
Sulfurea Nar albus aqua, fontesque Velini:
Et trepidae matres pressere ad pectora natos.
Tum vero ad vocem celeres, qua buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
Indomiti agricolae, nec non et Troia pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxere acies. Non iam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur, sudibusve praeustis;
Sed ferro ancipiti decernunt, atraque late
Horrescit strictis seges ensibus, aeraque fulgent
Sole lacessita, et lucem sub nubila iactant:
Fluctus uti primo coepit quum albescere vento,
Paulla-

508 TELVM] *Et telum ira facit* Commentator Crucquianus ad Horat. IV. Od. ult. sed vulgata est apud Serv. ad I. Aen. 150. et Non. in *rimari*, ubi Editio Merceri ita distinguit, *quod cuique repertum Rimanti telum, ira facit*. sed *ira dedit* Bigotian. *repertum est* Venetus, Rottend. sec. Dorvil. et Wittian.

527 SVB NVBILA] *Sub lumine* Wittian. et Dorvil. *sub lumina* Leidens. et Parrhas. *sub limine* Regius et alter Hamburg. hanc varietatem in Virgilio credo innuisse Heinsium ad Sil. Ital. I. 358. vid. et ad VIII. 437.

528 FLVCTVS VTI PRIMO COEPIT QVVM ALBESCERE VENTO] *Ponto* Mediceus Heinsii et Vaticanus Pierii. Gudianus quoque pro scriptura discrepante. Nescio an *primus pontus* hic de litori proximo debeat capi, et an non potius de summa aqua, quae

primum

Paullatim fefe tollit mare, et altius undas
Erigit, inde imo confurgit ad aethera fundo.
Hic iuvenis primam ante aciem ftridente fagitta,
Natorum Thyrri fuerat qui maximus, Almo
Sternitur. Haefit enim fub gutture volnus, et udae
Vocis iter, tenuemque inclufit fanguine vitam.
Corpora multa virûm circa, feniorque Galaefus,
Dum

primum fpumis albefcit, deinde ex imo fundo vertitur. et *fluctus* hic capiendus de fumma aqua. quare vel *primo vento* pro *incipiente* caperem, vel fi *ponto* placet, legerem *fummo ponto*, ut *imo fundo* opponatur. ita has voces confuderunt librarii lib. X. 100. et 476. iam vero ad litus incipere primum a ventis excitatum motum maris vix credo, quum potius a terra remotum, ubi ventis nihil obftat, fummum mare incipiat agitari. fic Ovid. IV. Met. 125. - *Exhorruit aequoris inftar, Quod fremit, exigua cum fummum ftringitur aura*. et ita in alia re *fummum aequor* idem eod. lib. 711. et alibi; et Poëtas initium agitati maris et tempeftatis a fpumis albis, quae in medio et fummo mari confpiciuntur, ducere manifefte apparet ex noftro III. Georg. 237. *Fluctus, ut in medio coepit quum albefcere ponto, Longius ex altoque finum trahit, utque volutus Ad terras immane fonat per faxa, nec ipfo Monte minor procumbit; at ima exaeftuat unda Vorticibus, nigramque alte fubiectat arenam*, et ita Ovid. XI. Metam. 480. *Quum mare fub noctem tumidis albefcere coepit Fluctibus*. et deinceps addit, *fulvas ex imo vertit arenas*. ubi manifefta eft Maronis imitatio. mare autem aliquando intermittente vento fternitur, fed non ut ftatim placidum fit, fed fpumis etiam fonantibus diu albefcat. Haec fatis defendunt lectionem codicum, qui *ponto* praeferunt. fed et vulgatum *vento* tueri locum poteft. ut lib. X. 97. *flamina prima* in filvis, *venturos nautis prodentia ventos*. *ponto* etiam et *vento* varie legitur lib. I. 70. Eligat ergo Lector.

533 VDAE] Vid. fupr. v. 354. et ad Perf. Sat. I. 33. Cornutum. *inclufit* pro interclufit. vid. ad Liv. XXVI. 5. 11. *tenuem inclufit*. Wittianus.

535 CORPORA] An non cadavera hic funt, et fupplendum circa iacent, et inter ea Galefus. ita *corpus* Latinis et *σῶμα* Graecis dici notum. vid. Gaftal. Obferv. Dec. X. 8.

Ibid. GALESVS] *Galaefus*, tam hic quam infra in Mediceo et Gudiano; *Galaefus* Pierii Vaticanus, *Galaefis* in Menteliano priore. vide annot. Heinfii IV. Georg. 126. Male apud Macrobium IV. Saturn. 4. Meurfius *Halefus* legit, qui lib. X. 411. et feq. memoratur, ut recte obfervat Cl. Gronovius. *Calefus* ibi in Mff. nomen, ut et *Almo* a fluvio, de quo vid. IV. Georg. 126.

537 Di-

Dum paci medium se offert: iustissimus unus
Qui fuit, Ausoniisque olim ditissimus arvis:
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, et terram centum vertebat aratris.
Atque ea per campos aequo dum Marte geruntur,
Promissi Dea facta potens, ubi sanguine bellum
Inbuit, et primae commisit funera pugnae,
Deserit Hesperiam, et coeli convexa per auras
Iunonem victrix adfatur voce superba:
En, perfecta tibi bello discordia tristi.
Dic, in amicitiam coëant, et foedera iungant:
Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros.
Hoc

537 DITISSIMVS ARVIS] *Agris* Menagii prior, Parrhas. a m. pr. et Gudianus a manu secunda. *armis* alter Hamburgicus. *Ausoniis olim* Francianus. Wittian. *arvis* vero positum puto, pro *in Ausoniis arvis*, et *ditissimus* absolute, ut supra v. 11. *dives*. nam mox, *terram centum vertebat aratris*, eius latifundia notat. vid. ad 1. Aen. 393.

538 QVINA] *Et quina* secundus Moreti. mox, *et centum terram*. Wittian.

540 AEQVO] Marklandus ad Statii v. Silv. II. 21. legit, *iacto*, et mox, *munera pugnae*, nulla necessitate, sed sola novandi cupidine, quum *prima funera* ipse ad praecedentem silvam versu 18. adstruxerit multis, et deinde ex lib. X. Aen. 755. *aequare funera* produxerit: nullum vero exemplum profert, unde *munera pugnae* eleganter dici probet. *aequo marte* potest pro iusto bello capi, quia Ausonii prius aggressi armis erant Troianos, unde et Galaesius *iustissimus* se medium obtulit. Catroeus capit pro vero bello, non quasi ludus esset. vel aequo marte, favente Troianis, quia Aeneas filius Veneris, et prospiceret origini Romae, quae a filio eius Romulo condenda erat. ita Ovid. 1. Trist. II. 6. *Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.* et ita millies *aequi* et *iniqui* dii, quae exemplis adstruere puerilis esset diligentiae. Martem vero Troianis favisse patet, quia a Diomede vulneratus dicitur ab Homero. vid. Serv. ad 1. Aen. 96. et 11. 163.

543 CONVEXA] *Coeli conversa* Mediceus a manu prima. Cerda *convexa* ad Alecto refert, ut *devexus amnis* IV. Georg. 293. quae Turnebo ex lib. XXVI. 28. sublecta sunt. *convexa* Sprotianus et duo Hamburgenses, Dorvill. et alius. *connexa* secundus Moreti. ego cum illis facerem, qui praepositionem repeti debere putant, *per coeli convexa, per auras*. vid. ad VI. Aen. 692. et V. 512. et alibi. nam *coeli convexa* Virgilianum est, 1. Aen. 608. IV. 451. ubi vide, et alibi.

Hoc etiam his addam, tua ſi mihi certa voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus urbis,
Adcendamque animos inſani Martis amore:
Vndique ut auxilio veniant. Spargam arma per agros.
Tum contra Iuno: Terrorum et fraudis abunde eſt.
Stant belli cauſſae: pugnatur comminus armis.
Quae fors prima dedit, ſanguis novus inbuit arma.
Talia connubia, et talis celebrent hymenaeos
Egregium Veneris genus et rex ipſe Latinus:
Te ſuper aetherias errare licentius auras,
Haud Pater ille velit, ſummi regnator Olympi.
Cede locis. Ego, ſi qua ſuper fortuna laborum eſt,
Ipſa regam. Talis dederat Saturnia voces.
Illa autem adtollit ſtridentis anguibus alas,
Cocytique petit ſedem, ſupera ardua linquens.
Eſt locus Italiae medio ſub montibus altis
Nobilis, et fama multis memoratus in oris,
Amſancti valles. Denſis hunc frondibus atrum
Vrguet utrimque latus nemoris, medioque fragoſus
Dat ſonitum ſaxis et torto vertice torrens.
Hic ſpecus horrendum, ſaevi ſpiracula Ditis,
Monſtratur, ruptoque ingens Acheronte vorago
Peſtiferas aperit faucis: quîs condita Erinnys,
Inviſum numen, terras coelumque levabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Inponit regina manum. Ruit omnis in urbem
Paſtorum ex acie numerus, caeſoſque reportant,
Almonem puerum, foedatique ora Galaeſi:
Inplorantque Deos, obteſtanturque Latinum.
Turnus adeſt, medioque in crimine caedis et igni
Terro-

577 ET IGNE] *Et igni* Mediceus, duo Menteliani, et Schefferius, etiam a manu prima Gudianus et ſecundus Rottendorphianus. recte omnino. *Ignis* Wittian. et plures ſcripti et editi. ſuſpectus locus, nihil enim de igni praeceſſit, tantum pugnatum fuit aequo Marte, id eſt favente Teucris. quare fortaſſe

Terrorem ingeminat: Teucros in regna vocari,
Stirpem admifceri Phrygiam; fe limine pelli.
Tum quorum adtonitae Baccho nemora avia matres
Infultant thiafis, (neque enim leve nomen Amatae)
Vndique collecti coëunt, Martemque fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata Deûm, perverfo numine pofcunt.
Certatim regis circumftant tecta Latini.
Ille, velut pelagi rupes inmota, refiftit:
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quae fefe, multis circum latrantibus undis,
Mole tenet, fcopuli nequidquam et fpumea circum
Saxa fremunt, laterique inlifa refunditur alga.
Verum, ubi nulla datur caecum exfuperare poteftas
Confilium, et faevae nutu Iunonis eunt res,
Multa Deos aurafque pater teftatus inanis,
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella!
Ipfi has facrilego pendetis fanguine poenas,
O mi-

taffe hic *caedis iniquae* fcribi poffet. fed vix audeo. Cerda *κατὰ σιωπώμενον*, ignis mentionem fieri, quia praeter caedem etiam tuguriis agreftium ignem immiferunt Troiani. vix puto.

584 PERVERSO NVMINE] Infefto interpretatur Crevier. ad Liv. XXI. 33. ubi *perverfas rupes* hinc illuftrat. fed recte Cl. Drakenb. adverfas, contrarias, cum Cerda accipit. *nomine* Mediceus.

585 REGIS CIRCVMSTANT TECTA TYRANNI] Haec lectio poffet defendi, fi modo *reges* cum Menagiano et priori Hamburgenfi legas. ut reges fint primi proceres. vid. ad Val. Flacc. V. 274. et ita apud Curt. V. 1. 37. *reges* recte a quibufdam explicantur, nec opus *regulos* ibi legere. *Tyrannus* vero faepe tranfiit in nomen proprium regis. vid. ad Ovid. XIV. Epift. 23. et fupr. 342. *circum ftant* Francianus. ut mox, *circum latrantibus*. *circumdant* Ed. Venet. quomodo faepe variant libri. vid. ad Ovid. II. Met. 717. et ad Sil. Ital. II. 550.

593 TESTATVS] *Arafque p. teftatur*. Ed. Venet. illud *aras* blanditur, et confundunt librarii has voces. vid. ad Ovid. Epift. I. 110. in Curiam, quod illis templum erat, vid. fupr. 174. nam vocati erant; ubi ara erat, ut folebat apud Romanos. vid. Cafaub. ad Suet. Aug. XXXV. *aras* etiam Markland. probat praefat. ad Statii Silvas ex lib. XII. 496.

598 IN

O miseri. Te, Turne, nefas, te triste manebit
Supplicium; votisque Deos venerabere seris.
Nam mihi parta quies, omnisque in limine portus:
Funere felici spolior. Nec plura locutus
Saepsit se tectis, rerumque reliquit habenas.
Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes
Albanae coluere sacrum, nunc maxuma rerum
Roma colit, quum prima movent in proelia Martem,
Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum,
Hyrcanisve, Arabisve parant, seu tendere ad Indos,
Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa.
Sunt geminae belli portae (sic nomine dicunt)
Religione sacrae, et saevi formidine Martis:
Centum aerei cludunt vectes, aeternaque ferri
Robora: nec custos absistit limine Ianus.
Has, ubi certa sedet patribus sententia pugnae,
Ipse, Quirinali trabea cinctuque Gabino

Insi-

598 IN LIMINE] *In lumine* alter Hamburgicus et Zulichemius. Marklandus ad Stat. II. Silv. II. 7. hoc hemistichium suspectum habet, sed alio loco se dicturum promittit. forte, *mortisque in limine portus*. Waddel. Anim. Critic. p. 25. *amnisque in limine portus*. nescio quo sensu. non satis haec clara mihi adparent.

599 FVNERE] *Munere* primus Moretanus. regium funus explicat etiam Gutherius de Iur. Manium lib. II. cap. 2. ego puto respicere commune dictum; *dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet*. felix ergo funus eius, qui obit ante mala et calamitates, quas praevidebat imminere patriae. vel etiam quia Pallante filio orbatus, ab eo condi et sepeliri non possit. ut quasi divinitus haec dicat.

602 MAXIMA RERVM] Licet in Georg. II. 534. *pulcherrima rerum* dicatur Roma, hic praefrigide dici *maxima* Harduinus notat. sed vide quae dixi ad Lucan. V. 692.

611 HAS] *Haec* Mediceus a manu secunda. Si *has*, fores scilicet, maneat, *limina stridentia* per appositionem debent sumi: forte tamen, *stridenti-limine*. ut mox, *cardine verso Rupit postes*.

612 CINCTVQVE GABINO] *Sabino* Bigotianus a manu secunda. *cinctoque Gabino* Mentelii prior. *cinctusque* Menagii prior. *insignis* referri debet ad *Trabea cinctuque*, non ut Servius quasi prior consul *insignis* dicatur, epitheto proprio. sic IV. 144.

ostro-

Insignis, referat stridentia limina Consul;
Ipse vocat pugnas: sequitur tum cetera pubes:
Aereaque adsensu conspirant cornua rauco.
Hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, tristisque recludere portas.
Abstinuit tactu pater, aversusque refugit
Foeda ministeria, et caecis se condidit umbris.
Tum Regina Deûm coelo delabsa morantis
Inpulit ipsa manu portas, et cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia, atque inmobilis ante.
Pars pedes ire parat campis; pars arduus altis
Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt.
Pars levis clipeos, et spicula lucida tergent
Arvina pingui, subiguntque in cote securis:
Signaque ferre iuvat, sonitusque audire tubarum.
Quinque adeo magnae positis incudibus urbes
Tela novant, Atina potens, Tiburque superbum,

Ardea,

ostroque insignis et auro. et saepe alibi.

623 ARDET INEXCITA AUSONIA] Vid. ad lib. II. 347. *inexcita* exponitur a Glossatore Regii codicis, *non evocata.* recte. ita Stat. II. Ach. 353. *Undique inexciti sibi quisque et sponte coimus.* et Servius supr. ad v. 601. vulgatum servat. et ita mox, 642. *bello exciti reges*, id est, hoc tumultu ad arma vocati. Lucan. III. 293. *tot immensae comites missura ruinae Excivit populos.* ita *venti Aeolia exciti* Nostro lib. X. 38. Si Heinsii emendationem sequamur, quid tunc fiet sequenti, *atque immobilis*, quae docet *inexcita* esse eiusdem casus nominativi?

624 IRE PARAT] *Parant* Gudian. a prima manu. eleganter. Ita et Zulichemius. *Mars arduus* idem codex a m. pr. et Menagianus alter. credebat, credo, librarius non congrue dictum *pars arduus.* sed Manil. I. 409. *Pars hominis tergo pectus commissus equino.* quod non potuit placere Bentleio, qui sine ulla auctoritate iubet reponi *pars iuvenis.* quia Chiron senex fuerit. et solent veteres varie construere vocem *pars*, et cum singulari et plurali masculino. Livius XXIII. 44. *utraque pars avidi certaminis erat.* ubi vide notas virorum doctorum. et talia saepe iam a viris doctis animadversa sunt. vide et ad Sueton. Caes. XXVII. *arduus artis* etiam Mediceus a pr. manu.

631 AN-

Ardea, Cruſtumerique, et turrigerae Antemnae.
Tegmina tuta cavant capitum, flectuntque ſalignas
Vmbonum cratis: alii thoracas aënos,
Aut levis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc, et falcis honos, huc omnis aratri
Ceſſit amor: recoquunt patrios fornacibus enſis.
Claſſica iamque ſonant: it be'lo teſſera ſignum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementis
Ad iuga cogit equos; clipeumque, auroque trilicem
Loricam induitur; fidoque adcingitur enſe.
Pandite nunc Helicona, Deae, cantuſque movete,
Qui bello exciti reges, quae quemque ſecutae
Conplerint campos acies; quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arſerit armis.

Et

631 ANTEMNAE] *Attennae* Parrhaſ. apud Priſcian. lib. VI. pag. 716. Cato lib. I. origin. *Antemna veterior eſt quam Roma*, legitur in editione Putſchii et emendatioribus: in priſcis *Antennantia*. in Ald. *Antemnatia*. Iunt. *Antonnantia*.

636 RECOQVVNT] *Recoquent* ſecundus et tertius Mentelii. *recocunt* Gudianus. *requoquont* Regius. Lucan. VII. 148. *Spiculaque extenſo Paean Pythone recoxit*. vid. ad Silium IV. 15. et infr. VIII. 624. de permutatione τῦ *c* et *q*. vid. Gud. ad Phaedr. I. fab. 27. et III. 12.

640 FIDOQVE] Ita inf. IX. 707. *fidelis lorica*. Lucan. VII. 139. *nec gladiis habuere fidem*. vid. ad Gratii Cyneg. 52. Lucian. Tyrannicida in fine, ξίφος μαρτυρόμενον, ὅτι μοι πιςῶς διηκονήσατο.

642 QVAE QVEMQVE] *Quemcumque* Gudianus a manu prima. *complerunt* uterque Menagius, Bigotianus, Leidenſis, primus Moretanus, Francianus, Parrhaſ. et Regius a m. pr. *acies campos* Excerpta noſtra. *quem quaeque* Dorvill. vid. ad II. Georg. 256. et Val. Flac. III. 336. *Funereae quae cuique manus*. in Wittiano erat, *Complerint campos acies, quibus arſerit armis*. omiſſis mediis, quod accidit ex voce *quibus*, utroque in verſu repetita, ut centies in Mſſ. huius negligentiae veſtigia apparent. vid. ad II. Aen. 489. et ad Livium ſaepe notarunt viri docti. ut ad II. XX. 9. IX. XI. fin. Cl. Duker. ad Flor. I. VII. 7. et alibi.

644 ARSERIT ARMIS] Neutra Servii interpretatio videtur recta. ſed regio *ardere armis*, *bello* etc. dicitur, quae turbatur, concutitur. ut et *ardere ipſum bellum* in regione dicitur. vid. ſupr. v. 623. et ad Sueton. Caeſ. LXX. et quae ad illa Lucani II. 534. *Ardent Heſperii*

agri

Et meministis enim, Divae, et memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemtor Divûm Mezentius, agminaque armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lausus, equum domitor, debellatorque ferarum,
Ducit Agyllina nequidquam ex urbe secutos
Mille viros; dignus, patriis qui laetior esset
Imperiis, et cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum,
Victoresque ostentat equos, satus Hercule pulchro
Pulcher

agri diximus. ita *bellis accendere terram* Claudian. II. in Rufin. 9.

648 MEZENTIVS] *Mezencius* Zulichemius et Mentelii prior. *Mesentius* Wittian. vid. Noris. ad Cenot. Pisan. Dis. IV. cap. II. §. 2. ubi de litera X. et CS. late agit. vide et Lips. de pronunt. cap. XVI. Gud. ad Phaedr. III. 18. *Zmyrnam* scripsisse ostendit Voss. ad Catull. XCVI. et Comm. ad Cicer. Philip. XI. 2. (ubi Muretus etiam *Zdmyrnam* ex codice antiquo profert.) et ita alii Orthographiae auctores. *contemtor divum*, dici quomodo potuerit, qui lib. IV. 687. *Iovis monitis* succedat pugnae, et 743. se permittat Iovi, rogat Barth. ad Stat. IV. Theb. 480.

650 CORPORE TVRNI] Id est ipso Turno. quod ridicule dici Harduinus ait. sed sic lib. VI. 22. *septena corpora natorum*. ubi nihil offendit haec locutio criticum insanum. vide Passerat. ad Propert. III. 16. pag. 512. et hoc a Graecis sumptum. ut Δέμας Ἀγαμέμνονος Eurip. Hecub. 724. vide et in Oreste 107. et passim σῶμα apud Euripidem, Sophoclem et alios. vide Barnes. ad Eurip. Alcest. 636. et Schmid. ad Pind. VIII. Pyth. 118. pag. 310. et notas ad Valer. Flac. II. 654. Ita *facies Lacenae*, II. 601. pro Helena, et similia.

655 PALMA] *Fama* Macrobius lib. V. Saturn. cap. 15. Similis diversitas apud Ovid. I. Art. 727. ubi vide notas. et ita in codice Vossii apud Martial. Spectac. XV. *Summa tuae, Meleagre, fuit quae gloria palmae*, pro vulgata *famae*. *gramina circum* Menagii primus. in Wittiano a m. pr. *per agmina*.

656 HERCVLE PVLCHRO] Catroeus ad Herculis staturam magnam refert, quia formosum fuisse Herculem negat. sed varia lectio *Hercule forti* ex glossa orta, ostendit ita *pulchrum* esse capiendum. vid. ad lib. IV. 149. et ita Claudian. IV. Cons. Honor. 532. *Amphionae pulcher sudore palaestrae Alcides*. Horatius IV. Od. IV. 65. ubi quum de Hydra

Pulcher Aventinus: clipeoque inſigne paternum
Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus Hy-
Collis Aventini ſilva quem Rhea ſacerdos: [dram:
Furtivum partu ſub luminis edidit oras,
Mixta deo mulier, poſtquam Laurentia victor,
Geryone exſtincto, Tirynthius adtigit arva,
Tyrrhenoque boves in flumine lavit Iberas.
Pila manu, ſaevoſque gerunt in bella dolones:
Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello.
Ipſe pedes tegumen torquens inmane leonis,
Terribile inpexum ſaeta, cum dentibus albis
Indutus capiti, ſic regia tecta ſubibat
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.
Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusque, acerque Coras, Argiva iuventus;
Et primam ante aciem denſa inter tela feruntur,
Ceu duo nubigenae quum vertice montis ab alto
Deſcen-

Hydra et Hercule, et aliis monſtris praemiſiſſet, deſcendit ad Romanam gentem, *merſes profundo, pulchrior evenit*. et hoc origo a Graeco πολύχειρ, oſtendit, et eo reſpiciens Florus lib. IV. 4. *eunc etiam pulcher manu apparuit*. et haec viris doctis iam dudum probata vocis vis eſt, immo *pulcher bello* infr. 761. et a Lexicographis notata.

666 TEGMEN] *Tegumen* Mediceus et Mentelianus prior, cum Rottendorphio primo, et ſecundo Moretano. in reliquis *tegimen*. vide lib. III. Aeneid. 584. Quia Herculis filius, ut recte Caſtalio Obſerv. Decad. VIII. cap. 9. contra Ciacconium, qui ſigniferorum galeas leonum capitibus ornatas fuiſſe, hoc adducto loco, tradiderat. *tegmen* vero mox, v. 689. ubi metrum excludit *tegumen*. ut hic Wittian. et Servius ad XII. 180. *tegmen* agnoſcit. *Tegimen* Edd. Venet. et Mediol.

667 CVM DENTIBVS ALBIS] De hoc epitheto vid. Quinctil. VIII. 2. et 6. et quae nos diximus ad Nemeſ. Cyneg. 176. Donatus vero ad Terentii Eun. II. III. 32. habet, *ſeta, et dentibus atris*.

671 TIBVRTI] Ita Mediceus et plerique alii. Cerda tamen *Tiburni* praeferebat. ita Schol. Horat. ad II. Od. 5. *Tibur a Tiburno conditum*.

677 CE-

Descendunt Centauri, Homolen Othrymque nivalem
Linquentes cursu rapido: dat euntibus ingens
Silva locum, et magno cedunt virgulta fragore.
Nec Praenestinae fundator defuit urbis,
Volcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inventumque focis omnis quem credidit aetas,
Caeculus. Hunc legio late comitatur agrestis:
Quique altum Praeneste viri, quique arva Gabinae
Iunonis, gelidumque Anienem, et roscida rivis
Hernica saxa colunt; quos dives Anagnia pascis,
Quos, Amasene pater. Non illis omnibus arma,
Nec clipei, currusve sonant. Pars maxuma glandes
Liventis plumbi spargit: pars spicula gestat
Bina manu, fulvosque lupi de pelle galeros
Tegmen

677 CEDVNT VIRGVLTA] Vir doctus in Miscell. Observ. Vol. I. pag. 17. infeliciter hic finire Poëtam descriptionem putat, quia nihil maius esse potest, quam *dat euntibus ingens Silva locum*, quibus non bene congruunt, *magno c. v. fragore.* sed vide, quae alius vir doctus ibi pro Poëta respondit, et manifestum, per silvam intelligi arbores, quae capitibus procerorum Centaurorum locum dant, ramos reducentes a Centauris impulsos; pedibus vero virgulta conculcata et repulsa cum magno fragore cedunt. ita *virgulta sonantia* vidimus lib. VI. 704. debemus autem Centauros hic semiferos nobis fingere, quorum pars, quae hominem praefert, silvas perrumpit obstantes, pars inferior, quae equum refert, ungula sua frangit virgulta, et cum fragore perequitat. hoc egregie exprimit Statius. IX. Theb. 220. *Semifer aeria talis Centaurus ab ossa Desilit in valles, ipsum nemora alta tremiscunt, Campus equum.* ubi vide Lutatium. ita contra de tacito ingressu noster lib. IX. 393. *Dumis silentibus errat.* ceterum in Gudiano erat, *cedant.* unde Heinsius in ora codicis scripserat, forte, *se dant.* sed vulgata satis placet.

687 SPARGIT] *Spargunt* et *gestant* Venetus noster a manu prima. *Gestant* etiam in altero Hamburgico. *Viventis plumbi* primus Moreti. *liventes* tertius Mentelii. *linquentes* Leidensis. *gestant* etiam Bigotianus. *gessit* secundus Rottendorphius. *liventis* mutandum non est. id est *nigri plumbi.* v. Schol. Statii I. Theb. 57. et supr. lib. VI. 320.

688 FVLVOSQVE] *Fulvoque* Venetus. quod firmari posset ex lib. I. 279. *Lupae fulvo nutricis tegmine laetus.* et Cerda in

Tegmen habent capiti: veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis; crudus tegit altera pero.
At Meſſapus, equûm domitor, Neptunia proles,
Quem neque fas igni cuiquam nec ſternere ferro,
Iam pridem reſides populos, deſuetaque bello
Agmina, in arma vocat ſubito, ferrumque retractat.
Hi Feſcenninas acies, aequoſque Faliſcos,
Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva,
Et Cimini cum monte lacum, lucoſque Capenos.
Ibant aequati numero, regemque canebant:
Ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni,
Quum ſeſe e paſtu referunt, et longa canoros
Dant per colla modos, ſonat amnis, et Aſia longe
Pulſa palus.
Nec quiſquam aeratas acies ex agmine tanto
Miſceri putet: aëriam ſed gurgite ab alto
Vrgueri volucrum raucarum ad litora nubem.
Ecce, Sabinorum priſco de ſanguine magnum
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens
Per Latium, poſtquam in partem data Roma Sabinis.
Vna ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites,
Ereti manus omnis, oliviferaeque Mutuſcae:

Qui

in notis ſuis ita edidit, ſed in contextu, *fulvoſque*. et ſic eſt apud Schol. Stat. I. Theb. 305. nec *pellem* maſculino genere dici novi.

693 POPVLOS] *Animos* Bigotianus. *viros* dixit lib. VI. 815. ut inf. v. 725. *mille populos* pro *viros*. *bella* Mediceus. mox, *retractant* Leidenſis. *retorquent* Oudartii a manu prima.

696 FLAVINIAQVE] *Flaminiaque* Menagii prior, Montalbanius, primus Rottendorphius et Hamburgicus prior, et prior Moreti, et a manu prima Gudianus. *arma* Francianus: dubitat Cluverius an *Flavinia* a *Flavina* dictus fuerit locus, quia Silius dixit lib. VIII. 492. *Flavinam*; an ille *Flavina* a *Flavinio* fecerit; et Virgilius a *Lavinio Lavina litora*, lib. I. Aen. 2. vid. Ital. Antiq. lib. II. pag. 551. Holſten. ad Cluver. p. 63. eſſe hodie *Tiano* ſuſpicatur. alii intercidiſſe iam temporo Servii putant. Demſter. in Etrur. Regali lib IV. 62. legit apud Silium, *Flavianam*.

712 RO-

Qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,
Qui Tetricae horrentis rupes, montemque Severum,
Casperiamque colunt, Forulosque, et flumen Himellae:
Qui Thybrim Fabarimque bibunt, quos frigida misit
Nursia, et Hortinae classes, populique Latini:
Quosque secans infaustum interluit Allia nomen:
Quam multi Libyco volvuntur marmore fluctus,
Saevus ubi Orion hibernis conditur undis,
Vel quum sole novo densae torrentur aristae,
Aut Hermi campo, aut Lyciae flaventibus arvis;
Scuta sonant, pulsuque pedum tremit excita tellus.
Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
Curru iungit Halesus equos, Turnoque feroces
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, et quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaque iuxta

712 ROSEA] *Ager Rosiae* in MSS. Chifletii apud Plinium. *Rosulanus* campus vocatur a Servio ad II. Georg. 201. *Rosilanus* Camill. Pereg. de Campania Felice Differt. III. §. 2. qui videndus, et Ampl. Addison. Itinerar. pag. 209. de *pertica* fabulam habet Peregrinus a Servio fictam. *Rosida* alii. *Rocida* Dorvil.

716 NVRSIA] *Norsia* Mediceus a manu prima. *Nyrsia* primus Rottendorphius et Moreti. *Ortinae* aliquot scripti meliores. *Vrtinae* alter Menagii. *Nursia* et *Cortinae* Parrhas. a m. pr. correctum *et Ortinae*. Catroeus mallet, *Hortanae*. Celeberrimus Fontaninus de Antiq. Hortae lib. 1. cap. 1. §. 4. *classes* hic de navibus capit, quia Tiberis navium capax. sed vix credam ei tempori naves convenire. *Ortinae* Serv. ad II. Aen. 30. *classis* Wittian.

720 VEL CVM SOLE] Menagian: *vel quam sole novo.* Et ita Mediceus et Ruaeus, quasi ipse primus invenisset. et Catroeus in textum recepit. Cerda de initio aestatis capit. et ita forte apud Val. Flac. II. 441. *Illi sole novo laeti*, quamquam de serenato post tempestatem coelo etiam capi possit, ut ita v. 403. *primum serenum* dixit. melius Servio conveniunt illa Ovidii ex I. Fast. 163. *Bruma novi prima est veterisque novissima solis.* sed hic de aestate recte interpretantur.

Aequora, quique Cales linquunt, amnisque vadosi
Accola Volturni, pariterque Saticulus asper,
Oscorumque manus. Teretes sunt aclides illis
Tela: sed haec lento mos est aptare flagello.
Laevas caetra tegit; falcati comminus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
Oebale: quem generasse Telon Sebethide nympha
Fertur, Teleboum Capreas quum regna teneret
Iam senior: patriis sed non et filius arvis
Contentus, late iam tum ditione premebat
Sarrastis populos, et quae rigat aequora Sarnus,
Quique Rufras Batulumque tenent, atque arva Celennae,
Et quos maliferae despectant moenia Abellae:
Teutonico ritu soliti torquere cateias:
Tegmina quîs capitum raptus de subere cortex:
Aerataeque micant peltae, micat aereus ensis.
Et te montosae misere in proelia Nersae,
Vfens, insignem fama et felicibus armis:
Horrida praecipue cui gens, adsuetaque multo
Venatu nemorum, duris Aequicula glebis

Arma-

728 AMNISQVE VADOS] Quia ab aliis rapax, fluctus sonorus, et mari etiam similis, immo *mare* vocetur, Cerda hic *vadosum* explicat, instar maris, quia et maria a Poëtis *vada* dicuntur. sed nullo exemplo probat *vadosum* eo significatu occurrere: sed idem fluvius circa ostia potest ingens, et maris instar dici, qui superiori parte vadosus, id est exiguae, aquae et qui vado transiri potest, recte dicitur. et Poëtas eosdem fluvios rapidos et vadosos dicere iure suo, vidimus ad Valer. Flac. v. 180. ubi et de Vulturno hoc notavimus.

732 COMINVS] Opponit telis, quae eiiciuntur, gladiis vero res geritur pede collato. Ovid. III. Met. 119. *Comminus ense ferit, iaculo cadit eminus ipse.* vid. Serv. ad I. Georg. 104.

736 SED NON] *Iam non* Zulichem. sed *iam* ex sequenti versu irrepsisse puto, ideoque temere Catroeum recepisse. *sed non et* centies occurrit, ubi contrarium quid indicatur. vid. Ovid. IV. Met. 273. inf. X. 343. et alibi. *patris* Regius.

747 AEQVICOLA] *Aequicola* Dorvill. Wittian. et Ed. Venet. *Aequicola* et *Aequicolus* dicitur. v. Cl. Drakenb. ad Liv. X. XIII.

Armati terram exercent, ſemperque recentis
Conveƈtare iuvat praedas, et vivere rapto.
Quin et Marrubia venit de gente ſacerdos,
Fronde ſuper galeam et felici comtus oliva,
Archippi regis miſſu, fortiſſimus Vmbro:
Vipereo generi, et graviter ſpirantibus hydris,
Spargere qui ſomnos cantuque manuque ſolebat,
Mulcebatque iras, et morſus arte levabat.
Sed non Dardaniae medicari cuſpidis iƈtum
Evaluit; neque eum iuvere in volnera cantus
Somniferi, et Marſis quaeſitae montibus herbae.
Te nemus Anguitiae, vitrea te Fucinus unda,
Te liquidi flevere lacus.
Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello,
Virbius: inſignem quem mater Aricia miſit,
Eduƈtum Egeriae lucis, Hymettia circum
Litora, pinguis ubi et placabilis ara Dianae.
Namque ferunt fama Hippolytum, poſtquam arte novercae
Occiderit, patriaſque explerit ſanguine poenas
Turba-

XIII. 1. *Aequiculas* nondum reperi. vid. ad lib. IX. 684.

748 RECENTES] Quia vivebant in diem, nec componere opes norant, nec parcere parto. VIII. 317. ita de Cacio, *ſemperque recenti Caede tepebat humus*, VIII. 195. vid. lib. IX. 613.

754 CANTVQVE MANVQVE] *Cantuque herbiſque volebat*, Tellezius apud Iob. Ludolph. comment in Hiſtor. Aethiop. pag. 138. *cantu manuque* Parrhaſ. Catroeus *manu* interpretatur *geſtu* aliquo. ego obiiciendo ſerpentibus offam ſoporiferam, ut de Medea et aliis, vel manu admovendo herbas et medicamina, quae in montibus quaeſierant; nam non agitur hic, ut poſtea, de vulneribus. unde *Chirurgi* diƈti ſunt.

766 OCCIDERIT] *Deciderit* prior Hamburgicus pro varia leƈtione. qui et *explevit*. ut et Wittianus. *ſanguine menſas* Leidenſis pro diverſa leƈtione. apud Ovidium paſſim illa verba *occidere*, *concidere* et *decidere* commutata reperies. vid. ad Epiſt. IV. 94. et VI. Met. 10. et IX. 10. et alibi. huic loco vero conveniens admodum verbum *decidere*, quia mox dicitur *rurſus ad ſidera et ſuperas coeli veniſſe ſub auras*. et ſeq.

Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus
Aetheria et ſuperas coeli veniſſe ſub auras,
Paeoniis revocatum herbis et amore Dianae.
Tum Pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere vitae,
Ipſe repertorem medicinae talis et artis
Fulmine Phoebigenam Stygias detruſit in undas.
At Trivia Hippolytum ſecretis alma recondit
Sedibus, et nymphae Egeriae nemorique relegat:
Solus ubi in ſilvis Italis ignobilis aevum
Exigeret, verſoque ubi nomine Virbius eſſet.
Vnde etiam templo Triviae luciſque ſacratis
Cornipedes arcentur equi; quod litore currum
Et iuvenem monſtris pavidi effudere marinis.
Filius ardentis haud ſecius aequore campi
Exercebat equos, curruque in bella ruebat.
Ipſe inter primos praeſtanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, et toto vertice ſupra eſt.
Cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram
Suſtinet, Aetnaeos efflantem faucibus ignis.
Tam magis illa fremens, et triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnae.
At levem clipeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, iam ſaetis obſita, iam bos,
Argumentum ingens, et cuſtos virginis Argus,
Caelataque amnem fundens pater Inachus urna.
Inſequitur nimbus peditum, clipeataque totis
Agmina denſentur campis, Argivaque pubes,
Auruncaeque manus, Rutuli, vetereſque Sicani;

Et

787. TAM MAGIS] *Iam* Medic. male. vid. ad III. Georg. 309. et Quinctilianus lib. IX. 3. pag. 803. inter Archaiſmos refert, ubi in altero verſu, *quo magis* Gothanus codex haber. ut apud Lucret. I. 557. quidam. vide ibi Lambinum.

796 SAR-

Et Sacranae acies, et picti ſcuta Labici:
Qui ſaltus, Tiberine, tuos, ſacrumque Numici
Litus arant, Rutuloſque exercent vomere collis,
Circaeumque iugum; quîs Iuppiter Anxurus arvis
Praeſidet, et viridi gaudens Feronia luco:
Qua Saturae iacet atra palus, gelidusque per imas
Quaerit iter vallis, atque in mare conditur Vfens.
Hos ſuper advenit Volſca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, et florentis aere catervas,
Bellatrix. Non illa colo, calathisve Minervae
Femineas adſueta manus; ſed proelia virgo
Dura pati, curſuque pedum praevertere ventos:
Illa vel intactae ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu laeſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti,
Ferret iter, celeris nec tingueret aequore plantas.
Illam omnis tectis agriſque effuſa iuventus,
Turbaque miratur matrum, et proſpectat euntem,
Adtonitis inhians animis: ut regius oſtro
Velet honos levis humeros, ut Fibula crinem
Auro internectat; Lyciam ut gerat ipſa pharetram,
Et paſtoralem praefixa cuſpide myrtum.

796 SARRANAE ACIES] *Sarranae* Montalbanius, Zulichemius et Bigotii. *Saranae* Dorvill. *Saturnae* Menagii prior. ſed *Sacranae* vera lectio. et Servii expoſitio de Ardeatibus confirmatur egregia inſcriptione, quam Gudius habet pag. XX. 8. SACERDOTES SACRANI ARDEATES memorantur, qui matri Deûm ſacra faciebant. et inſcript. ſeq. CALLISTRATVS SACERDOS ARCHIGALLVS SACRANOS MATRI D. MAGNAE IDEAE: ET MAGISTER COLLEGII SACRANI SACERD.

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS.
LIBER OCTAVVS.

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, et rauco ſtrepuerunt cornua cantu,
Vtque acris concuſſit equos, utque inpulit arma;
Extemplo turbati animi: ſimul omne tumultu
Coniurat trepido Latium, ſaevitque iuventus
Effera. Ductores primi Meſſapus et Vfens,

Contem-

3 EQVOS, ATQVE IMPVLIT ARMA] Haec duo, de peditibus *arma*, de equitibus *equos* interpretatur Servius. et certe, ut vidimus ad lib. I. I. *arma viroſque* ſaepe iungi, ita *arma* et *equos* non minus frequenter, ubi totum exercitum aut vires bellicas deſignant. ſic Ovid. II. Amor. III. 7. *Non tu natus equo, non fortibus utilis armis.* VIII. Metam. 21. *Procerum quoque nomina norat, Armaque, equoſque* etc. Valerius Max. IV. VI. Ext. 2. *equo ſe et armis exercuit.* et ita de Caeſare Sueton. cap. LVII. et de Tito cap. III. *Armorum et equitandi peritiſſimus*, et centies alii haec duo iungunt. apud Martial. I. Epigr. 50. *Videbis altam, Liciane, Bilbilim, Equis et armis nobilem.* ita omnes codices. et perperam Surita *aquis* emendat, et Cerda ad Virgil. V. 260. vid. Schotti Biblioth. Hiſp. Tom. II. pag. 200. quos refutant nummi Bilbilis, quos dedit Vaillantius in Coloniis ſub Auguſto, p. 15. et 16. ubi in averſa parte eques cum haſta, et ubi opportune Vaillantius Martialis locum adduxit. hinc illa formula *equis viris*; de qua videndus Ferrarius ad Ciceron. VIII. Philip. 7. et alii ad IX. Famil. Epiſt. 7. ubi et *arma, equos, viros* iungi videbis. uti et in loco Ovidii ex Metam. laudato, codex Gronovianus. Stat. X. 6. *Illic arma et equos, ibant quibus ante ſuperbi*, etc. Horat. I. Od. 15. *quantus equis, quantus adeſt viris ſudor?*

6 MESSAPVS] *Meſapus* Montalb. et alter Hamburg. Wittian. et alii. *Meſappus* primus Hamb. et ita in ſequentibus variant. *Mezencius* Mentelii pr. *contemtor ſuperum* Wirtian. ut variaverit more ſuo Maro.

10 CON-

Contemtorque Deûm Mezentius, undique cogunt
Auxilia, et latos vaſtant cultoribus agros.
Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium, et Latio conſiſtere Teucros,
Advectum Aenean claſſi, victoſque Penatis
Inferre, et fatis regem ſe dicere poſci,
Edoceat, multaſque viro ſe adiungere gentis
Dardanio, et late Latio increbreſcere nomen.
Quid ſtruat his coeptis, quem, ſi Fortuna ſequatur,
Eventum pugnae cupiat, manifeſtius ipſi,
Quam Turno regi, aut regi adparere Latino.
Talia per Latium: quae Laomedontius heros
Cuncta videns magno curarum fluctuat aeſtu:
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partiſque rapit varias, perque omnia verſat.
Sicut aquae tremulum labris ubi lumen aënis
Sole repercuſſum, aut radiantis imagine Lunae,
Omnia pervolitat late loca, iamque ſub auras
Erigitur, ſummique ferit laquearia tecti.
Nox erat; et terras animalia feſſa per omnis
Alituum pecudumque genus ſopor altus habebat;
Quum pater in ripa gelidique ſub aetheris axe
Aeneas, triſti turbatus pectora bello,
Procubuit, ſeramque dedit per membra quietem.
Huic Deus ipſe loci fluvio Tiberinus amoeno

Popu-

10 CONSISTERE] *Conſidere* in Gudiano. ſic lib. VI. 66. — *Da, non indebita poſco Regna meis fatis, Latio conſidere Teucros.* quod Heinſio arridet. Ego hic *conſiſtere* non expellerem, quod verbum eos non modo poſt errores varios in Latio ſedes cepiſſe, ſed iam ſe compoſuiſſe ad armis et bello eas defendendas. perpetuo vero haec duo verba permutantur. vid. ad III. Aen. 162. VI. 67. et Ovid. X. Met. 407.

14 DARDANIO] Diſtinguit poſt, *gentes*, *Dardanium*, *et l. L. i. nomen*, vir doctus in Miſc. Obſerv. Vol. IV. Tom. II. pag. 380. ſed vindicat vulgatum alter ibidem. *increbreſcere* duo Moretani Wittian. Reg. Parrhaſ. et Edd. Iunt. et Ald. vid. I. Georg. 359.

Populeas inter senior se adtollere frondis
Visus. Eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, et crinis umbrosa tegebat arundo.
Tum sic adfari, et curas his demere dictis:
O sate gente Deûm, Troianam ex hostibus urbem
Qui revehis nobis, aeternaque Pergama servas,
Exspectate solo Laurenti, arvisque Latinis;
Hîc tibi certa domus: certi (ne absiste) Penates:
Neu belli terrere minis. Tumor omnis et irae
Concessere Deûm.
Iamque tibi, ne vana putes haec fingere somnum,
Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus,
Triginta capitum foetus enixa, iacebit;
Alba, solo recubans, albi circum ubera nati.
[Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum:]
Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. Nunc qua ratione, quod instat,
Expedias victor, paucis (adverte) docebo,
Arcades his oris, genus a Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,

Dele.

41 CONCESSERE DEVM,] in Menagiano priore, primo Hamburgensi, Veneto, et a manu secunda Sprotiano ita suppletur hic versus, *Concessere Deûm, profugis nova moenia Teucris*. Ita et in Vratislaviensi et Franciano. et Dorvill. vide Servium ad III. Aen. 340. ad Claudianum Heinsius legebat, *Tumor iraque longe Concessere*. illustrat Gronov. ad Macrob. II. Som. Scip. 16. *concessere* potest capi, ut a vaticinante Deo de reliquo tempore, usque ad urbem conditam: non tam vehementer obstituros deos, sed tandem *concessuros*. *Concessere* hic est idem quod *consedere*. ut Taubm. notat alios legere, paullatim remittunt tamquam victi. ut mox *supera* v. 61. *supera votis*. *Tumor* hic quod mox *minae* v. 60. et proprie de iratis. vid. ad Valer. Flac. VI. 2. et I. 99. Pierio respondet Hen. Steph. de Criticis p. 65.

42 NE VANA] *Ni vana putas* in Gudiano a manu prima. non male. *Hoc fingere* Menagii prior. *Iamque*, (*tibi ne vana putes hunc fingere somnum*) *Litoreis* Parrhas. *ne* firmatur mutatione Silii VII. 179. *Ne falsa putes haec fingere somnum*.

56 FOE-

Delegere locum, et posuere in montibus urbem,
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.
Hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina:
Hos castris adhibe socios, et foedera iunge.
Ipse ego te ripis et recto flumine ducam,
Adversum remis superes subvectus ut amnem
Surge age, nate dea; primisque cadentibus astris
Iunoni fer rite preces, iramque minasque
Supplicibus supera votis. Mihi victor honorem
Persolves. Ego sum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, et pinguia culta secantem,
Caeruleus Thybris, coelo gratissimus amnis.
Hîc mihi magna domus, celsis caput urbibus, exit.
Dixit

56 FOEDERA] *Foedere* in primo Moretano et Gudiano. quod Heinsio placet. *Foedere* etiam tertius Mentelius, Francianus, et Leidensis a manu prima. vide ad Ovid. VII. Metam. 403. inf. 169. et 641. et sup. IV. 112. Gratius Cyneg. v. 163. *Dat Venus accessus et blando foedere iungit.* Silius XI. 149. *Huic sociare viro dextras et foedere iungi.* Livius XXIV. 43. *Foederibus Punicis omnia in Italia iuncta visura sit. Hos adhibe socios et castris foedera iunge*, pr. Menagii.

60 FER PRECES] Imitatur Valer. Flac. IV. 547. ubi vide notas.

61 SVPERA VOTIS] *Donis* cum Pierianis plerisque, Vaticano excepto, prior et secundus Hamburgicus, primus Rottendorphius, Venetus, Leidensis, et Schefterius. Catroeus *donis*, ut in Ed. Venet. et Ald. recepit. sed puto male. sic Lucan. VII. 113. *Vincis apud superos votis me, Caesar, iniquis.* ubi vide. Iust. XX. 3. *responsum, prius votis hostes, quam armis vincendos.*

63 CVLTA SECANTEM] *Ruentem* in secundo Moretano. Sed placido nunc flumini vix *ruentum* convenire puto. licet enim hac nocte pleno alveo intumuisset inf. v. 85. non tamen damnosum nunc debet induci. sic, *Siler culta radens* Lucan. II. 425. vid. quae dixi ad eumdem lib. I. 399. et damnat hanc lectionem Ausonius, qui totum hunc versum transtulit in Mosellam 460. *sequentem* Wittian. a m. pr.

65 HIC MIHI MAGNA DOMVS, CELSIS CAPVT VRBIBVS, EXIT] Heinsius ad Ovid. II. Metam. 517. *exire caput* pro exserere, efferre explicat. sed ea constructio insolentior iure videri possit, ut esset efferre caput urbibus, pro inter vel supra urbes, ut in Ecl. I. 25. *verum haec tantum alias inter caput extulit*

Dixit, deinde lacu fluvius se condidit alto,
Ima petens. Nox Aenean somnusque reliquit.
Surgit, et, aetherii spectans orientia Solis
Lumina, rite cavis undam de flumine palmis
Sustulit, ac talis effundit ad aethera voces:
Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde est,
Tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto,
Adcipite Aenean, et tandem arcete periclis.
Quo te cumque lacus, miserantem incommoda nostra
Fonte

tulit urbes. nisi bis *caput* intelligamus; hic exit, vel exserit caput magna domus, id est Roma quae est caput celsis urbibus. nam dativus recte pro genitivo *celsarum urbium* potest adiungi. ut apud Florum I. I. *Alba tunc erat Latio caput*, ubi Freinshemius in Indicem retulit *Latii caput*. Terentius etiam in non multum diverso significatu, Andr. II. VI. 28. et Adelph. IV. II. 29. dixit *huic rei caput.* eodem sensu quo in genitivo *caput belli* Bato dicitur Ovidio II. ex Pont. I. 46. et saepe ita apud Florum occurrit. qui et I. 19. Asculum vocat *caput gentis*, ubi viri docti laborant et Cluverius lib. II. Ital. Antiq. pag. 737. Auximum fuisse caput gentis ex Procopio contendit. Martorellus vero de Antiquitatibus Auximi Italica lingua editis lib. I. cap. 3. hanc pugnam ita componendam censet, ut fuerit huius belli caput et rebellandi contra Romanos auctor. sed cur tunc non *caput belli*, ut alias, dixit? Sic lib. I. cap. 13. *Scordam caput gentis* vocat. confudisse mihi Florus hoc bellum cum sociali videtur, quo idem lib. III. 18. dicit *Ascalo furorem omnem erupisse*, et inde trucidatis legatis, initium bello factum. ceterum *domum magnam* hic alii de fonte, alii de ostio capiunt. vide Lambin. ad Horat. I. Od. I. sed de eo iam egimus ad IV. Georg. 319. Ostium vero vix intelligi posse puto, quia hoc non congruit celsis urbibus. Quare rectius Servius, Lambinus et alii Romam intelligunt, quae caput celsis urbibus, hic exit, et domus erit Dei Tiberini. *Exit* vero pro exibit capio, vaticinatur enim Deus, et solent vates futura, ut praesentia edere. *Hic* vero est ad meas ripas, hoc loco ubi surget *mihi* postea Roma, non ut sit domus mea, ut solet fluviorum alveus dici, ut sedes Dei fluminis (de quo ad Claudian. Consul. Olybr. 213. agemus.) sed in qua urbe colar ut Deus.

74 INCOMMODA] Gravissimos labores et pericula minus significante vocabulo indicat. ut patet ex Terent. Eunuch. II. III. 37. *Incommode hercle.* CH. *immo enimvero infeliciter:* nam

Fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis;
Semper honore meo, semper celebrabere donis,
Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.
Adsis o tantum, et propius tua numina firmes.
Sic memorat, geminasque legit de classe biremis,
Remigioque aptat; socios simul instruit armis.
Ecce autem, subitum atque oculis mirabile monstrum,
Candida per silvam cum foetu concolor albo
Procubit, viridique in litore conspicitur sus:
Quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxuma Iuno
Mactat,

nam incommoda alia sunt dicenda. vide et Donat. ad Phorm. II. I. 28. sic dies *commodi* et *incommodi*, de quibus vid. ad Petron. cap. 30.

76 CELEBRABERE] *Venerabere* in plerisque Pierii, quomodo ex Heinsii prior Hamburgicus et alter Vossianus. tale est illud lib. III. Aen. 460. quod a Grammaticis observatur de Iunone, *Cursusque dabit venerata secundos.* Ego *venerabere* ex glossa natum puto. *celebrabere* enim melius τῷ *semper* convenit, et frequentiam sacrificiorum et a magna hominum turba oblatorum indicat, ut notum satis. *honorabere* Wittian. vitiose.

78 ADSIS O TANTVM] *Tandem* Dorvill. Edd. Venet. et Mediol. Ald. *numina serves* Oudartii. *Tua omina firmes* legit Palmerius in Spicilegio pag. 616. vid. ad Ecl. VIII. 108. *propius* Sprotianus et Gudianus a manu secunda. videtur vero secundum augurium vel omen exposcere, quo prius firmaretur, quia in somno visa possent fallere, hinc aliud petit certius sibi vigilanti offerri. ut mox *sus* conspectu firmat dicta *Tiberini.* proprium autem in hac re verbum *firmare.* vide quae dixi in Iove Fulgerat. cap. IX.

80 APTAT] *Aptat socios: simul.* ita distinguunt duo Leidenses et primus Moretanus et Zulichemius. sed male, *socios atque instruit* Sprotianus. *aptare naves remigio*, dicitur, ut *aptare velis armamentis* etc. de quo vid. ad Ovid. XIV. Met. 456. ita vero hic distinguendum docet similis locus III. Aen. 740. *Remigium supplet: socios simul instruit armis.*

84 MAXVMA IVNO] Credo Servium hic nimium argutari: *maxima* dicitur, quia Regina, et Dearum princeps, ut Iupiter Deorum maximus, qui praecipuo honore colendus. Tibul. IV. XIII. 15. *Haec tibi sancta tuae Iunonis numina iuro, Quae sola ante alias es mihi magna Dea.* et ita in sacris esse invocatam docet Ovid. III. Met. 263: -- *Ipsam, si maxima Iuno, Rite vocer, perdam.* ubi *rite*

Mactat, sacra ferens, et cum grege sistit ad aram.
Thybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem
Leniit, et tacita refluens ita substitit unda,
Mitis ut in morem stagni placidaeque paludis
Sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset.
Ergo iter inceptum celerant rumore secundo:
Labitur uncta vadis abies: mirantur et undae,
Miratur nemus insuetum fulgentia longe
Scuta virum, fluvio pictasque innare carinas.
Olli remigio noctemque diemque fatigant,
Et longos superant flexus, variisque teguntur
Arboribus, viridisque secant placido aequore silvas.
Sol medium coeli conscenderat igneus orbem,
Quum muros arcemque procul, ac rara domorum
Tecta

rite est in ceremoniis et sacrificiis.

85 ARAM] *Aras* quartus Moreti. Francianus et Parrhas. Ed. Ald. Serv. ad IV. Aen. 633. vulgatam habet: et ita saepe variatur. *ad aras* mox 106.

90 ERGO ITER INCEPTVM CELERANT RVMORE SECVNDO] *Celebrant* alter Hamburgicus. et Ed. Venet. *peragrant* Gudianus. *ceptum celerant* Dorvill. *Rumone* Excerpta nostra. Zulichemius *rumore* a manu secunda. cum glossa, id est, *omine*. Ruaeus, sparso inter milites de successu itineris bene ominantes. v. Guell. Catroeus sibi placentes et plaudentes *rumore secundo*. id est flumine placido, et nullum fere sonitum edente. ut v. 96. *Placido aequore*. aut sonitu minore remigantes, ut fallerent Latinos. ut v. 108. ita et *plausu fremituque secundo* dixit lib. v. 338. de quo vid. Barth. ad Claud. I. in Rufin. 69. sic IX. 464. *acuunt rumoribus iras*, id est sonitu, clamoribus, strepitu.

92 MIRATVR] *Mirantur* prior Menagianus, et a manu prima Gudianus de quo lib. VI. Aen. 209. *Mirantes* ita et stupentes ad res novas, et in primis naves invisitatas antea, Deos, loca, et undas plurimi Poëtae ad exemplum Catulli et Virgilii induxerunt. vid. ad Ovid. II. Amor. XI. I. et Valer. Flac. I. 382. et IV. 712. et alibi. *nemus inceptum* Menagii prior. *insuetum* Mentelii prior. *assuetum* alter Hamburgicus.

98 ARCEMQVE] Catroeus *arces*; ex Pierio, septem colles interpretatur, nec verosimile arcem iam conditam putat. quum semper novae urbis conditores arcem statim ponerent, circa quam rarae domus, ex quibus multiplicatis deinde, et munitis urbes natae, ita Athenis Cecropia, Thebis Cadmea,
Cartha-

Tecta vident; quae nunc Romana potentia coelo
Aequavit: tum res inopes Euandrus habebat.
Ocius advertunt proras, urbique propinquant.
Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadae magno divisque ferebat
Ante urbem in luco. Pallas huic filius una,
Vna omnes iuvenum primi, pauperque senatus,
Tura dabant; tepidusque cruor fumabat ad aras.
Vt celsas videre rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, et tacitis incumbere remis;
Terrentur visu subito, cunctique relictis
Consurgunt mensis. Audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat, raptoque volat telo obvius ipse;
Et procul e tumulo: Iuvenes, quae caussa subegit
Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit.
Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis, an [arma?
Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta,
Paciferaeque manu ramum praetendit olivae:
Troiugenas, ac tela vides inimica Latinis;
Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus. Ferte haec, et dicite lectos
Darda-

Carthagine Byrsa et alibi prius positae. ergo *muros arcemque* capio pro muros arcis, more Virgiliano. v. infr. v. 313. 376.

100 RES INOPES] *Res inopis* Gudianus a manu secunda. de duplici horum nominum in *er* et *us* terminatione vid. Praef. ad Phaedri fabulas cum variorum notis editas.

108 TACITIS] *Tacitos* habet liber A. Colotii. *Et tacitos* Mediceus noster cum Pierii Vaticano, et ita in aliis nonnullis, sed male. Recepit tamen Catroeus. res enim *tacitae*, *silentes* dicuntur, quum ipsi homines silentium agunt. ut ita *tacita Luna* lib. II. 255. id est nox: et similia passim occurrunt. *taciti* ergo *remi*, sunt quos quam minimo possunt sono movere remigantes ita *tacitum cursum* dixit Ovid. XIV. Metam. 601. et similia obvia passim.

114 QVOD GENVS] *Quid genus* Francianus. sed *qui* agnoscit Commentator Cruequianus Horatii ad I. Sat. v. 54. *quod* Dorvill. et Wittian. *quod genus* saepe apud Lucretium. sed alio sensu. vid. Lambin. ad lib. II. 194. de illa formula *qui* et *unde*, vid. ad Ovid. II. Epist. 106.

124 AC-

Dardaniae venisse duces, socia arma rogantis.
Obstupuit tanto percussus nomine Pallas:
Egredere o, quicumque es, ait, coramque parentem
Adloquere, ac nostris succede penatibus hospes.
Excepitque manu, dextramque amplexus inhaesit.
Progressi subeunt luco, fluviumque relinquunt.
Tum regem Aeneas dictis adfatur amicis:
Optume Graiugenûm, cui me Fortuna precari,
Et vitta comtos voluit praetendere ramos;
Non equidem extimui, Danaûm quod ductor, et Arcas,
Quodque ab stirpe fores geminis coniunctus Atridis;
Sed

124 ACCEPITQVE] *Excepitque manum* Hugenianus. *amplexus* absolute positum esset, si *dextra* legeretur, quod cum *inhaesit* tunc posset iungi. ut illa verba *haereo*, *adhaereo*, *inhaereo* ablativum habere vidimus ad Ovid. IV. Metam. 27. et XI. 403. sed praestat *dextram amplexus*, et *inhaesit* simpliciter, scilicet *cervice*, ut ultimo Ovidii loco, vel alia parte corporis. sic *dextram complexus euntis* Ovid. VI. Met. 494. quo videtur imitatus nostrum inf. 559. *Tum pater Evandrus dextram complexus euntis Haeret:* et Valer. Flac. II. 639. -- *dextraque amlexus et haerens:* ubi alii, *dextramque*. ita ut pro utraque lectione liceat pugnare, dextram vero datam et adprensam in hospitio oblato et accepto vidimus ad lib. III. 83.

127 CVI ME FORTVNA PRECARI] Quae hic adducit Servius, ut exemplis a verbo *decet* petitis hanc constructionem probet, parum huc facere videntur. in secundo loco Terentii legitur, *ut fiant, ut vobis decet.* Praeterea Rufinianus de Schemat. Lexeos pag. 30. dicit hic esse Syllepsin. non hyperbaton, ut etiam secundo loco Servius vocat, id est *cui* debere iungi cum *praetendere*. in primo loco Terentii *mihi παρέλκει*, ut centies. in Plauti loco in Asinar. II. V. II. legitur *pergin' precari pessimo*, id est, ut ipse exponit, pro pessimo, ut preces prosint, utiles sint pessimo. et ita lib. IX. 94. *Quid petis istis?* Servius exponit, *pro istis*, vide etiam Barth. ad Claudian. I. in Rufin. 35. *ac vitta* Rufinian. habet.

130 A STIRPE] *Ab stirpe* etiam Livio lib. IX. XXXIV. 19. Cl. Drakenborchius vindicavit. et Gronov. ad Plaut. Trin. I. II. 180. *convintus Atridis* Francianus, pro *convinctus*. nam et mox v. 133. *convinxere tibi* idem codex.

131 SED

Sed mea me virtus, et sancta oracula Divom,
Cognatique patres, tua terris didita fama,
Coniunxere tibi, et fatis egere volentem.
Dardanus, Iliacae primus pater urbis et auctor,
Electra (ut Graii perhibent) Atlantide cretus,
Advehitur Teucros: Electram maxumus Atlas
Edidit, aetherios humero qui sustinet orbis.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenae gelido conceptum vertice fudit.
At Maiam, auditis si quidquam credimus, Atlas,
Idem Atlas generat, coeli qui sidera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
His fretus non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi: me, me ipse, meumque
Obieci caput, et supplex ad limina veni.
Gens eadem, quae te, crudeli Daunia bello
Insequitur; nos si pellant, nihil afore credunt,

Quin

131 SED MEA] Britannus doctus in Observ. Miscel. Vol. I. pag. 19. legit, *Sed tua me virtus, tua terris didita fama, Cognatique patres, et sancta oracula Divum, Coniunxere tibi.* male. virtuti suae fidens amicitiam petit, et se eius fidei committit: et licet virtute praediti mereantur favorem, quia tamen non omnes eam suspiciunt, addit et *tua fama* per omnem orbem celebrata, et cognatio et fata auxerunt fiduciam. vide ibidem hanc emendationem ab alio viro docte refutatam, et Vol. IV. p. 331. ipse diffidit suae correctioni vir doctus. et illa *fatis egere volentem* magis congrue ad *sancta oracula*, quam ad reliqua referri debere putat, ex transpositis hemistichiis. et *mea* firmatur ex notis Servii infr. ad 152.

144 TESTAMENTA] An Epistolam intelligit? Ovid. I. Art. 437. *Cera vadum tentet*, nec per legatos, nec per Epistolam tentavi te conciliare mihi pacto aliquo, ipse veni. *memet ipse* Dorvill. et Parrhas. Francian. et Ed. Mediol.

147 PELLANT] *Pellat* Sprotianus, et secundus Rottendorphius a manu secunda. *credis* etiam Sprotianus. et mox: *mittat*, et *teneat*. Heinsius distinguebat in codice suo. *Insequitur nos: si pellant*. Catroeus vertit ac si Maro dedisset *vos si pellant*.

Ibid. NIHIL ABFORE] *Adfore* Mediceus. in primo Moretano a manu prima desertim,

Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant:
Et mare, quod supra, teneant, quodque adluit infra.
Adcipe, daque fidem. Sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, et rebus spectata iuventus.
Dixerat Aeneas. Ille os, oculosque loquentis
Iam dudum, et totum lustrabat lumine corpus.
Tum sic pauca refert: Vt te, fortissime Teucrûm,
Adcipio adgnoscoque libens! ut verba parentis,
Et vocem Anchisae magni, voltumque recordor!
Nam memini Hesionae visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,
Protenus Arcadiae gelidos invisere finis.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuventa;
Mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum
Laomedontiaden: sed cunctis altior ibat
Anchises. Mihi mens iuvenali ardebat amore
Conpel-

nihil offore pro *obfore*. quomodo *affore* pro *abfore*, *afuit* pro *abfuit*. de quo Aeneid. VII. 498. *nihil obfore credunt*, id est nihil obstiturum credunt. caeteri fere codices *afore*. Nihil restare illis credunt. sic Terent. Andr. V. II. 7. *id enimvero hic nunc abest*. ita saepe *nihil deest*, *restat* occurrit. et sequente *quin*. Terent. Hecyr. IV. II. 11. *neu ulla causa restet reliqua, quin tua Philumena ad te redeat*.

149 ALLVIT] *Abluit* Sprotianus, alter Hamburgicus, Dorvil. tertius Rottendorphius. vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 886. et saepe apud Lucanum et alios. *quod teneant supra, quodque* Gudianus. *quodque supra teneant*. Edit. Iuntina.

151 ET REBVS SPECTATA] Imitatus videtur Valerius Flac. I. 100. *Bellis spectataque fama Turba ducum*, quibus opponitur iuventus, *cui necdum data copia rerum*. ubi vide quae diximus.

161 DVCES TEVCROS] *Teucrum* Gudianus pro diversa lectione. sic lib. I. 555. *pater optime Teucrum*. lib. II. 281. *spes o fidissima Teucrum*. lib. V. 592. *Teucrum nati*, et 675. *agmina Teucrum*, et 690. *Res tenues Teucrum*. lib. VI. 562. *dux inclyte Teucrum*. lib. VIII. 154. *Fortissime Teucrum*. lib. IX. 225. *ductores Teucrum primi*. lib. XII. 562. *Teucrum legio*. atque ita passim. Sic variant codices lib. VI. 489. *Danaum*, vel *Danai, proceres*. *Legati Allobroges* vel *Allobrogum*. apud Ciceron. III. Catil. 2. et similia passim. vid. ad Sueton. Neron. XXIX.

185 EVAN-

Conpellare virum, et dextrae coniungere dextram:
Adceſſi, et cupidus Phenei ſub moenia duxi.
Ille mihi inſignem pharetram, Lyciaſque ſagittas
Diſcedens, chlamydemque auro dedit intertextam,
Frenaque bina, meus quae nunc habet, aurea, Pallas.
Ergo et, quam petitis, iuncta eſt mihi foedere dextra:
Et, lux quum primum terris ſe craſtina reddet,
Auxilio laetos dimittam, opibuſque iuvabo.
Interea ſacra haec, quando huc veniſtis amici,
Annua, quae differre nefas, celebrate faventes
Nobiſcum, et iam nunc ſociorum adſueſcite menſis.
Haec ubi dicta, dapes iubet et ſublata reponi
Pocula, gramineoque viros locat ipſe ſedili:
Praecipuumque toro et villoſi pelle leonis
Adcipit Aenean, ſolioque invitat acerno.
Tum lecti iuvenes certatim araeque ſacerdos
Viſcera toſta ferunt taurorum, onerantque caniſtris
Dona laboratae Cereris, Bacchumque miniſtrant.
Veſcitur Aeneas, ſimul et Troiana iuventus,
Perpetui tergo bovis, et luſtralibus extis.
Poſtquam exemta fames, et amor conpreſſus edendi,
Rex Euandrus ait: Non haec ſollemnia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana ſuperſtitio veterumque ignara Deorum

Inpo-

172 HAEC) *Sacra, huc quando veniſtis* Menagii prior. *Annue* alter Hamburgicus. *celebrare* alter Menagii.

174 ET IAM) *Iam* deeſt Parrhaſ. ut hiatus ſit poſt *nobiſcum*.

177 PRAECIPVVMQVE) *Principioque* Menagii prior.

178 SOLIO] Pro in ſolium, ut ſedeat. infr. IX. 676. *invitant moenibus hoſtem.* ubi Serv. *ad moenia.*

179 LECTI) *Laeti* Vratiſlav. et Francianus, et Parrhaſ. et mox, *miniſtrant* idem. *frequentant* Ed. Venet.

180 FERVNT) *Ferant* prior Mentelii.

185 EVANDER] *Evandrus* Pugetianus et alii. *Evandros* alter Hamburgenſis, et alter Mentelii. vid. ſupr. v. 100. haec vero imitatus Statius lib. I. Theb. 567. et ſeq. in convivio Adraſti.

188 HO-

Inpoſuit. Saevis, hoſpes Troiane, periclis
Servati facimus, meritoſque novamus honores.
Iam primum ſaxis ſuſpenſam hanc adſpice rupem:
Disiectae procul ut moles, deſertaque montis
Stat domus, et ſcopuli ingentem traxere ruinam.
Hîc ſpelunca fuit vaſto ſummota receſſu,
Semihominis Caci: facies quam dira tenebat
Solis inacceſſam radiis: ſemperque recenti
Caede tepebat humus; foribuſque adfixa ſuperbis
Ora

188 HOSPES) *Hoſtes* Francianus. *hoſpes ſervata periclis* prior Menagii.

189 FACIMVS) *Colimus* Menagii prior. *meritos ſacramus honores* Excerpta noſtra et Dorvill. *renovamus* primus Moreti.

190 IAM PRIMVM) *Iam pridem* ſex aut ſeptem codices, ſed recentioris notae: Et ita Dorvill. et Wittian. Serv. ad 1. Aen. 438. *hanc primum ſ. ſ. ſuſpice rupem. Accipe* Francianus a manu prima.

191 DISIECTAE) Vid. ad 1. Georg. 283. et infr. 355.

192 TRAXERE) *Taxere* et ſuperſcripta litera *e*, *texere* a manu ſecunda Francianus. *texere* Menagii prior.

193 HIC) *Haec* quartus Moreti. *huic* Venetus.

194 FACIES QVAM DIRA TEGEBAT] *Tenebat* malo cum vetuſtioribus. male etiam poſt τὸ *facies* diſtinguebatur, quamquam Mediceus a m. pr. *tegebat*, ut in Pierianis, et nos in Gudiano ac ſex aliis minoris rei invenimus. *Quem dira* ſecundus Moreti, quod aliquis defenderit ex illo, *ſcelus qui me perdidit*, apud Terent. Andr. III. V. 1. et ſimilibus. *tegebat* etiam Dorvil. et Edd. veteres. et hoc placuit Stephano in Diſſert. de Criticis pag. 69. confunduntur vero ſaepe haec verba. vide ad Ovid. II. Met. 3. et II. Faſt. 465. nec etiam diſpliceret continua oratione legere, *Semihominis Caci facies quam dira tenebat.* ut ſit ordo, ſpelunca, quam dira facies ſemihominis Caci tenebat. ut *facies Caci* ponatur pro Caco. vid. ad lib. VI. 575. et infr. v. 298. vide Ruaeum.

195 SOLIS INACCESSAM] *Inaſpectam* Scholiaſtes Statii Theb. 1. 362. quomodo et ipſe Statius 1. Theb. 49. *Imaque receſſu Sedis inadſpectos coelo radiiſque penates Servantem. inaccenſam* Leidenſis, et Moretanus quartus. *Inacceſam* Francianus. *inaſpectam* non diſplicet. Horat. Epod. XI. *ſol adſpicis Conopeum.* in lib. VII. 100. *qua Sol utrumque recurrens Adſpicit Oceanum. inadſpectum* etiam Lutat. ad illa Statii 1. Theb. 362. *nullis adſpecta per aevum Solibus aeſtiva.* qui et lib. VIII. 241. Oedipum dicit, *Semper inadſpectum diraque in ſede latentem.*

196 FORIBVSQVE ADFIXA) *Fora adfixa* vitioſe Parrhaſ. *ſuſpenſa* ex Pierianis non reci-

Ora virûm tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Volcanus erat pater: illius atros
Ore vomens ignis magna se mole ferebat.
Adtulit et nobis aliquando optantibus aetas
Auxilium adventumque Dei. Nam maxumus ultor,
Tergemini nece Geryonae spoliisque superbus,
Alcides aderat, taurosque hac victor agebat
Ingentis: vallemque boves amnemque tenebant:
At furis Caci mens effera, ne quid inausum
Aut intractatum scelerisve dolive fuisset,
Quatuor a stabulis praestanti corpore tauros
Avertit, totidem forma superante iuvencas.

Atque

recipiendum iam notaverat Heins. ad Ovid. IX. Epist. 89.

202 TERGEMINI NECE GERYONEIS] *Geryonae* Mediceus, uterque Mentelianus, Vossianus, Gudianus, Rottendorphius tertius et Moretanus secundus. *Geryonis* plurimi, et ita Comm. Horat. ad II. Od. 14. Lutat. ad Stat. VI. Theb. 289. et alii. sed omnes perperam, ut ipse Servius docere potest ad lib. VII. 662. vide et quae diximus ad Sueton. Tiber. XIV.

203 HAC) *Huc* a manu prima Francianus.

205 FVRIIS] *Furis* probat Brouckh. ad Propert. IV. IX. 13. et H. Steph. diss. de Criticis p. 71. Markland. ad Stat. IV. Silv. VI. 91. et est in Franciano et Parrhas. et Regio et Dorvil. qui in suo offendit et in Amstelaedamensi, nisi quod i. superscriptum sit. praeterea in hanc lectionem pronior est, quia noster etiam ἁπλῶς *efferus* utatur, non addito ablativo. supr. v. 7. et inf. 484. quum aliter soleat addi casus. ut lib. IV. 642. *coeptis immanibus effera.* sed supr. h. l. 5. *iuventus effera.* Valer. Flac. V. 517. *effera Regis ira.* II. 648. *Effera virtus Bebrycis.* et ut hic *effera mens*, ita *effera corda* idem lib. I. 798. et ita alii. ne tamen Cl. Dorvillio ingratior posset videri tota haec narratio, quia per prolepsin Cacus hic *fur* diceretur, notandum hoc Virgilio esse familiare, ut in oeconomia ponat ea quae *praeiudicia* vocabant artis magistri, et quae eventum rei ante rem ipsam, quae vel sequetur, vel eventura intelligitur, proponit. vid. ad lib. IX. 592. et saepe alibi. praeterea furtis iam notus erat ante adventum Herculis, ut *Furis* nomen iam haberet.

206 INTENTATVM) Vide ad Grat. Cyneg. 134. *dolive fuissent* Medic. et Gudian. a m. pr. *tulisset* alter Hamburg.

208 AVERTIT) *Advertit* Dorvill.

 209 FO-

Atque hos, ne qua forent pedibus veſtigia rectis,
Cauda in ſpeluncam tractos, verſiſque viarum
Indiciis raptos, ſaxo occultabat opaco.
Quaerenti nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant.
Interea, quum iam ſtabulis ſaturata moveret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet,
Diſceſſu mugire boves, atque omne querelis
Inpleri nemus, et colles clamore relinqui.
Reddidit una boum vocem, vaſtoque ſub antro
Mugiit, et Caci ſpem cuſtodita fefellit.
Hîc vero Alcidae furiis exarſerat atro
Felle dolor: rapit arma manu, nodiſque gravatum
Robur; et aetherii curſu petit ardua montis.
Tum primum noſtri Cacum videre timentem,
Turbatumque oculi. Fugit ilicet ocior Euro,
Spelun-

209 FORENT) *Ferent* primus Moreti. *veſtigia certis* Parrhaſ. *atque has* Venetus.

212 QVAERENTVM) *Quaerentem* Dorvil. Parrhaſ. Ed. Mediol. Ald. Iunt

213 MOVERET) *Movebat* Venetus.

214 PARARET) *Pararat* quartus Moreti. *parabat* Mediceus a manu prima. *habitumque* Francianus. et Parrhaſ.

215 DISCESSV) *Diſceſſum* Gudianus. Cum gloſſa, propter diſceſſum.

216 RELINQVI] Id eſt a bovibus praeteriri, cum clamore et mugitu. ut ad Val. Flac. III. 686. notavimus, ita Seneca Epiſt. CIX. *niſi properantes relinquimur*. Hirtius lib. VIII. de Bel. Gal. 39. Caeſar *Calenum cum legionibus* II. *relinquit*. non ut maneret eo in loco, *ſed ut iuſtis itineribus ſe ſubſequeretur*. ſic Claudian. IV. Conſ. Honor. 103. *clauſos montes, ut plana, relinquit*. id eſt celeriter et facile tranſit, et poſt ſe relinquit. Lucret. V. 625. *ideoque relinqui Paullatim ſolem*. vid. et ſupr. V. 171. ita Graecis λείπειν. v. Cl. Periz. ad Aelian. I. 23.

218 MVGIIT) *Mugit* Menag. alter.

219 EXARSERAT] Cl. Dorvillius malebat, *exardet*, vel *exarſit et atro*. ut lib. XIV. 946. *furiis accenſus et ira terribilis*. illud *et* certe ſaepe in partem alterius vocis abiit, culpa librariorum. *Alcides* Venetus.

221 ROBVR) *Robor* Mentelii prior et Gudianus.

Ibid AERII) *Aërii* nonnulli, et editiones aliquot. al. *aetherei*.

222 TIMENTEM) *Trementem* Venetus, quartus Moretanus, et Gudianus a manu ſecunda.

223 TVRBATVMQVE OCVLIS] *Oculi* Bigotianus. ita lib. X. 463.

Speluncamque petit: pedibus timor addidit alas.
Vt sese inclusit, ruptisque inmane catenis
Deiecit saxum, ferro quod et arte paterna
Pendebat, fultosque emuniit obiice postes;
Ecce, furens animis aderat Tirynthius, omnemque
Adcessum lustrans, huc ora ferebat et illuc,
Dentibus infrendens. Ter totum fervidus ira
Lustrat Aventini montem: ter saxea tentat
Limina nequidquam: ter fessus valle resedit.
Stabat acuta silex, praecisis undique saxis,
Speluncae dorso insurgens, altissima visu;
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Hanc, ut prona iugo laevum incumbebat ad amnem,
Dexter in adversum nitens concussit, et imis
Avol-

X. 463. *cernant lumina* ex Ms. Petron. Bello Civili v. 271. *confusaque lumina flebant*. et Ovid. Remed. 690. *ut flerent, oculos erudiere suos*. et ita saepe Ovidius. vid. ad X. Epist. 46. XIII. 14. V. Met. 182. et alibi. ubi membra nostra facere dicuntur quibus nos ut instrumentis utimur. sic apud Manil. II. 273. *Ante manus quam tentet scindere fossas*. ita ex Slusiano codice notavit Heinsius. vulgo *manu*. praeterea *turbatum oculis* nescio an recte dicatur, quum *turbatus* sufficiat solum, quo verbo in certaminibus utuntur, de eo qui de gradu et statu pugnantis deiicitur, et simul amens nescit quid agat. ut vidimus ad Val. Flac. IV. 293. deinde *fugit illico* Montalban.

225 RVPTISQVE) *Ruptis* Parrhasianus.

226 DEIECIT) *Obiecit* Leidensis.

227 OBIICE) *Obiece* Ed. Mediol.

228 ANIMIS) *Animi* Leidensis.

230 TER) *Tunc* Menagii prior.

231 AVENTINI] *Aventinum* tertius Rottendorphius pro discrepante scriptura. *Aventinum* etiam Oudartii. sed Serv. ad V. Aen. 504. *Aventini* dedit. et ita Ger. Voss. apud Vell. Pater. II. 130. *incenso monte Coeli*, pro *Coelio* tuetur.

233 PRAECISIS) *Praeruptis* Dorvil. a manu secunda.

234 INSVRGENS) *Incumbens* Menagii prior et Parrhas. sed sequitur id verbum mox. ubi tamen *impendebat* tertius Rottendorphius.

236 AD AMNEM) *In amnem* Rufinian. de Schem. Lex. p. 34.

237 DEXTER] *Dextera* alter Hamburgicus.

Avolſam ſolvit radicibus: inde repente
Inpulit. Inpulſu quo maximus inſonat aether:
Diſſultant ripae, refluitque exterritus amnis.
At ſpecus, et Caci detecta adparuit ingens
Regia, et umbroſae penitus patuere cavernae:
Non ſecus, ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens
Infernas reſeret ſedes, et regna recludat
Pallida, Dis invisa; ſuperque inmane barathrum
Cernatur, trepidentque inmiſſo lumine Manes.
Ergo inſperata deprenſum in luce repente,
Incluſumque cavo ſaxo, atque inſueta rudentem,
Deſuper Alcides telis premit, omniaque arma
Advocat, et ramis vaſtiſque molaribus inſtat.
Ille autem (neque enim fuga iam ſuper ulla pericli)
Fauci-

238 AVVLSAM) *Advolſam* in Mediceo. *Avolſam* ſecundus Moretanus. *Evulſam* Leidenſis. *volvit* tertius Mentelius. et ſupr. III. 575. vid. ad Ovid. I. Faſt. 567. *Avulſam ſolidis radicibus* Parrhaſ.

239 INSONAT AETHER) *Aër* Venetus.

240 REFLVITQVE) *Refluit* prior Mentelianus ac Venetus cum ſecundo Moretano. Et Regius.

241 AT SPECVS) *Ac* Venetus.

243 VI) *In* Parrhaſ.

244 RESERET) *Reſerat* duo Moretani Dorvil. Leidenſ. Zulich. Mentel et ſex alii. *aperit ſedes ac regna* Parrhaſ. et Gudian. a m. ſec. deinde *recludit* tantum unus et alter. *recludet* ſecundus Moreti. *recludant* alter Hamburgicus.

245 INVISA) Cerda de odio capit. ut apud Ovid. Epiſt. XX. 138. ſed non viſa intelligo. vid. II. Aen. 574. et notum eſt inferos nefas eſſe a ſuperis videri. ut contra a manibus coelum. vide ad Petron. Bell. Civil. v. 92. et Sil. Ital. XII. 129. *ſuper inmane* Ed. Veneta.

246 TREPIDANT) *Trepident* Regius et Francianus. Ald. Iunt. *trepidant admiſſo* Dorvill.

247 DEPRENSVM IN LVCE) *Deprehenſum luce* Ed. Venet.

250 INSTAT] *Inſtant* Lutatius ad Stat. I. Theb. 622. ut ita advocaverit alios Hercules. *ramis* de clava capit Cerda. ſed plures contuliſſe Herculem, vel eius comites, ramos arboribus divulſos credibilius.

251 SVPER] In Silii lib. VI. 68. a Fabricio adducto legitur hodie, *ſuper ullus*, pro *ſuper unus*. ſed lib. XVI. 513. *unus erat ſuper*, ubi pro *ſupererat*. ut eodem lib. 226. *quod eſt ex parte diei Exacti ſuper*. et tali tmeſi etiam Maro utitur Eclog. VI. 6. et alii. *ſuper illa* erat in Leidenſi, *ſuper illa*

Faucibus ingentem fumum, (mirabile dictu)
Evomit, involvitque domum caligine caeca,
Prospectum eripiens oculis; glomeratque sub antro
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, seque ipse per ignem
Praecipiti iniecit saltu, qua plurimus undam
Fumus agit, nebulaque ingens specus aestuat atra
Hîc Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Conripit in nodum conplexus, et angit inhaerens
Elisos oculos, et siccum sanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra revolsis:
Abstractaeque boves, abiurataeque rapinae
Coelo ostenduntur, pedibusque informe cadaver
Protrahitur. Nequeunt expleri corda tuendo
Terribilis oculos, voltum, villosaque saetis
Pectora

illa dabatur in altero Menagiano.

255 FVMIFERAM) *Fumigeram* Menagii prior, et Bigotianus. *flammiferam* Ed. Venet. eadem varietas apud Lucan. VII. 193. *coniunctis igne* Montalban.

257 PRAECIPITI IECIT SALTV) Eodem fere modo noster lib. IX. 552. *Contra tela furit, sesque haud inscia morti Iniecit.* vide annotata Heins. ad II. Aeneid. 377. Et ibid. 408. *eiecit* Hugenianus. *iniecit* Francianus, Ed. Venet.

258 AGIT) *Agi* Gudianus a manu prima.

259 VOMENTEM) *Sic Cacum* primus Moreti et Hugenianus a manu prima. *moventem* tertius Mentelii.

260 IN NODVM) *In medium* Bigotianus. ut sit *medium* in lucta comprehendere; sed credimus esse ex interpretatione.

262 EXTEMPLO] Vel *interea* Gudianus. *Reclusis* Dorvill. et Oudartii pro varia lectione. ita apud Stat. III. Silv. 1. 8. *tunc ille reclusi Liminis et parvae custos inglorius arae.* ubi Heinsius etiam *revulsi* coniiciebat. apud Lucanum lib. III. 154. *Iam rupes Tarpeia sonat, magnoque reclusas Testatur stridore fores.* ubi etiam duo codices *revulsas*; quod ibi praeferendum esse credimus cum Heinsio. et ita Ovid. VII. Met. 643. *Ecce venit Telamon propere; foribusque reclusis,* etc. et apud eumdem Epist. VIII. 17. pro *stabulis reclusis*, olim iam malueram *revulsis* rescribere, si per codices licuisset.

263 ABIVRATAEQVE) *Adiurataeque* Excerpta nostra. *abstractique b. obiurataeque* Ed. Veneta.

266 VILLOSAQVE) *Pilosaque* Dorvill.

 267 AT-

Pectora ſemiferi, atque exſtinctos faucibus ignis.
Ex illo celebratus honos, laetique minores
Servavere diem, primuſque Potitius auctor,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri
Hanc aram luco ſtatuit, quae Maxuma ſemper
Dicetur nobis, et erit quae maxuma ſemper.
Quare agite, o iuvenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, et pocula porgite dextris,
Com-

267 ATQVE) *Ac* Venetus.

268 CELEBRATVS] *Celebratur* in primo Voſſiano, Montalbanio, altero Hamburgico, altero Menagiano, et tertio Rottendorphio. *Servatur* Bigotianus. *Honor* Priſcian. p. 995. licet vero illa Servii obſervatio de *minoribus* aliquando vera ſit, ut docent laudati ad Servium viri docti, tamen alteram, quae in fine notae adſuta eſt Servio, etiam defendi poſſe, et *minores* etiam natu minores, et iuniores dici patet ex Ovid. IV. Triſt. X 55. *Vtque ego maiores, ita me coluere minores.* praeterea hic non *minores* inſtituiſſe diem hunc et ſacra ad aram Maximam, dicit, ſed inſtitutum ſervaviſſe longum in tempus. eodem modo, ut Ovid. III. Faſt. 327. *Eliciunt coelo te, Iuppiter, unde minores Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.* qui locus huic Virgiliano non abſimilis. nam ut noſter *Ex illo celebratus honos*, ita Naſo *unde minores te celebrant*, et noſter *ſervavere minores.* ita Naſo *nunc quoque*, id eſt in hunc diem. immo ipſe Virgilius inſtitutum diem laetum et ſervatum deinde a minoribus canit lib. I. 732. *Hunc laetum Tyriiſque diem, Troiaque profectis Eſſe velis, noſtros huius meminiſſe minores.* diſtinguenda ergo inſtitutio, et a poſteris obſervatio continuata.

269 POTITIVS) *Poticius* codices nonnulli. *Potius* Regius.

272 DICETVR] Hic verſus aberat a prima manu Mentelio priori et ſecundo Rottendorphio. Marklandus ad Stat. III. Silv. I. 9. ultimam partem, *et erit q. m. ſ.* adiectam ab alio eredebat. ſed omnes codices et Servius ſervant. in Leidenſi tantum erat, *Dicetur nobis, et erit*, reliquis omiſſis. *et erit quoque* Parrhaſ. additum autem, quia tempore Maronis ſuper reliquas haec ara celebrabatur. licet iam tum aliae, ac fortaſſe maiores eſſent. *nobis erit q.* Dorvil.

273 QVARE AGITE) *Ergo agite* Priſcianus lib. XV. ſed lib. XVIII. vulgatum amplectitur. *Munere.* vid. lib. V. 652.

274 FRONDE) *Fronte* Menag. alter et Leidenſis unus a m. pr. *comam* alter Leidenſis.

Ibid. PORGITE) *Porrigite* ſecundus Mentelii, et Francian. *ſumite dextris* Oudartii pro varia lectione. *ſpargite* Dorvill.

Communemque vocate Deum, et date vina volentes.
Dixerat: Herculea bicolor quum populus umbra
Velavitque comas, foliisque innexa pependit:
Et ſacer inplevit dextram ſcyphus. Ocius omnes
In menſam laeti libant, Divoſque precantur.
Devexo interea propior fit veſper Olympo:
Iamque ſacerdotes primuſque Potitius ibant,
Pellibus in morem cincti, flammaſque ferebant.
Inſtaurant epulas, et menſae grata ſecundae
Dona ferunt, cumulantque oneratis lancibus aras.
Tum Salii ad cantus, incenſa altaria circum,
Populeis adſunt evincti tempora ramis;
Hic iuvenum chorus, ille ſenum; qui carmine laudes
Herculeas, et facta ferant: ut prima novercae
Monſtra manu, geminoſque premens eliſerit anguis:
Vt bello egregias idem disiecerit urbis,
Troiamque, Oechaliamque: ut duros mille labores
Rege

275 COMMVNEMQVE) Vid. ad Valer. Flac. IV. 761.

276 HERCVLEA) *Herculeae umbrae* prior Hamburgicus.

277 FOLIISQVE INNEXA) *Foliiſque nexa* Gudian. a m. pr.

278 DEXTRAM) *Dextras* alter Hamburgicus. *implerat* Bigotian. de *ſcypho ſacro* vid. ad Valer. Flac. II. 272.

279 IN MENSAM) *In menſa* primus Moreti. alter Menagii, et Zuliehemius, et Ed. Venet. vid. lib. I. 736.

281 IBANT) *Ibat* tertius Rottendorphius.

283 INSTAVRANT) In Menagiano priore hic ordo erat. 285. 286. 283. 284. *inſtaurantque* Gudianus a m. pr.

284 ONERATIS) *Honorati* Dorvill.

288 FACTA FERVNT) *Ferant* ſcriptum eſt in libro Colotiano. *Ferant* Mediceus a manu ſecunda, quod omnino placet. Ita Ald. Iunt. et alii. *fata* Menagii prior, et primus Moretanus.

289 GEMINOSQVE PREMENS ELISERIT ANGVES) Vid. Ciofan. ad Ovid. de Medicam. faciei v. 39.

290 DISIECERIT) *Deiecerit* ſex vel ſeptem. vid. ſupr. v. 191. *Et bello e. l. devicerit* Venetus.

291 OECHALIAMQVE] *Aethaliamque* tertius Rottendorphius. *Oethaliamque* Vratislavienſis. *Echaliamque* Lutatius ad Stat. VI. Theb. 534. *Oetaliamque* Parrhaſ. *Oelamque* Regius. vid. ad Ovid. Epiſt. IX. 1.

Ibid. VT DVROS) *Durus* Bigotianus.

292 REGE

Rege ſub Euryſtheo, fatis Iunonis iniquae,
Pertulerit. Tu nubigenas, invicte, bimembris
Hylaeumque, Pholumque manu, tu Creſia mactas
Prodigia, et vaſtum Nemeae ſub rupe leonem.
Te Stygii tremuere lacus, te ianitor Orci
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento:
Nec te ullae facies, non terruit ipſe Typhoëus
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernaeus turba capitum circumſtetit anguis.
Salve, vera Iovis proles, decus addite Divis:
Et nos, et tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
Talia carminibus celebrant: ſuper omnia Caci
Speluncam adiiciunt, ſpirantemque ignibus ipſum.
Conſonat omne nemus ſtrepitu, colleſque reſultant.
Exin ſe cuncti divinis rebus ad urbem

Per-

292 REGE SVB EVRYSTHEO] *Aeritheo* Regius. haec imitatur Statius lib. VII. Silv. III. 57. ubi legitur vulgo, *Pertulit et ſaevi Tyrinthius horrida Regis Pacta*. ubi temere corrigit Marklandus, *Pertulit Euryſtheus*, etc. quaſi cogeretur Statius omnia Maronis verba exprimere, et dubitaret lector eruditus, de quo Rege ageretur. et ſolere poëtas quando notus eſt, de quo agimus, proprium nomen omittere obſervat Servius ad III. Aeneid. 321. et Philargyr. ad III. Georg. 258. vide et quae notavimus ad I. Georg. 19.

294 HYLAEVMQVE) *Yleum Pholumque* Parrhaſ. *tu Creſcia* Dorvil.

295 NEMEAE) *Nemeae* habet Lutatius ad Stat. I. Theb. 355. et ita Ald. *Nemea* Dorvillius.

296 TREMVERE) *Flevere* Oudartii. *timuere* prior Hamburgicus et Venetus.

297 OSSA) vid. Senec. Ep. LXXXII. qui ſubiicit verſum ex VI. Aen. 401. ubi vide.

298 NEC TE) *Non ſte* Parrhaſ. mox, *nec terruit* Montalbanius. et Francianus. et mox, *nec te rationis*, quod et eſt in Dorvill.

300 CIRCVMSTETIT) *Circumſtitit* alter Menagii, ſecundus et tertius Rottendorphius, primus Moreti, et Leidenſis.

301 DECVS) *Deus* Parrhaſ. Auſon. Burdigala 33. *Divom Celtarum lingua fons addite Divis.*

302 DEXTER) *Dextra* Dorvil.

306 EXIN) *Exhinc* ſecundus Moreti, Parrhaſianus. ſupr. VII. 341. *exinde ſe* Dorvil.

307 OBSI-

Perfectis referunt. Ibat rex obsitus aevo,
Et comitem Aenean iuxta natumque tenebat
Ingrediens, varioque viam sermone levabat.
Miratur, facilisque oculos fert omnia circum
Aeneas, capiturque locis; et singula laetus
Exquiritque, auditque virûm monumenta priorum.
Tum rex Euandrus Romanae conditor arcis:
Haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant,
Gensque virûm truncis et duro robore nata: [ros,]
Quîs neque mos, neque cultus erat: nec iungere tau-
Aut conponere opes norant, aut parcere parto:
Sed

307 OBSITVS] Ruaeus a communi interpretatione recedens, explicat, *sparsus canis*, quia supr. V. 416. *temporibus geminis canebat sparsa senectus.* sed quum hoc verbo metaphorice de agro translato utantur passim veteres, nihil aliud notare potest, quam ita plenum fuisse aevo, ut toto ex corpore adpareret senectus, et caput tremulum, et vultum rugosum, et pedes infirmos et cetera omnia senilis aetatis indicia ostenderent. Lucretii vero illa II. 211. de sole, *lumine conserit arva*, id est tota inplet et illustrat lumine suo, ut nulla pars tenebrosa appareat: nam praecessit, *dissipat omnes Ardores in parte.* potuisset rectius adducere illa Arnobii ex lib. IV. *Saturnus obsitus canis, atque annorum vetustate iam frigidus.* sed et ibi est plenus. *aevum* vero notare senectutem vidimus ad Ecl. X. 43. vid. Serv. ad VIII. Ecl. V. 27. aliis dicitur *plenus annis*, ut vidimus ad Valer. Flac. I. 376. ubi ex Boëthio etiam *plenum aevo* adduximus. utrumque coniungit Ovidius VIII. Metam. 712. *annis aevoque soluti.* vid. ad Lucan. VI. 276.

308 TENEBAT] *Trahebat* pro variante scriptura prior Hamburgicus. Si pueri eum comitati essent, et non passibus aequis secuti, ut II. Aen. 457. *trahebat* praeferrem. nunc obsitus aevo *tenebat* comites, iis innitens potius, quam eos trahens.

309 INGREDIENS) *Ingrediensque viam vario sermone* Venetus.

Ibid. LEVABAT) *Levabant* Scholiastes Statii Theb. VIII. 215. quod arridet. Ita Hugenianus a manu secunda. et Schol. Stat. II. Theb. 511.

312 EXQVIRITQVE) *Exquirit* Ald. pr.

315 ET DVRO) *Et rupto* Rottendorph. tert. Nihil mutat Lutatius ad Stat. III. 560. et IV. Theb. 276. ubi ille fere eadem quae Serv. tradit.

316 MOS) Id est certus ordo vivendi. vid. I. Aen. 264. et Barth. ad Stat. V. Theb. 117.

317 AVT COMPONERE) *Haud* primus Rottendorphius. et

Sed rami, atque asper victu venatus alebat.
Primus ab aetherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iovis fugiens, et regnis exsul ademtis.
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Conposuit, legesque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aurea quae perhibent, illo sub rege fuerunt
Secula: sic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paullatim, ac decolor aetas,
Et belli rabies, et amor successit habendi.

Tum

et Leidensis a manu secunda. *componere* est in horrea, vel cellas penuarias reponere. vid. ad Ovid. II. Art. 460. et Petron. XCIX. *nec comp.* Serv. ad I. Aen. 374. *parcere partis* Leidensis. *et parcere* alter Hamburgicus.

318 ALEBAT] *Alebant* Venetus. deinde, *asper victus venatus*, per appositionem Montalbanius. *asper cultu* Oudartii. ita lib. I. 445. *facilis victu.* ubi vide. Anna Daceria ad Auctorem de Orig. Gent. R. cap. 111, *victu* coniungebat cum *alebat*, et *victu alebat*, idem esse, quod simpliciter *alebat*, ait. quod probandum erat. *alebant* Dorvill.

320 REGNIS) *Terris* Hugenianus pro diversa lectione.

324 AVREAQVE VT] *Aurea quae perhibent* in Menteliano priore, Gudiano, Menagiano utroque, tribus Rottendorphiis, primo Moretano, Leidensi, utroque Hamburgensi. *Aureaque ut perhibent* Regius, Parrhas. et Dorvil. sed Servius ad XI. 252. *Aurea quae*, sed quum utraque lectio aliis possit exemplis firmari, et *ut perhibent* nostro et aliis sit usitatissimum, nescio quid praestet. nisi quis subtilius velit distinguere, et *ut perhibent* velit locum esse, ubi de fabulis, fama et opinione vulgi agitur; *quae perhibent*, ubi de appellatione et nomine agitur, ut in Claudiani verbis et in II. in Eutrop. 497. *Quem merito Graii perhibent Epimethea vates.* et contra noster h. l. 35. *Electra (ut Graii perhibent) Atlantide cretus.* id est narrant. in aliis, quae vocant, appellant, debet explicari. sed non dubito quin saepe utraque lectio, ut hic, possit locum habere.

325 PLACIDA] *Longa* Serv. ad IV. Aen. 229. et VII. 162. confundens locum ex VII. 46.

326 DECOLOR] Ad diversos colores metallorum, auri, argenti et ferri, refert hoc epitheton Catroeus. tunc *discolor* legendum esset. sed *decolor* est degener. vid. ad Ovid. Epist. IX. 4. verum vidit Cerda. *ac* deest Veneto.

327 AMOR HABENDI] Avaritia. vid. ad Phaedr. Prolog. lib. III. et supr. IV. Georg. 177.

328 TVM

Tum manus Ausonia, et gentes venere Sicanae;
Saepius et nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges, asperque inmani corpore Thybris:
A quo post Itali fluvium cognomine Thybrim
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens, et ineluctabile fatum,
His posuere locis: matrisque egere tremenda
Carmentis Nymphae monita, et Deus auctor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progressus monstrat et aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant Nymphae priscum Carmentis honorem
Vatis fatidicae: cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos, et nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Retulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycei.
Nec non et sacri monstrat nemus Argileti,
Testaturque locum, et letum docet hospitis Argi.

Hinc

328 AVSONIA) Sic Med. Vatic. Pierii et Gud. a m. sec. *Ausoniae gentes* Bigotianus. *Ausoniae et* Dorvill.

334 FATVM) *Bellum* secundus Moreti, male. vulgatum est apud Statii Interpretem lib. III. Theb. 67. *inelectabile* Mentelii prior.

336 MONITA) *Et monita* Parrhas.

337 DEHINC) *Dein* Montalbanius, *et arma* Mediceus.

339 PRISCVM) *Primam* Oudartii

342 ACER] *Asper* prior Hamburgicus. Florus lib. I. I. ipsi *asperius ingenium* tribuit. sed quia hic agitur de initio urbis, quam augere volebat incolis, *acer* rectius dicitur. ut Augustus *acerrimus* eidem Floro IV. 4. Livius XXXVII. 7. *Sempronius longe tum acerrimus iuvenum.* eadem vocum confusio apud Ovid. III. Fast. 93. *Aequicolus acer*, vel *asper*. ubi vide Heins.

344 MORE) *Monte* Bigotianus, sed vulgata est apud Lutatium ad Statii II. Theb. 207. et lib. IV. 246. *de more* hic est ad exemplum Lycei Arcadii. Serv. ad I. Aen. 231. citat, *Arcadici dictum Panos de more Lycaei.* vid. supr. v. 316.

347 AD

Hinc ad Tarpeiam ſedem, et Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim ſilveſtribus horrida dumis.
Iam tum religio pavidos terrebat agreſtis
Dira loci: iam tum ſilvam ſaxumque tremebant.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoſo vertice collem
(Quis Deus, incertum eſt) habitat Deus: Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Iovem, quum ſaepe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimboſque cieret.
Haec duo praeterea disiectis oppida muris,
Reliquias, veterumque vides monumenta virorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter ſe dictis ad tecta ſubibant
Pauperis Euandri, paſſimque armenta videbant

Roma-

347 AD TARPEIAM) *Ad* deeſt priori Hamburgico.

348 AVREA] Ita paſſim Capitolium deſcribunt, ut Ovid. VI. Faſt. 73. Auſon. in Vrb. XIII. in Narbone, qui et Carm. I. *Auream Romam* dixit, ut et Ovid. III. Art. 113. ubi et Capitolium, ut tunc erat, comparat antiquo.

349 IAM TVM) *Iam tunc* hic et ſeq. verſu Dorvill.

350 SAXVMQVE) *Saxumque tenebant* Bigotianus, et Mediceus a manu prima. *formoſo vertice* ſecundus Hamburgicus. Probus lib. I. Inſtit. p. 1395. *hoc nemus, hunc, inquit, fontem.*

353 SE VIDISSE DEVM] Donatus nomen exprimit, *Credunt ſe vidiſſe Iovem:* nec improbatur doctis. Et ita Iunta et alii. *nigrantem* hic Servius tempeſtatem commoventem, activa ſignificatione explicat. de quo vide ad Valer. Flac. I. 13. controverſiam quam movent quidam de modo ſyllabae primae, diſcuſſi ad Ovid. II. Ep. 74. et Markl. ad Stat. V. Silv. II. 54. ubi nihil mutandum eſt. et *Thule nigrans feſſo Hyperione*, eſt, quia eo uſque Sol non pervenire ſolet, quaſi a curſu ſuo feſſus ceſſaret. ita *nigram* dixit lib. IV. Silv. IV. 62. id eſt caliginoſam.

354 CIERET) *Crearet* Hugenianus.

355 DISIECTIS) *Delectis* Menagii prior, pro *deiectis* credo, vel *deletis*. *deiectis* Menagii prior. v. ſupr. v. 191. et Gronov. ad Senec. Phoeniſſ. 343.

357 VRBEM] Mediceus et Venetus a manu prima *arcem*, ut et Pieriani. et Francianus, et recte. apud Ovid. I. Faſt. 245. *Arx mea collis erat*, legitur in quibusdam. ubi vide Heinſ. notas. eadem mox varietas v. 375.

359 AD TECTA) *Ac tecta* Gudianus a manu prima.

361 LAV-

Romanoque foro et lautis mugire Carinis.
Vt ventum ad ſedes: Haec, inquit, limina victor
Alcides ſubiit; haec illum regia cepit.
Aude, hoſpes, contemnere opes: et te quoque dignum
Finge Deo; rebuſque veni non aſper egenis.
Dixit, et anguſti ſubter faſtigia tecti
Ingentem Aenean duxit, ſtratiſque locavit
Effultum foliis, et pelle Libyſtidis urſae.
Nox ruit, et fuſcis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo nequidquam exterrita mater,
Laurentumque minis et duro mota tumultu,
Volcanum adloquitur, thalamoque haec coniugis aureo
Incipit, et dictis divinum adſpirat amorem:
Dum bello Argolici vaſtabant Pergama reges
Debita, caſuraſque inimicis ignibus arces;
Non ullum auxilium miſeris, non arma rogavi
Artis opiſque tuae: nec te, cariſſime coniunx,
Incaſ-

361 LAVTIS CARINIS) *Latis cavernis* Parrhaſ. a manu ſec. ſed *lautis* ſcil. tempore Maronis, quia ibi divites multi habitabant, Pompeius, Caeſar etc. et ita *aurea Capitolia*, et alia ex ſui temporis felicitate dixit.

363 VENTVM AD) *Ventum eſt ad* Francianus.

366 FASTIGIA) *Veſtigia* alter Hamburgicus, et quartus Moreti. *Auguſti* Excerpta noſtra. mox *ducit* Oudartii.

368 EFFVLTVM) *Effectum* primus Rottendorphius a m. pr. *Libiſtridis* Venet.

371 MOTA) *Muta* tertius Mentelii. hic verſus deerat tertio Rottendorphio a manu prima.

373 ASPIRAT AMOREM) *Inſpirat honorem* alter Hamb. *inſpirat amorem* Parrhaſ. *inſpirat* etiam Dorvil. et Ed. Venet. ſed efficacius *adſpirat*, quaſi in ipſo coitu et amplexu, amorem anima et ſpiritu ſuo infunderet.

374 DVM) *Cum* ſecundus Moreti. *tum* Francianus.

375 DEBITA) Vid. infr. Serv. ad v. 398. et quae notamus ad Valer. Flac. V. 21. et 181. et alibi ſaepe Virgilius hoc verbo in hac re uti ſolet, et in bonum, et in malum eventum.

Ibid. ARCES) *Vrbes* Oudartii vid. v. 357. *caſuras* prior Hamburgicus a m. pr.

377 OPISQVE) *Opeſve* Francianus.

Ibid. CA-

Incaſſumve tuos volui exercere labores:
Quamvis et Priami deberem plurima natis,
Et durum Aeneae fleviſſem ſaepe laborem.
Nunc Iovis imperiis Rutulorum conſtitit oris.
Ergo eadem ſupplex venio, et ſanctum mihi numen
Arma rogo, genetrix nato. Te filia Nerei,
Te potuit lacrimis Tithonia flectere coniunx.
Adſpice, qui coëant populi, quae moenia clauſis
Ferrum acuant portis in me, excidiumque meorum.
Dixerat: et niveis hinc atque hinc Diva lacertis
Cunctantem amplexu molli fovet. Ille repente
Accepit ſolitam flammam: notuſque medullas
Intravit calor, et labefacta per oſſa cucurrit.

Non

Ibid. CARISSIME) *Kariſſime* Dorvil.

381 IMPERIIS) *Imperiis* Francianus. vid. ad Valer. Flac. III. 620. Heinſ. Cod. *imperio*.

382 ERGO EADEM) Vide ad Valer. Flac. II. 104. et III. 640. et ſupr. lib. IV. 77.

Ibid. NVMEN) *Nomen* Leidenſis unus.

383 NEREI) *Neri* alter Menagii, ſecundus et tertius Rottendorphii, duo Leidenſes, et tertius Mentelii. *Nerei* a manu prima. ſed eraſa litera *e Neri* Francianus et Regius.

384 TITHONIA) *Tritonia* Parrhaſ.

385 QVI COEANT) In Zulichemio ſuperſcriptum *quam*. deinde *qua moenia* Schol. Horatii in Art. Poëtic. 198.

386 ACVANT) *Acuunt* Oudartii et ſecundus Moreti. *exitiumque* quartus eiuſdem. *poſtis* Francianus.

388 MOLLI) *Mollis* primus Moretanus.

389 MEDVLLAS] *Medullis* prior Voſſianus. certe apud Silium Italicum *intrare* frequenter coniungi cum tertio caſu in veteribus membranis, ad illum ſcriptorem obſervavi. *Solidam* ſecundus Rottendorphius. *famam* tertius. *notaſque* prior Hamburgenſis. et ita Lutatius ad Statii I. Achill. 304. *medullis* Leidenſis a m. prima. ſed Virgilium aut huius temporis ſcriptores dativum huic verbo iunxiſſe nondum me reperiſſe teſtatus ſum ad Valer. Flac. I. 590. quare hoc ſcribis poſterioris aevi attribuo. et codices meliores ſequor. alia res eſt ubi dicitur *intrare porta*, id eſt per portam intrare urbem. ut recte Cl. Drakenb. ad Liv. lib. IX. 36. obſervavit.

390 LABEFACTA] *Calefacta* quartus Moreti, Zulichemius, Montalbanus, Sprotianus, prior Hamburgicus, et ſecundus Rottendorphius, Parrhaſ. Dorvil. cum Excerptis noſtris.

Non ſecus atque olim, tonitru quum rupta coruſco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos,
Senſit laeta dolis, et formae conſcia coniunx.
Tum pater aeterno fatur devinctus amore:
Quid cauſſas petis ex alto? fiducia ceſſit
Quo tibi, Diva, mei? ſimilis ſi cura fuiſſet,

Tum

ſtris. *cunctantem* induxerat Vulcanum ob memoriam adulterii cum Marte, et deinde Anchiſa, Poëta. ſed ut blanditiis meretriciis obſtinatiſſimi maritorum ſaepe flectuntur et ſponte in gratiam redeunt, ita Vulcanus ex ipſo amplexu accepit flammam veterem, et ut Terentianus Phaedria, *labaſcit victus uno verbo.* quare *calefacta* repudiandum, quum iam *flamma* praeceſſerit, et calor, qui labefecit denique Vulcanum. et qui antea ſaepe ſecum dixerat, mori me malim, ſentiet qui vir, vel deus ſim, nunc, ut Ovid. II. Art. 591. *demens ſtulte feciſſe fatetur, et irae ſuae meminiſſe poenitet.* praeterea ignis *labefacere* dicitur, ut apud Lucret. VI. 701. *Quod contrita quod igni concalefacta.* ubi videndus Lambinus, et ubi etiam *concalefacta* in aliis codicibus. et hinc lib. II. Aen. 463. *labantes iuncturas* dixit.

393 LAETA DOLIS] Servius diſtinguit poſt *laeta*, et coniungit *conſcia dolis et formae.* ſane *conſcium* dativo iungi vidimus ad Ovid. VI. Met. 588. ego tamen *laeta dolis* malo. ut lib. IV. 128. *riſitque dolis Cytherea repertis.* *conſcia* vero *formae*, eſt, ſciens vires pulchritudinis ſuae. ut Circe Petroniana cap. CXXIX. *ſpeculum non mentitur mihi.* et apud Ovidium de Corinna II. Amor. XVII. 7. *Dat facies animos. Facie violenta Corinna eſt, (Me miſerum) cur eſt tam bene nota ſibi?*

394 DEVINCTVS] *Devictus* in multis veterum. vetuſtiores tamen, *devinctus.* quomodo apud Lucretium, *devinctus volnere amoris.* ſed illic *devictus* in ſcriptis, quod praeſtat. vide Giphanii Ind. Lucret. in *victus* et *victus volnere.* Terent. Hecyr. I. 1. 92. *animus uxoris miſericordia devinctus.* ubi alii codices *devictus.* et Andr. III. III. 29. *Coniugio liberali devinctus.* *devictus* Ed. Venet. hic habet.

395 EX ALTO) Vid. ad Ovid. II. Amor. IV. 16.

396 QVO TIBI] Mediceus. *Quae tibi, Diva, mei ſimilis ſi cura fuiſſet.* et *fuiſſent* pro *fuiſſet* proximo verſu. *Quo tibi, vita* Rottendorphius ſecundus, ſolito inter amantes blandimento. *quid tibi, Diva* Parrhaſ. *ſubiſſet* poſſet firmari ex lib. IX. 757. ubi *cura ſubiſſet.* et in Zulich. *fuiſſet* occurrit. et ita apud Ovidium et alios haec verba commutata notavimus. vid. ad IV. Met. 167. et IX. 93. et alibi. ſed ſive *ſubiſſet*, ſive *fuiſſet* leges, manent in eumdem ſonum deſinentes verſus, a quo etiam non multum abhorret *ceſſit* praecedens.

Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset,
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant
Stare, decemque alios Priamum superesse per annos.
Et nunc, si bellare paras, atque haec tibi mens est;
Quidquid in arte mea possum promittere curae,
Quod fieri ferro, liquidove potest electro,
Quantum ignes animaeque valent; absiste precando
Viribus indubitare tuis. Ea verba locutus
Optatos dedit amplexus, placidumque petivit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Inde,

dens. mox Francian. *Teucros nobis armare.* agnoscit vero hunc versum Rufinianus de Schem. Lex. p. 32. et Priscian. XVIII. pag. 1151. *tunc quoque* Dorvil.

398 OMNIPOTENS) *Omnipudens* Rutgersii codex, nunc Leidensis.

399 DECEMQVE] *Decimque* Regius et primus Rottendorphius. in Ms. apud Serv. ad VII. 315. legitur, *vixque alios.* de fatorum vero vel necessitate vel differendi ratione vide Anonym. Scholiast. et Muret. ad Cicer. III. Catil. 8. qui hoc loco Servii utitur, cui comparat locum ex VI. Aen. 376.

400 ATQVE HAEC TIBI) *Atque tibi haec mens est* Dorvil.

401 POSSVM) *Possunt* Excerpta nostra, Leidensis, Regius, et tertius Mentelii. *possim* Bigotianus. *committere* secundus Rottendorphius.

402 POTESTVR] *Potest electro* disertim in Mediceo, primo ac quarto Moretanis, Leidensi, Vossianis, Montalbanio, ac altero Menagiano. in ceteris *potestur.* videndus Vossius de Anal. III. 36. et Inst. Orat. IV. 1. qui tamen Bartholomaeo Maraniae *potestur* probanti quodammodo accedit. *Potestur* editiones quasdam veteres occupavit. ut Ed. Venet. in Dorvilliano erasa ultima syllaba *ur* erat. videndus H. Stephanus in Schediasmate Virgiliano pag. 49, et vir doctus in Observationibus Miscell. Critic. Vol. IV. pag. 330. *potestur* etiam probat Lambinus ad Lucret. I. 1044. et III. 1023. sed ubi Pius alios legere hic *potest* adnotavit.

403 ABSISTE] *Obsiste* Excerpta nostra.

404 TVIS] *Meis* Dorvil. et Zulichemius a manu secunda.

405 OPTATOS) *Oblatus* Bigotianus.

406 INFVSVS GREMIO] *In gremio fusus* Zulichem. Nonius in *petere*, legit *notumque petivit C. i. gremio.* forte posset legi, *placidusque petivit coniugis infusum g. p. m. soporem.* petivit soporem infusum placidus (id est placatus) gremio uxoris. vide Observ. Miscel. Crit. Vol. I. pag. 98. similis Vulcanus Ovidio,

Inde, ubi prima quies medio iam noctis abactae
Curriculo expulerat somnum, quum femina primum
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva
Inpositum, cinerem et sopitos suscitat ignis,
Noctem addens operi; famulasque ad lumina longo
Exercet penso; castum ut servare cubile
Coniugis, et possit parvos educere natos.
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus Aeoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:

Quam

dio, qui Amor. I. 5. post opus dicit *lassi requievimus ambo*.

407 ABACTAE] *Abacto* Montalbanius.

408 CVRRICVLO] *Curruculo* Francianus. *expulerat* omnes scripti et editi, ita ut nesciam, unde *explerant* petierit Masvicius, nisi a solita negligentia ortum sit. sensus est, ubi a prima quiete evigilavit circa medium noctis, sensit omnem iterum obdormiscendi cupiditatem expulsam, et alacriter e stratis ad opera surgit.

Ibid. QVVM FEMINA] *Cum femina* constanter scripti omnes, ait Heinsius, nec loco movendum fuit. Nam et sic Donatus agnoscit in Andr. Terentii. In editione tamen Lindenbrogii, *ceu femina* legitur. forte distinguendum, *Cum femina, primum cui* etc. cuius praecipua cura, officium est lana ac tela victum quaerere.

409 TENVIQVE MINERVA] *Calathisque Minervae* primus Montalbanius. Ita et Rottendorph. pr. et Leidensis. Cerda *Minervam* pro oleo capit, quia ad lucernam nebant, sed hoc sequentia, *ad lumina* indicant. Rectius Servius, quae nihil nisi tenuem victum ex lanificio praebere poterat. et ut Ovid. III. Metam. 588. *Ars illi sua census erat*. et Terent. Phorm. II. 3. *cui opera vita erat*. *Minerva* autem pro lanificio, ut apud Ovid. IV. Met. 33. *intempestiva Minerva*. post *impositum* vero distinguendum, id est, cuius partes, munus est tolerare vitam etc. ut ita *imponere onus, partes, leges* etc. passim apud Ciceronem et alios occurrit.

412 EXERCET) *Exercens* Mediceus.

413 ET PARVOS) *Vt*, prior Hamburgicus et quartus Moreti. *et parvos possit* Mentelii prior, Hamburgicus et Menagii secundi, Bigotianus; et Dorvill. Scholiastes Crucquianus Horatii Epod. II. *ut possit*.

416 SICANIVM) *Sicanum* Parrhas. et Dorvill.

417 LIPAREN) *Liparem* Sprotii et Montalbanius, duo Moretani, Francianus, et Parrhas.

419 AN-

Quam subter specus, et Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnaea tonant, validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, striduntque cavernis
Stricturae Chalybum, et fornacibus ignis anhelat;
Volcani domus, et Volcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens coelo descendit ab alto.
Ferrum exercebunt vasto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyrac-
His informatum manibus iam parte polita [mon.
Fulmen

419 ANTRA AETNAEA] Philotheus in descriptione Aetnae, pag. 27. Tom. IX. Thesaur. Italiae narrat ad Aetnam esse specum, quem ipse ingressus est ad trecentos passus, sed frigoris vi coactum redire. hunc vero pertinere usque ad Vulcaniam insulam, ideoque fere eodem tempore Montis craterem in Vulcania effundere fumos et ignem, quo Aetna, et vicissim. idque hic Virgilium innuisse, cum *antra Aetnea* vocet. vid. et Cerdam. *Ethenea* Dorvil.

Ibid. TONANT) *Sonant* pr. Moreti, Sprotianus et Montalb. Francian. et a m. pr. Zulichemius. *validisque* Excerpta nostra, Parrhas. et Francian.

420 GEMITVM) *Stridentque* Vratislaviensis et Mediceus. *referunt sonitum* Parrhasian.

421 ET FORNACIBVS) *Et* deest Montalbanio.

422 VOLCANIA) *Aetnaea* vocat, vel a vicinitate Aetnae, vel quia similia sunt Aetnaeis cavernis: vel potius, quod omnes hi montes in Tyrrheno mari ignivomi verosimiliter subterraneis canalibus sibi iungantur, et pro popaginibus Aetnae haberi posse videantur. Hinc videmus quid erudita itinera conferre possint lucis antiquis scriptoribus. quam plurimam Virum Clarissimum adfusurum confidimus, ubi Iter suum publicum prodere voluerit.

423 HOC TVNC] *Huc* legitur in libro A. Colotii, pro *hoc*. *Hoc* Parrhasian. Francian. a manu secunda. *huc* prior Hamb. pro varia lectione, et probat G. Vossius, sed *hoc* praefert Cl. Graevius ad Cicer. X. ad Fam. 10. qui videndus. et Rivius ad Terent. Adel. I. II. 12. ita et inf. v. 606. *hoc* pro *huc* unus codex. vid. Steph. Schediasm. p. 62. et hic notas ad Servium.

424 EXERCEBANT) *Exercebant vasti* prior Hamburgicus.

425 PYRACMON) *Pyragmon* Dorvil.

426 MANIBVS] Servius dicit deesse *in*. offendit scilicet duplex ablativus *manibus*, et *parte* uni verbo adiunctus. sed ita et II. Aen. 420. *obscura nocte per umbram fudimus insidiis*. vid. ad Calpurn. I. Ecl. 56. et inf. XI. 213.

427 QVAE

Fulmen erat; toto genitor quae plurima coelo
Deiicit in terras: pars inperfecta manebat.
Tris imbris torti radios, tris nubis aquosae
Addiderant, rutuli tris ignis, et alitis Austri.
Fulgores nunc horrificos, sonitumque, metumque
Miscebant operi, flammisque sequacibus iras.
Parte alia Marti currumque, rotasque volucris
Instabant; quibus ille viros, quibus excitat urbis:
Aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma,
Certatim squamis serpentum auroque polibant,
Conexosque anguis, ipsamque in pectore Divae
Gorgona desecto vertentem lumina collo.
Tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores,

Aetnaei

427 QVAE) Praecessit *fulmen.* sed ita solent. vid. Ecl. VII. 22.

428 DEIICIT) *Deiecit* Francian.

429 TORTI) *Torto* Venetus. *tres* hic bis et seq. vers. Dorvil.

430 ADDIDERANT) *Addiderat* Medic. et ita Parrhas. et Serv. ad II. Aen. 649. sed tamen *addiderant* praetuli, et ad Cyclopas, quorum manibus informatum fulmen est, referrem. *halitus austri* primus Rottendorphii. *alitus* vel *alitis* Gudian.

431 HORRIFICOS) Ita magna pars scriptorum. *orificos* Dorvil. *terrificos* vulgatae Edd.

434 INSTABANT) *Instaurant* Parrhasianus, de quo cogitandum. Scaliger ad Ausonii Solonem 36. memoriae vitio Virgilium dixisse *instabant, fulmen* notat.

435 HORRIFERAM) *Horrificam* duo Moretani et Sprotianus.

438 DESECTO] *Dissecto* prim. Rottendorph. *defecto* Leidensis unus. *de* deerat Gudiano, et manu recenti adscriptum. unde Heinsius coniiciebat, *tum secto. lumina somno* Parrhasian. sed superscriptum *collo.*

439 COEPTOSQVE] *Certosque* notat ex nonnullis suorum Pierius, et videtur non improbare. *Coeptos* Parrhas. quod iure praeferunt viri docti, et obvia est horum verborum commutatio. vid. Ovid. II. ex Pont. VII. 17. sic apud Manil. I. 823. de Comete, *In breve vivit opus, coeptoque incendia fine Subsistunt.* ubi Bentleius novum nobis Manilium prodens sine ullo codicum scriptorum aut editorum respectu, dedit *citraque incendia limen subsistunt*, et nescio quam Metaphoram comminiscitur de domibus incensis. sed si vulgata servanda, acumen est Poetae, qui cometas simul atque oriuntur, ad finem etiam properare incipere ait, ut de

 homi-

Aetnaei Cyclopes; et huc advertite mentem.
Arma acri facienda viro. Nunc viribus usus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtra
Praecipitate moras. Nec plura effatus: et illi
Ocius incubuere omnes, pariterque laborem
Sortiti. Fluit aes riveis, aurique metallum;
Volnificuſque chalybs vaſta fornace liqueſcit.
Ingentem clipeum informant, unum omnia contra
Tela Latinorum: ſeptenoſque orbibus orbis
Inpediunt. Alii ventoſis follibus auras
Adcipiunt redduntque: alii ſtridentia tinguunt
Aera lacu. Gemit inpoſitis incudibus antrum.

Illi

hominibus lib. IV. 16. *Naſcentes morimur finiſque ab origine pendet.* quod ipſe Manilio ſupr. v. 813. invexit, *natos perire cometas.* ergo cum ortu etiam finis incipit. vel ſi cui hoc acumen non arridet, poſſet legere, *certoque incendia fine ſubſiſtunt*, id eſt, lucent cometae: non ut ſtellae aliae in aeternum, ſed certo temporis ſpatio, dum materies incendii ſit conſumta. eodem modo ut de hominibus et rebus humanis dicto loco, *Certa ſtant omnia lege Longaque per certos ſignantur tempora caſus.* vel ut alii *curſus.* ubi etiam graſſatur Criticus. et ita *certus finis* de non dubio eventu apud Lucan. VI. 593. ubi vide. *i ferte* ſecundus Hamburgicus. Ovid. I. Art. ult. *Parsupereſt coeptis, pars eſt exhauſta laboris.*

446 ET HVC) *Ad huc* Reglus. *atque huc* Parrhaſ. *avertite* Gudianus.

441 FACIENDA) *Faciunda* in Nonii exemplaribus verbo *vertere.* quod magis arridet. Sed *facienda* Donat. ad Terent. Eun. I. II. 17.

443 AT ILLI] *Et* Zulichemius, Bigotianus et Hugenianus cum Excerptis noſtris. quod placet. vid. ad III. Aen. 9.

447 CLYPEVM] Notanda Servii nota, qui Clypeum dictum, qui magnitudine corpus *furatur.* ita reddidit Graecum κλέπτειν, ut et notavi ad lib. II. 389. et VII. 686. quod Senec. Herc. Fur. 799. extulit, *ſe tegmine ingenti clepit.* ubi in MſC. eſt *tegit.* *unum*, id eſt quod ſolum ſufficiet contra omnia tela Latinorum. ita ſaepe Poetae et contra *omnes in unum* irruere etc. vid. ad Valer. Flac. VII. 630.

448 SEPTENOSQVE) *Septenos* Leidenſis, Hugenianus, Sprotianus et alter Menagii.

450 REDDVNTQVE] *Reddunt* ſine copula Francianus. *ſtrindentia* Dorvil.

451 ANTRVM) *Aetna* pro diverſa lectione Moretanus tertius. Eadem varietas lib. IV. Georg. 173.

456 SVB

Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt
In numerum, verſantque tenaci forcipe maſſam.
Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma,
Et matutini volucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior, tunicaque inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.
Tum lateri atque humeris Tegeeum ſubligat enſem,
Demiſſa ab laeva pantherae terga retorquens.
Nec non et gemini cuſtodes limine ab alto
Procedunt, greſſumque canes comitantur herilem.
Hoſpi-

456 SVB CVLMINE] *Sub tegmine* Menagii prior. *ſub culmine* recte dici pro *in culmine* probavimus ad Ovid. 1. Met. 689. unde et *culmen* hic pro monte poſſet ſumi. quamvis potius *culmen* pro ruſtico aedificio et caſa ponatur, quale humile tectum Evandri fuit. vid. ſupr. 359. et 366. Ecl. 1. 69. *Pauperis et tuguri congeſtum ceſpite culmen.* ubi vid. Serv. et Barth. ad Stat. IX. Theb. 194. vid. et ad Rutil. I. 347. forte quia haec regia culmo tecta fuit, ut regia Romuli inf. 654. ſed et *culmen* de quavis domo. vid. ad lib. IV. Aen. 671.

457 INDVCITVR) *Induitur ardus* Franc. *confeſtim ſurgit, tunicaque induitur*, Parrh.

458 TYRRHENA] Lutatius ad Stat. VII. Theb. 957. citat, *Tyrrhena pedum circumdata plantis*; *vincula* enim ex ipſo loco Statii ſubintelligi debet.

459 TEGEEVM) *Tegeon* Francianus. *Tegeum* Dorvil.

460 DEMISSA) Dimiſſa Dorvil. et, *a laeva.*

461 LIMINE AB ALTO) Marklandus ad Stat. I. I. 46. *ab arto* legendum cenſet. ſed *altum* limen eſt domus, etſi tectum humile habentis, in monte tamen poſitae, inde ſupra ſaepe *areis* nomine vocavit.

462 PRAECEDVNT] *Greſſumque viri* Zulichemius a manu ſecunda. ſi *cuſtodes* de corporis cuſtodibus intelligamus, recte *praecedere* poſſent dici. ſed et ſi ipſi canes hic debent cuſtodes capi, nón tamen ideo *praecedere* mutandum erit, quia comitantur: nam et comitari recte dicitur omnis turba, ſive praecedat, ſive ſequatur. ita Martial. II. 18. *Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis.* Kal. Ianuariis, cum *procedere* proprie dicebantur Conſules, et ante eos et poſt comitum turba erat. Ovid. IV. ex Pont. IX. 18. *Conſulis ante pedes ire viderer Eques.* et ubi reges procedunt, comites ſemper praecedunt et ſequuntur. quare utramque lectionem facile tueri quivis poſſit. vid. II. 760.

 463 SE-

Hoſpitis Aeneae ſedem, et ſecreta petebat,
Sermonum memor, et promiſſi muneris heros.
Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat.
Filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.
Congreſſi iungunt dextras, mediiſque reſidunt
Aedibus, et licito tandem ſermone fruuntur.
Rex prior haec:
Maxume Teucrorum ductor, quo ſoſpite numquam
Res equidem Troiae victas, aut regna fatebor;
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguae vires. Hinc Tuſco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, et murum circumſonat armis.
Sed tibi ego ingentis populos opulentaque regnis
Iungere caſtra paro: quam fors inopina ſalutem
Oſtentat. Fatis huc te poſcentibus adfers.
Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto

Vrbis

463 SECRETA) *Secura* Sprotianus a m. pr. *ſecreta* pro *ſecretum.* ut *ſecretum deſiderare* Suet. Claud. 10. *agere* Tib. 60. vid. et Tib. 26. et Cal. 23.

465 SE) *Seſe* Dorvil.

467 RESIDVNT) *Reſiſtunt* Parrhaſ.

468 LICITO) *Latio* Oudartii. *feruntor* Venetus a manu prima. *placido* Dorvil. a m. ſec.

469 HAEC) Deeſt alteri Hamburgico. *haec ait* Oudartii et Parrhaſ.

472 PRO NOMINE TANTO] Vel pro belli gravitate, quod tibi imminet, Catroeus capit. ſed nomen genus et nobilitatem notare notiſſimum. Ovid. II. Triſt. 422. *Quis dubitet nomina tanta ſequi?*

474 RVTVLVS) *Rutulos* Mentelii prior.

474 CIRCVMSONAT] *Circumtonat* Mediceus a manu ſecunda. *Bellum circumſonat armis* Parrhaſ. *circumſonat* non facile mutarem: nam ita et Ovid. IV. Triſt. X. 111. *Hic ego finitimis quamvis circumſoner armis.* et V. Triſt. III. 11. *Nunc procul a patria Geticis circumſonor armis.* ita conſtanter codices Ovidiani utrumque locum exhibent. et ſaepe ſimilem querelam ingeminat miſerabilis ille exſul. Senec. Herc. Fur. 416. *Cum pace rupta bellicus muros fragor Circumſonaret.* neque tamen *circumtonat*, ſi pluribus Mſſ. firmaretur, reiicerem. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 187.

477 ADFERS) *Offers* Venetus.

478 INCOLITVR] *Colitur* tert. Mentelii, ſecundus Moreti, Francian. Dorvil. et Edd. Venet.

Vrbis Agyllinae sedes: ubi Lydia quondam
Gens, bello praeclara, iugis insedit Etruscis.
Hanc multos florentem annos rex deinde superbo
Imperio et saevis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas caedes; quid facta tyranni
Effera? DI capiti ipsius, generique reservent.
Mortua quin etiam iungebat corpora vivis,
Conponens manibusque manus, atque oribus ora,
(Tormenti genus) et sanie taboque fluentis
Complexu in misero longa sic morte necabat.
At fessi tandem cives infanda furentem
Armati circumsistunt ipsumque domumque:
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter caedes Rutulorum elabsus in agros
Confu-

Venet. et Mediol. et hoc firmat imitatio Silii lib. XV. 192. *Vrbs colitur, Teucro quondam fundata vetusto Nomine Carthago.* et ita noster lib. III. 13. et 72. et alii.

479 AGYLLINAE] *Agellinae* Leidensis, Vratislaviensis. *Agelinae* Venetus. *Aquilinae* primus Rottendorphius, cum Excerptis nostris. de Viterbio capiebat Franciscus Marianus de Etruria Metropoli cap. XII.

481 MVLTOS] *Multis f. annis* Bigotianus.

484 GENERIQVE) *Genitique* Oudartii pro diversa lectione. *reservant* Sprotianus.

487 TORMENTI GENVS] Haec in parenthesi ponenda est exclamatio. et imitatus Valer. Flac. II. 195. (*Tormenti genus*) *et nigris amplectitur hydris.* ubi vide notas.

Ibid. FLVENTIS) *Fluenti* tres Moretani priores, (nisi quod *fluente* tertius) tertius itidem Rottendorphius, et a manu secunda Gudianus, tum pro diversa lectione Leidensis. vide supra hoc libro v. 167. Sed lib. IX. 472. *atro fluentia tabo.* vid. ad Lucan. I. 241.

488 IN MISERO) *Complexu misero* Francianus. *necabant* tertius Mentelii et Regius. ut *iungebant* alter Hamburg.

489 CIVES INFANDA) *Infanda civesque furentem* Parrhas.

491 IGNEM) *Atque ignem ad* Parrhas.

492 INTER CAEDES) *Inter caedem* ex membranis vetustioribus, ut Menteliano priore, utroque Menagiano, primo Rottendorphio, Leidensi et Hamburgico priori: etiam Mediceo a manu prima, et Moretano quarto. Phaedrus lib. II. 7. *Subito Latrones ex insidiis advolant, Interque caedem ferro mulum trusitant.* *inter caedes* tamen habes lib. XI. 729. Vid. ad Phaedr.

Confugere, et Turni defendier hoſpitis armis.
Ergo omnis furiis ſurrexit Etruria iuſtis:
Regem ad ſupplicium praeſenti Marte repoſcunt.
His ego te, Aenea, ductorem millibus addam.
Toto namque fremunt condenſae litore puppes,
Signaque ferre iubent: retinet longaevus haruſpex
Fata canens: O Maeoniae delecta iuventus,
Flos veterum virtuſque virûm, quos iuſtus in hoſtem
Fert dolor, et merita adcendit Mezentius ira;
Nulli fas Italo tantam ſubiungere gentem:
Externos optate duces. Tum Etruſca reſedit
Hoc acies campo, monitis exterrita Divom.
Ipſe oratores ad me, regnique coronam
Cum ſceptro miſit, mandatque inſignia Tarchon,
Succedam caſtris, Tyrrhenaque regna capeſſam.
Sed mihi tarda gelu ſecliſque effoeta ſenectus
Invidit

Phaedr. II. 7. infra v. 709. *inter caedes*. et X. 648. *medias inter caedes*.

495 PRAESENTI) *Manifeſto* Oudartii ex gloſſa. *praeſente* Regius. de *repoſcere* vid. ad lib. II. 139.

496 EGO) *Ergo* Dorvil.

497 FREMVNT) *Frement* Gudianus. *in litore* alter Hamburgicus. mox, *iuvat* Venetus. *facta canens* Gudianus.

499 DELECTA) *Dilecta* Oudartii et Montalbanius. *Maeonidae* citat Serv. ad XI. 759.

500 IN HOSTEM) *In armis* Leidenſis.

502 SVBIVNGERE) *Summittere* Ed. Veneta.

503 OPTATE] *Optare* alter Menagii. Servius, *exſpectate*. forte, *ſpectate* ſcripſerit. ita enim Servium explicuiſſe credo *ſpectate* eo ſenſu, quo Gratius Cyneg. 330. *Hunc ſpectet ſilvas domitura iuventus*. plura dicemus ad Claudian. III. Stilic. 86. et I. Rap. Proſ. v. ultimo. ſi *optate* tenendum, pro legite, eligite exponendum, ut aliis in locis Maronis.

Ibid. HOC ACIES] *Haec acies* Parrhaſ.

504 DIVVM) *Divorum* ſecundus Rottendorphius.

506 TARCON) *Tharcon* et *Tarcon* alii. et hanc veram ſcripturam credit Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 474.

508 SECLISQVE] *Seriſque* Parrhaſ. Servius explicat de longo ſpatio aetatis, quae per ſecula computabatur. et ita capiebat Scaliger illa Manilii II. *Lis una fuit, per ſecula, mortis*. id eſt quamdiu vixerunt. cui obloquitur Huetius, qui de omni, quod fuit, tempore capit. quod an

Invidet imperium, feraeque ad fortia vires.
Natum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
Hinc partem patriae traheret. Tu, cuius et annis
Et generi fata indulgent, quem numina poscunt,
Ingredere, o Teucrûm atque Italûm fortissime du-
Hunc tibi praeterea, spes et solatia nostri, [ctor.
Pallanta adiungam. Sub te tolerare magistro
Militiam, et grave Martis opus, tua cernere facta
Adsuescat, primis et te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
Lecta

an verum sit, et non alia possent exempla praeter Orestis et Pyladis adduci, nunc non vacat inquirere. certe alterum habet Sueton. in August. XIII et non admodum dissimile est Damonis et Phintiae apud Valer. Max. IV. VII. Ext. I. et isti capiti Praefatus Valerius, Orestis et Pyladis mentione facta, domestica et externa exempla subiungit. et ita *secula*, pro longis temporibus, aliis rebus tribui solet, ut Romano imperio, quod, ut homo, natum, vivere, et mori passim ab aliis dicitur, *secula* tribuit Valer. Flac. II. 245. ubi vide quae dixi. Rutil. I. 183. *Porrige victuras Romana in secula leges.*

509 INVIDET. IMPERIVM) Vide ad Petron. cap. XIV.

511 HINC) *Hic* Venetus et Editio Iuntina. *patrem patriae* Mediceus. *patriae partem* Dorvil.

512 FATVM INDVLGET] *Poscant* Venetus. *Fatis indulgent* Regius. *fatum indulget* Dorvil.

513 INGREDERE] Barth. ad Stat. II. Theb. 195. explicat regnum, imperium mihi delatum tu capesse. sic *ingredi imperium* Iustin. VII. cap. ult. sed generatim pro *incipere* quancumque rem dici notavit Cort. ad Sall. Iug. XLII. et diu ante eum Passerat. ad Propert. III. El. I. pr. vid. quae diximus ad II. Georg. 175.

Ibid. O TEVCRVM) *Et Teucrum* Zulichemius.

514 HVNC) *Nunc* Zulichemius et primus Rottendorphius. vid. ad lib. VI. 817.

515 PALLANTA) *Pallantam* Dorvill.

516 TVA) *Et tua* Francianus. *fata* Dorvill. *militiam grave* primus Rottendorphius. *onus* prior Hamburgensis pro varia lectione.

517 PRIMIS ET TE) *Primis et iam miretur* Parrhas.

518 ARCADAS) *Arcades* prior Hamburgicus pro diversa lectione. *Arcades* Ed. Venet. et Francianus, et Ed. Ald. *hinc* idem, et Menagii prior.

Ibid. BIS CENTVM) *Ter centum* Parrhas. vide supr. VII. 274. et IX. 370. *robora pubis* illustravimus ad Valer. Flac. II. 694.

519 NO-

Lecta dabo; totidemque suo tibi nomine Pallas.
Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant
Aeneas Anchisiades et fidus Achates,
Multaque dura suo tristi cum corde putabant;
Ni signum coelo Cytherea dedisset aperto.
Namque improviso vibratus ab aethere fulgor
Cum sonitu venit, et ruere omnia visa repente,
Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.
Suspiciunt: iterum atque iterum fragor intonat ingens.
Arma inter nubem, coeli in regione serena,
Per sudum rutilare vident. et pulsa tonare.
Obstupuere animis alii; sed Troius heros
Adgnovit sonitum, et Divae promissa parentis.
Tum memorat: Ne vero, hospes, ne quaere profecto,
Quem

519 NOMINE] *Tibi munere* Zulichemius Vratislaviensis. *tibi numine* Pugetianus. sed *suo sibi nomine* arridet maxime. vid. ad VI. 142.

522 SVO CVM CORDE) An *duo c. c. putabant. tum* secundus Rottendorph. *movebant* Hugenianus a manu secunda. hic et sequens versus deerant Mentelio priori a manu prima.

523 COELO) *E coelo* Montalbanius. *dedisset ab alto* Bigotianus. et Leidensis pro diversa lectione.

524 FVLGOR) *Fulgur* Mentelii prior.

526 TYRRHENVSQVE) Vide Lutat. ad Statii VI. Theb. 404. qui *Tyrrhenum murmur* dixit.

527 INTONAT) *Insonat* Dorvill. *sonus intonat* Gudianus a manu secunda. *fragor intonat* Leidensis, et Parrhas. et multi alii. Edit. Mediol.

528 ARMA INTER NVBEM, COELI IN REGIONE SERENA] *Inter nubes coeli regione serena*, apud Nonium legitur. certe τὸ *in* manus prima in Mediceo codice non agnoscebat, recentiori manu adscriptum. et rectius omnino videtur abesse. nec aliter in Gudiano a manu secunda. *Inter nubes* etiam Parrhasianus. *inter nubem*, per nubem, cum Servio explicat Lamb. ad Plauti Most. II. I. 38. *regione* pro *in regione* Suetonii codices saepe. vid. ad Caesar. cap. XXXIX.

529 TONARE) *Sonare* Gudianus, alter Mentelianus, et septem alii minoris rei. Ita Leidensis et tertius Mentelii et Francianus.

532 NE VERO] *Nec vero* Excerpta nostra. *nec quaere profecto* Oudartii. *profecto* Lucretiano more, ut notat Lamb. ad lib. I. 978. multis exemplis, quae ut recte teneremus, bis legi

Quem caſum portenta ferant: ego poſcor Olympo.
Hoc ſignum cecinit miſſuram Diva creatrix,
Si bellum ingrueret; Volcaniaque arma per auras
Laturam auxilio.
Heu, quantae miſeris caedes Laurentibus inſtant!
Quas poenas mihi, Turne, dabis! quam multa ſub undas
Scuta virûm, galeaſque, et fortia corpora volves,
Thybri pater! poſcant acies, et foedera rumpant.
Haec ubi dicta dedit, ſolio ſe tollit ab alto;
Et primum Herculeis ſopitas ignibus aras
Excitat, heſternumque Larem, parvoſque Penatis
Laetus adit, mactant lectas de more bidentis,
Euandrus pariter, pariter Troiana iuventus.
Poſt hinc ad navis graditur, ſocioſque reviſit:
Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur,
Praeſtantis virtute legit: pars cetera prona
Fertur

legi voluit nuperus editor, qui ſolo hoc Virgilii loco defungi potuiſſet, vel quatuor etiam Lucani adiungere. *Tunc vero memorat, hoſpes ne*, Venetus.

533 FERANT) *Ferunt* Parrhaſ.

537 MISERIS CAEDES) *Clades* Bigotianus a manu ſecunda. *inſint* Mediceus. idem Schol. ad 1. Od. 15. vulgatum ordinem habet.

538 MIHI, TVRNE) *Tu mihi, Torne* Francianus, *mihi, Turne, dabis poenas* alter Hamburgicus.

Ibid. SVB VNDAS) *Sub unda* Zulichemius, Dorvill. et Oudartii. *ſub undis* ſecundus Moreti. vid. lib. 1. 100. et Cerdam. *ſed multa ſub undas* Venetus.

543 EXCITAT] *Suſcitat* Menagianus, Sprotianus, pr. Rottendorphius, pr. et quart. Moretanus, alter Mentelius, alter Hamburgicus et Schefferius; *Suſcitat heſternumque* Francianus et Ed. Mediol. *ſuſcitat* etiam Hugenianus, Vratislav. Leidenſ. unus et Excerpta noſtra. *Herculeas ſopitis ignibus aras Excitat, externumque* Dorvil. et Parrhaſ. qui tamen *heſternumque*. vide adnotata ad Ovid. VIII. Met. 642. et V. Faſt. 506.

544 MACTAT) *Mactant* Mediceus, quomodo ex lib. IV. hoc hemiſtichium legitur. *Laetas* Sprotianus et Excerpta noſtra. *mactant* Zulichemius. *adiit, mactat* Dorvill.

547 SEQVANTVR) *Sequuntur* Francianus. *ſequentur* alter Hamburgicus.

550 RE-

Fertur aqua, fegnifque fecundo defluit amni,
Nuntia ventura Afcanio rerumque patrifque.
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva:
Ducunt exfortem Aeneae; quem fulva leonis
Pellis obit totum, praefulgens unguibus aureis.
Fama volat parvam fubito volgata per urbem,
Ocius ire equites Tyrrheni ad limina regis.
Vota metu duplicant matres, propiufque periclo
It timor, et maior Martis iam adparet imago.
Tum pater Euandrus dextram complexus euntis
Haeret, inexpletum lacrimans, ac talia fatur:
O mihi praeteritos referat fi Iuppiter annos!
Qualis eram, quum primam aciem Praenefte sub ipfa
Stravi, fcutorumque incendi victor acervos;
Et regem hac Herilum dextra fub Tartara mifi:
Nafcenti cui tris animas Feronia mater
(Hor-

550 REGVMQVE) *Regnique* alter Hamburgicus. mox, *petentibus arma* Venetus.

552 EXSORTEM) Vel *ingentem* Zulichemius. *exortem* Dorvil.

554 PARVAM) *Parvas urbes* prior Hamburgicus.

555 AD LITORA) *Ad limina* Mentelius uterque, fecundus tertiusque Rottendorphii, et tres alii, etiam Gudianus a manu prima. quod mihi fe probat. Ita etiam Francianus. vide ad lib. II. 371.

557 IT TIMOR] *It metus* apud Prifcian. lib. XVIII. Vid. ad Valer. Flac. I. 547. *propiufque pericli Hic amor* vitiofe citat Philarg. ad IV. Georg. 47. poffet et *propius periclum*. fed fequor codices. vid. ad Sil. Ital. I. 13. de metu et dolore vid. ad Valer. Flac. I. 326.

559 INEXPLETVM) *Inexpletus lacrimis* in Mediceo et pro difcrepante fcriptura in Gudiano. Ita variant et alii. *inexplesus* Ed. Venet. *inexpletum* Dorv. a m. fec.

561 ERAM) *Erat* Prifcianus lib. XVII. pag. 1110.

Ibid. PRAENESTE SVB IPSA) Subintelligi poteft *urbe. Praeneftae* Dorvil.

562 SCVTORVMQVE) *Sacrorumque* fecundus Moreti. *accendi* Venetus.

563 ERYLVM) *Cerilum* Zulichemius. *Elinum* Sprotianus a manu fecunda. *Erilum* Dorvil. *Acerilum* Excerpta noftra. *hac* deeft Vratislavienfi.

566 TER

(Horrendum dictu) dederat, terna arma movenda;
Ter leto ſternendus erat: cui tunc tamen omnis
Abſtulit haec animas dextra, et totidem exuit armis.
Non ego nunc dulci amplexu divellerer uſquam,
Nate, tuo: neque finitimo Mezentius uſquam,
Huic capiti inſultans, tot ferro ſaeva dediſſet
Funera, tam multis viduaſſet civibus urbem.
At vos, o Superi, et Divom tu maxume rector
Iuppiter, Arcadii, quaeſo, miſereſcite regis,
Et patrias audite preces. Si numina veſtra
Incolumem Pallanta mihi, ſi fata reſervant,
Si viſurus eum vivo, et venturus in unum,
Vitam oro: patiar quemvis durare laborem.
Sin aliquem infandum caſum, Fortuna, minaris;
Nunc, o nunc liceat crudelem abrumpere vitam,
Dum curae ambiguae, dum ſpes incerta futuri,
Dum te, care puer, mea ſera et ſola voluptas,
Con-

566 TER LETO) *Terque ſolo* Oudartii.

568 DVLCI) *Duplici* Sprotianus. *devellerer* idem et primus Rottendorphius, et quartus Moreti. *tunc dulci* Dorvill.

569 VSQVAM] *Vſquam* et *umquam*, utroque in verſu variant codices. *huic*, id eſt meo capiti. δεικτικῶς. *finitimo ferro* pro *bello*, ut Suet. Aug. 1. et Iuſtin. 1. 1. et alii. *viduas urbes* Lucano III. 399. voluit pro *vacuas* dare Heinſius. *capiti inſultare* explicuimus ad Suetonii Caeſ. XXII. *finitimos* Dorvil. a m. ſec.

573 MISERESCITE REGIS) Ad Virgilii exemplum dixiſſe Stat. 1. Theb. 282. *generis miſereſce tui* notat Scholiaſtes Barth. ubi alii *miſerere* habent.

575 RESERVANT) *Reſervent* Bigotianus et Parrhaſ.

577 PATIAR) *Quamvis* Leidenſis. *patior* Parrhaſ. et praefert Catroeus vulgatae, ex Pierio ſua compilans. *oro et patior* Ed. Venet.

579 NVNC, O NVNC) *Nunc, nunc o liceat crudelem* Dorvil. *rumpere* Zulichemius. ita II. 644. *ſic, o, ſic poſitum adfati diſcedite corpus.* nunc nunc o Ald.

580 DVM CVRAE) *Dum ſpes ambiguae curae dum incerta futuri* Parrhaſ.

581 CARE PVER] *Kare puer, mea ſola et ſera* Dorvil. *ſola et ſera* Ed. Venet. Mediol. et Ald. variant etiam in ordine verborum codices Servii ad lib. IX 482.

Conplexu teneo: gravior ne nuntius auris
Volneret. Haec genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli conlabsum in tecta ferebant.
Iamque adeo exierat portis equitatus apertis:
Aeneas inter primos, et fidus Achates:
Inde alii Troiae proceres. Ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde, et pictis conspectus in armis.
Qualis, ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignis,
Extulit os sacrum coelo, tenebrasque resolvit.
Stant pavidae in muris matres, oculisque sequuntur
Pulve-

582 CONPLEXV] In Mediceo *complexus*. etiam in Vaticano Pierii. nec aliter Vossianus prior, Leidensis, Sprotianus, et Menagianus alter. alter Hamburgicus, *complexum*. *Complexu* Francianus. *amplexu* Parrhasianus. vid. ad Petron. cap. LXXXVI. et Val. Flac. I. 214.

Ibid. NE NVNCIVS] *Neu* Gudianus a manu secunda. *nec et vulnerat* Markl. ad Statii V. Silv. II. 88. contra scriptos *nec* ibi intrudens, et hoc loco, ubi *ne* constanter scripti, firmans incertam correctionem, quae huic loco non convenit. nam non pendent haec a praecedentibus, sed per se subsistunt, et deprecantis graviorem nuntium est animi male angurantis.

583 VOLNERET] *Verberet* Bigotianus. utrumque satis defendi posset. sed mihi *vulneret* magis tristi nuntio convenire videtur. nam *verberari aures* potius dicuntur clamoribus magnis, et sonitu, qui nobis horrendus, vehemens et ingratus ad aures accidit, sed non semper tristia adfert. ut Lucan. VII. 25. *Nullas tuba verberet aures*; ubi praecedit de somno rupto, et idem significat quod Horatius Epod. II. *nec excitatur classico miles truci*. *verberet* ergo adscribendum librariis, qui haec verba soliti fuerunt commutare. vid. ad Ovid. IV. Met. 726. et ad Sueton. Neron. XXVI.

585 PORTIS) *Portas apertas* Hugenianus. ita solent *exire*, *excedere*, *egredi* construere. vid. ad Ovid. II. Metam. 517.

588 IN MEDIO) *It medio* Markland. ad Statii V. Silv. I. 245. vid. inf. 675. IX. 28. et 728. et saepe alibi.

589 PERFVSVS) *Profusus* secundus Mentelii.

591 OS SACRVM) Vertisse Virgilium vocem εἶδος per *os*, docet Vrsinus ad Fragmenta Sapphûs pag. 288. sed *os*, *vultum* et similia dant Poëtae Soli, Lunae et aliis sideribus. vid. ad Petron.

Ibid. RESOLVIT) *Removit* Bigotianus.

592 STANT) *Sunt pavidae* primus Rottendorphius a m. pr.

594 ME-

Pulveream nubem, et fulgentis aere catervas.
Olli per dumos, qua proxima meta viarum,
Armati tendunt. It clamor, et agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
Est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem,
Religione patrum late sacer: undique colles
Inclusere cavi, et nigra nemus abiete cingunt.
Silvano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
Arvorum pecorisque Deo, lucumque diemque,
Qui primi finis aliquando habuere Latinos.
Haud procul hinc Tarcho, et Tyrrheni tuta tenebant Castra

594 META] *Meta* hic notat finem viarum, vel locum, quo plurimae viae exeunt in unum, et ad quam metam calle vel semita propius itur, quam per circuitum. male Servius explicare videtur. imitatur Stat. II. 496. *Fert via per dumos, propior qua calle latenti Praecelerant, densaeque legunt compendia silvae.* ubi Lutatius hunc Maronis locum laudat.

596 QVATIT VNGVLA CAMPVM] Marius Plotius libello de Metris videtur legisse, *quatit ungula pulverem.* sed Nonius Marcellus et Diomedes Grammaticus stant pro recepta lectione. stant et codices scripti. Ita Aeschylus septem contr. Theb. 83. πεδιοπλόκτυπος βοά. ut recte explicuit Arnaud. Specim. Animadv. Critic. cap. XXXIII. ita et de curribus idem Aeschylus v. 211. ἁρματόκτυπα ὄτοβον dixit. luxuriant Poëtae in his. vid. Heins. supr. ad lib. VI. 591. apud Non. Marc. in *quatere* Mercerus edidit *quadripedante p. cuatit.* vid. et lib. XI. 875.

597 CAERITIS AMNEM] *Ceretis* Francianus et Parrhasianus et Ald.

599 CINGVNT] *Cingit* Parrhas. *ilice cingit* Zulichem. a manu pr. *Silvarum pecorisque* Cerda male: non enim differebant multum, *Faunus, Pan, Silvanus*, qui omnes agrestes dii, rusticorum et pastorum numina erant, et Servii verba docent, ὑλικὸν θεὸν non debere verti *Silvarum deum, sed universae substantiae materialis dominatorem*, ut de Pane loquitur Macrob. I. 22. unde et in Glossis Πᾶν, θεὸς ὑλαῖος, vertitur, *Silvanus.* et hinc agrestium numina *Silvanum* invocat Maro lib. I. Georg. 20. cui etiam est studium *arva* tueri. *Arva* autem licet proprie agros, qui seruntur et arantur, notent, latius de universo agro et regione millies poni solent. ut *Lavinia, Saturnia, arva* de tota regione. vid. ad Rutil. I. 83.

603 TARCHO) *Tarchon* Gudianus, Venetus et nonnulli alii. *Tharco* altet Mentelli. *et* deest Montalbanio et primo Rotten-

Castra locis, celsoque omnis de colle videri
Iam poterat legio, et latis tendebat in arvis.
Huc pater Aeneas, et bello lecta iuventus,
Succedunt, fessique et equos et corpora curant.
At Venus aetherios inter Dea candida nimbos
Dona ferens aderat: natumque in valle reducta
Vt procul egelido secretum flumine vidit,
Talibus adfata est dictis, seque obtulit ultro:
En, perfecta mei promissa coniugis arte
Munera: ne mox aut Laurentis, nate, superbos,
Aut acrem dubites in proelia poscere Turnum.
Dixit, et amplexus nati Cytherea petivit:
Arma sub adversa posuit radiantia quercu.
Ille Deae donis et tanto laetus honore,
Expleri nequit, atque oculos per singula volvit,

Mira-

Rottendorphio. *Tarcon* Parrhas. vid. inf. XI. 727. et h. l. v. 506.

605 ET LATIS] *Vt latis tendebat in arvis* castigabat Tanaq. Faber animadversis ad Phaedri fabellas, non inconcinne, sed obstant libri veteres. Ita et Barthius ad Stat X. Theb. 857. *Latiis* coniecerat Heinsius in codicis ora. *Letis* Francian. a manu prima. ut et mox, *leta iuventus*. vulgata legitur apud Serv. II. Aen. 29. Torr. ad Suet. Galb. XII. citat, *iam poterat locus*. *in armis* Excerpta nostra.

606 LECTA) *Electa* primus Rottendorphius et Leidensis. *hoc pater* Leidensis alius. vid. supr. 423.

607 FESSIQVE ET) *Fessique equos* Dorvill.

609 NATVMQVE) Commentator Crucquianus ad Horat. I. Od. 17. laudat, *penitusque in valle reducta*. vid. lib. VI. 703. *natum in* alter Hamburgicus.

610 EGELIDO) *E gelido* Leidensis, Zulichemius, Ed. Venet. et Mediol. *ingelido* Montalbanius. *et procul* Parrhasian.

612 PROMISSA) *Promissi* Excerpta nostra. *arce* Sprotianus.

613 NE MOX) *Nec* editio Iuntina et Oudartii codex. *nec mox bis Laur*. Ed. Venet.

614 DVBITES) *Dubitas* Regius.

616 SVB ADVERSA) *Sub aversa* Leidensis. *radientia* Mentelii prior, Menagii prior, Gudian. et tres quatuorve alii. et ita *radientis* supr. v. 23. Gudianus et primus Rottend.

618 EXPLERI) *Per singula versat* secundus Moreti. *miratur* Ed. Ald. pr. *interque manus sua brachia* Parrhas. *verset* Reg.

620 FLAM-

Miraturque, interque manus, et brachia versat
Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem,
Fatiferumque ensem, loricam ex aere rigentem,
Sanguineam, ingentem, qualis, quum caerula nubes
Solis inardescit radiis, longeque refulget.
Tum levis ocreas electro, auroque recocto,
Hastamque, et clipei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorumque triumphos,
Haud vatum ignarus, venturique inscius aevi,
Fecerat Ignipotens: illic genus omne futurae
Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella.
Fecerat et viridi foetam Mavortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum
Ludere pendentis pueros, et lambere matrem
Inpavidos: illam tereti cervice reflexam

Mul-

620 FLAMMASQVE VOMENTEM] *Flammamque* alter Hamburgicus. *flammisque* Parrhas. a m. pr. de splendore capit Duker. ad Flor. IV. XII. 16. ut lib. X. 270. vide mox ad v. 634. illud *nantem* potuit etiam ex *minantem* superfuisse. *minaces* et *minantes* vero galeas alii dixerunt. vid. ad Valer. Flac. VI. 519. sed valeant coniecturae incertae. infra etiam v. 680. *geminas cui tempora flammas Laeta vomunt.*

621 LORICAM) *Et loricam* Bigotianus, quod Heinsio placebat. *loricamque* prior Hamburg. *rugentem* Francian.

624 RECOCTO) *Recoctas* primus Rottendorph.

627 VATVM) *Fati* Bigotianus. *fatum* Sprotianus et primus Rottendorphii et primus Moreti. quod pro *fatorum* capit Waddel. Anim. Critic. pag. 26. *ignaros* secundus Rottend. et Menagii alter.

628 FVTVRAE) *Latinum* Ed. Venet. inscite ex lib. I. 6. repetitum.

629 PVGNATAQVE IN) *Pugnantique ordine* Montalbanius. *pugnata ex ordine* Oudartii sine praepositione. *pugnataque ordine* Francian.

630 FOETAM MAVORTIS] Vondelius ex Marte gravidam interpretatur, quod nec historiae, nec verbis convenit. sed *foeta Lupa* Mavortis est iam onere levata, ut Nonius explicat, quae peperit, et ideo lacte nutrire potest infantes. illa vero in antro Martis procumbit, ut geminis ubera praeberet. *foeta* enim et plena sive gravida, et etiam iam enixa. vid. lib. I. 55. et II. 238.

631 GEMINOS) *Geminosque* Francianus.

633 REFLEXAM] *Reflexa* Gudianus et Menagianus prior cum aliis quatuor minoris rei: etiam primus Rottendorphius a

 manu

Mulcere alternos, et corpora fingere lingua.
Nec procul hinc Romam, et raptas sine more Sabinas
Consessu caveae, magnis Circensibus actis,
Addiderat, subitoque novum consurgere bellum
Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis.
Post idem inter se, posito certamine, reges
Armati Iovis ante aram, paterasque tenentes
Stabant, et caesa iungebant foedera porca.
Haud procul inde, citae Metium in diversa quadrigae

Distu-

manu prima. Et Francianus. *fingere* profert Catroeus, ingrato sono. ut infr. IX. 89. *reflexam* moveri non debet. vid. Davis. ad Cicer. II. de N. D. 42. *reflexa cervice* tamen dixit Maro lib. X. 535. sic *flexa cervice* Ovid. Epist. XVI. 131. ubi vide notas. ita ut MSS. standum sit, quia utroque modo locuti veteres. hic quia *tereti* additur, *reflexam* praefero.

634 MVLCERE] Recte Servius. de quo videri debent Miscell. Observ. Critic. Vol. 1. p. 20. et IV. pag. 198. et quae diximus ad lib. 1. 483. vid. et modo v. 620. de verbo *fingere*, quod in hac re etiam Ovidius adhibet, II. Fast. 418. vid. Heins. ad Ovid. XX. Epist. 134.

635 SINE MORE]. Ovid. 1. Art. 113. *sine lege*, ubi tamen codex Schefferi, *sine more*. vide, quae ibi adnotavimus.

636 CONSESSV) *Concessu* tertius Mentelii, et Gudianus a manu prima. et ita Menagii alter. et quartus Moreti.

637 ADDIDERAT) *Addiderant* Editio Iuntina.

638 ROMVLIDIS) *Romulidi* Menagii prior.

640 ANTE ARAS) *Aram* Editio Iuntina Ald. et Cerdae et aliae.

641 CAESA PORCA] Heinsius in Schedis scripserat, *caeso porco*, ut *porcus* femina saepe Catoni de R. R. vide Festum in *Recto fronte*. sic *agnus* femina in Leg. XII. Tabul. vide Voss. de Analog. lib. 1. cap. 16. *sic oculis capti talpae*. 1. Georg 183. et *timidi damae* in Ecl. IV. sed *caesa porca* etiam Sueton. Claud. XXV.

642 CITAE) Donatus explicat *divisae*. sed H. Stephan. recte animadvertit primam eo sensu esse producendam. ut et Servius. sed quidam apud Lucretium lib. 1. 386. *si cita dissiliant* explicant divisa, alii *cito* vel *cita* pro *cito* capiunt. vid. notas Bapt. Pii.

642 METVM] Apud Suet. Vesp. XIV. *Metium Pompusianum* habet Memm. codex, ubi alii *Mettium* sed et Dom. X. *Mettium* Copesianus. *Geminus Metius*

Distulerant, (at tu dictis, Albane, maneres)
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus
Per silvam, et sparsi rorabant sanguine vepres.
Nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
Adcipere, ingentique urbem obsidione premebat:
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem, similemque minanti
Adspiceres; pontem auderet quod vellere Cocles,
Et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis.
In summo custos Tarpeiae Manlius arcis
Stabat pro templo, et Capitolia celsa tenebat,
Romuleoque recens horrebat regia culmo.
Atque hîc auratis volitans argenteus anser
Porticibus Gallos in limine adesse canebat:
Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,
Defensi tenebris, et dono noctis opacae.

Aurea

tius inter Latinos Liv. VIII. 7. ubi duo codices *Mettium*.

643 DISTVLERANT) *Dispulerant* Mediceus a manu secunda.

645 SPARSI] *Sparso* Bigotianus. sed *sparsi* Lutatius ad Stat. X. Theb. 166. utrumque dici posse vidimus ad Eclog. IX. 1. et Val. Flac. III. 166. de genere τῶ *vepres* vid. apud Serv. ad 1. Georg. 271.

646 TARQVINIVM) *Tarquinum ei. Porsena* Ed. Venet. *Tarquinus* Venet. Dorvil. *electum* Gudianus.

647 INGENTIQVE) *Ingentemque* Gudianus a manu prima.

650 QVOD) *Quia* scripti constanter. et bene. *Quod* Francianus. *qui auderet vellere* Ed. Venet. *auderet qui avellere* Medic. *quia* Dorvill.

651 ET) *At* Leidensis. *Coclea* Zulichemius, Menagius uterque. *Delia* Excerpta nostra a manu prima. *Cleria*, *Cloria*, *Coclia* alii. *Cordia* Dorvil. *ruptis in. Cloelia vinclis* Parrhas. *vincula rumpere* similiter dixit lib. II. 134. ubi vid. Serv.

652 MANLIVS) *Maulius* Dorvil. *Mallius* plerique codices. *Malius* Hugenianus.

655 HIC) *Hinc* secundus Moretanus. Et ita Dorvill.

Ibid. ARGENTEVS ANSER) Imitatione Lucretii lib. IV. 685. ubi vide Pii notas.

657 OLLI) *Galli* Heinsii codices constanter. Pierius ex pervetusto exemplari profert, *Olli per dumos*. Et ita Lutat. ad Stat. 1. Theb. 99. sed Statius haec imitans lib. IV. 798. *Illi per dumos*.

658 DEFENSI TENEBRIS) *A tenebris* Scholiastes Horatii Grucquianus lib. III. Od. 4. Sed tunc diversus a Poëtae mente sensus exiret. vid. ad Ecl. VII. 6.

 659 AT-

Aurea caesaries ollis, atque aurea vestis.
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur. Duo quisque Alpina coruscant
Gaesa manu, scutis protecti corpora longis.
Hic exsultantis Salios, nudosque Lupercos,
Lanigerosque apices, et lapsa ancilia coelo
Extuderat: castae ducebant sacra per urbem

Pilen-

659 ATQVE AVREA VESTIS) Giphanius Indic. Lucretian. in *vestis* barbam interpretatur. *Caesaries solis* Menagii prior.

660 LVCENT] *Fulgent* Mentel. prior et alter Menagianus, cum Leidensi et Moretano secundo. Et ita Ed. Venet. et Dorvill. parum interesse credo, quia haec verba de eadem re saepe occurrunt, ut exempla a Broukh. ad Propert. II. 1. 5. adducta probant, ubi puellas *lucere* et *fulgere* promiscue dici probat. de auri et purpurae splendore etiam eadem verba saepe inveniuntur. ut notum male vero hic per virgas purpuram Servius intelligit, cum sint auratae virgae, quas egregie explicant Broukhus. ad Tibul. II. VI. 36. et Drakenb ad Sil. Ital. IV. 155. et, quos ibi adducit, viri docti. in Valerio Flac. vero lib. II. 159. *virgatam nurum* nos alio sensu explicuimus, et de *notis Threiciis*, ut Valer. Max. IX XIII. 3. vocat, capiendum Poëtam credidimus, ut postea etiam Valesium ad Excerpta Peiresciana ex Diodor. Siculo pag. 56. explicuisse deprehendimus. et ita *virgatae tigres* Senec. Hipp. 345. et Herc. Oet. 146. variis maculis et lineis quasi cutem distinctam habentes. de aureis vero virgis agi recte ex praecedentibus, caesarie etc. quae ex auro erant, constare notarunt alii. vid. ad Ovid. II. Met. 107. in Montalbano codice hic etiam legebatur, *fulget*, quod posset non displicere, si distinctio post *vestis* tolleretur, et ipsa vestis diceretur *fulgere*. sed maneat vulgata, quia inconcinnius *vestis* diceretur *fulgere sagulis*. sic Ovid. X. Met. 112. *cornua fulgebant auro*. et VIII. 26. *auro fulgens clypeus*. ut Heinsius restituit: et ita passim.

661 INNECTVNTVR) *Immiscentur* Oudartii.

Ibid. ALPINA CORVSCANT GAESA] *Cesa* Francian. *Gessa* Dorvil. *duo cuique* Parrhas. *Albina* etiam Parrhas. et pr. Rottend. a m. pr. Livius IX. 36. *falcibus, binisque Gaesis armati*. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. II. 444. ab hac voce Franci habuere *Gest*. ut ex prioris aevi lingua Borellus docet. *coruscat* Ald.

662 SCVTIS LONGIS) Haec laudat Schol. Lucani lib. VI. 259. ubi, *longis Teutones armis*. sed ibi de contis, non de scutis agitur.

664 APICES) *Lares* Mediceus. *hinc* Editio Iuntae.

665 EXTVDERAT] *Extulerat* tertius Rottendorphii, Leidensis, primus Moreti, et a manu prima Sprotianus et secundus Hamburgensis. *Excuderat* Leidensis,

Pilentis matres in mollibus. Hinc procul addit
Tartareas etiam ſedes, alta oſtia Ditis;
Et ſcelerum poenas, et te, Catilina, minaci
Pendentem ſcopulo, Furiarumque ora trementem,
Secretoſque pios: his dantem iura Catonem.
Haec inter tumidi late maris ibat imago
Aurea; ſed fluctu ſpumabant caerula cano:
Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora verrebant caudis, aeſtumque ſecabant.
In medio claſſis aeratas, Actia bella
Cernere erat: totumque inſtructo Marte videres
Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus
Hinc Auguſtus agens Italos in proelia Caeſar
Cum Patribus, Populoque, Penatibus, et magnis DIs,
Stans celſa in puppi: geminas cui tempora flammas
Laeta

denſis, Hugenianus. Zulichemius Parrhaſ. et Dorvill. Sprotianus a manu ſecunda *Exciderat* Montalbanius et alter Menagii. vid. ad IV. Georg. 315.

666 HINC) *Huic* ſecundus Rottendorphius et Venetus.

667 ALTA OSTIA) Cicer. 1. Tuſc. 16. *aperto oſtio alti Acherontis*. vid. IV. Georg. 467.

669 SCOPVLO) *In ſcopulo* Oudartii.

Ibid. TREMENTEM) *Frementem* primus Rottendorphius, et ita Genevenſis editio.

670 CATONEM) Cenſorium quoque intelligit Brioſius in Epiſtolis pag. 116. Segraeus Vticenſem intelligit. vide hic Cerdam et Ruaeum et alios.

271 HAEC) *Hoc* Francianus.

672 SPVMABANT) *Spumabant aequora* Zulichemius. *caerula ponto* Montalbanius a manu prima. ego *ſpumabant* retinui: tanta enim arte erat imago illa ficta, ut ipſa caerula ſpumare viderentur.

673 ARGENTO) *Ex argento* Francianus.

Ibid. ORBEM) *Orbe* Menagius alter, Venetus, duo Rottendorphii. *orbes* Montalbanius et Hugenianus. *arcano clari* Venetus.

674 VERREBANT) *Vertebant* Leidenſis, tertius Rottendorphius a manu prima. *aeſtuque* Sprotianus.

675 ACTIA BELLA) Heinſius coniecerat *Actia vela. claſſes aeratas et Accia bella* Parrhaſ. *Auratas* Ed. Veneta.

676 VIDERES) *Videre* Montalbanius. *Leucatem* Zulichemius, Leidenſis, et Venetus. *Leucantem* Mentelii prior.

678 HINC) *Hic* Francianus.

679 POPVLOQVE) *Populiſque* Ed. Venet.

680 CELSA IN PVPPI) *Stat* Menagii prior, tertius Rottendor-

Laeta vomunt, patriumque aperitur vertice ſidus.
Parte alia ventis et DIs Agrippa ſecundis
Arduus agmen agens: cui belli inſigne ſuperbum
Tempora navali fulgent roſtrata corona.
Hinc ope barbarica, variiſquë Antonius armis,
Victor ab Aurorae populis et litore rubro
Aegyptum, vireſque Orientis, et ultima ſecum
Bactra vehit; ſequiturque (nefas) Aegyptia coniunx.
Vna omnes ruere, ac totum ſpumare reductis
Convolſum remis, roſtriſque tridentibus, aequor.
Alta petunt: pelago credas innare revolſas
Cycladas, aut montis concurrere montibus altos.
Tanta mole viri turritis puppibus inſtant.

Stuppea

tendorphius, et Excerpta noſtra. et Ed. Venet. et Mediol.

681 VOMVNT) *Volunt* Mediceus a manu prima. *movens* Sprotianus a manu prima.

682 ET DIS) *Ac Dis* Venetus *Dis et ventis* Serv. ad I. Aen. 292.

683 ARDVVS) Deeſt hic verſus Parrhaſ.

685 VARIISQVE] Heinſius coniecerat, *Phariiſque*, quod, niſi ſequeretur *Aegyptum*, non diſpliceret. nam et alibi ita peccarunt Librarii. vid. ad Sueton. Domit. I. et alibi.

686 VICTOR) Marklandus ad Stat. II. Silv. VI. 3. legebat *ductor*. *victorque* Francianus et praecedenti verſu *opere*. utrumque perperam. ſed *victor* non movendum, propter rationes a Servio adductas. *ab aurora populos* primus Rottend. *Aurora populis* Leidenſis.

687 VIRESQVE) *Vires* Parrhaſ.

Ibid. VLTIMA SECVM BACTRA VEHIT) Contra Servium exponit Brouckh. ad Prop. III. I. 16. vid. ad Lucan. lib. VIII. 298.

688 SEQVITVRQVE) *Sequitur* Regius. Aegyptia ad invidiam dicitur, contra leges unde ne Romana quidem matrona Lucan. X. 67. dicitur.

690 STRIDENTIBVS) *Tridentibus* Medic. Heinſii ſolus. *Roſtris ſtridentibus* Menagii prior.

691 CREDAS] *Credes* Gudianus. hoc incredibile excuſat Senec. Suaſor. I. quia *credas*, oſtendit, videri innare, non vero fieri.

692 AVT) *Et* Venetus et alter Hamburgenſis. *altis* duo Leidenſes et Hugenianus. ſed vulgata eſt apud Lutatium ad Statii IX. Theb. 337.

Ibid. MONTES CONCVRRERE etc. Vide an non reſpiciat portentum, quod narrat Plin. II. 83.

694 TE-

Stuppea flamma manu, teliſque volatile ferrum
Spargitur. Arva nova Neptunia caede rubeſcunt.
Regina in mediis patrio vocat agmina ſiſtro:
Necdum etiam geminos a tergo reſpicit anguis.
Omnigenûmque Deûm monſtra, et latrator Anubis,
Contra Neptunum, et Venerem, contraque Minervam
Tela tenent. Saevit medio in certamine Mavors
Caelatus ferro, triſteſque ex aethere Dirae;
Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia palla:
Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.
Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
Deſuper: omnis eo terrore Aegyptus, et Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.
Ipſa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare, et laxos iam iamque inmittere funis.
Illam inter caedes pallentem morte futura
Fecerat Ignipotens undis et Iapyge ferri;

Contra

694 TELIQVE) *Teliſque* Mediceus et caeteri omnes. probe omnino. Et ita Parrhaſ. Reg. Dorvil. et plures cum Edit. Iuntin. et multis aliis. *volabile* Montalban.

696 MEDIIS] *Medio* Francianus. ſic et apud Stat. II. Theb. 389. *conſtitit in mediis.* ubi Cod. Barth. *in medio.* male. in mediis, pro ipſe medius inter turbam, quae eum cingebat, vid. ad lib. II. 508.

697 GEMINOS) An *gelidos* a veneno. vid. ſupr. VII. 450. *necdum et geminos* Dorvil.

698 ANVBIS) *Anubes* ſecundus Rottendorphius.

699 ET VENEREM) Copula deeſt Dorvil.

700 IN CERTAMINE) Praepoſitio deeſt Parrhaſiano.

704 ARCVM INTENDEBAT] *Arcum tendebat* Gudianus, prior Mentelius et alii ſeptem praeterea, pro *deſuper* in priore Voſſiano *protinus.* *Arcu intendebat* Mentelii tertius et Regius. *intendebat* vindicat Commentator Horatii Crucquianus ad lib. I. Od. 2. et ita editio Iuntina. *tendebat* Dorvil. vid. ad lib. I. 18.

708 LAXOS) *Lapſos* Zulichemius, Bigotianus, Dorvil. et Oudartii. *iamiam immittere* Parrhaſ.

709 MORTE FVTVRA) *Caede futura* Oudartii. vid. ad Lucan. IV. 516.

710 IAPYGE) *Iapige* Parrhaſ. *Iapide* Dorvill.

711 MA-

Contra autem magno maerentem corpore Nilum,
Pandentemque ſinus, et tota veſte vocantem
Caeruleum in gremium, latebroſaque flumina victos.
At Caeſar, triplici invectus Romana triumpho
Moenia, DIs Italis votum inmortale ſacrabat.
Maxima tercentum totam delubra per Vrbem
Laetitia, ludiſque viae plauſuque fremebant:
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus arae;
Ante aras terram caeſi ſtravere iuvenci.
Ipſe, ſedens niveo candentis limine Phoebi,
Dona recognoſcit populorum, aptatque ſuperbis
Poſtibus: incedunt victae longo ordine gentes,
Quam variae linguis, habitu tam veſtis et armis.
Hîc Nomadum genus, et diſcinctos Mulciber Afros,

Hîc

711 MAGNO) *Magni*, id eſt Pompeii, Waddel. Animad. Critic. p. 27. cur maerentem vocet Nilum, vid. Brouckhuſ. ad Prop. III. IX. 51.

712 PANDENTEMQVE) *Pandentem ſinus, et tota* Parrhaſ.

Ibid. TOTA VESTE) *Sinum et tota quem* Leidenſis. *ſinum* et *totaque in* primus Rottend. *totaque in* Menagii prior. *torta* etiam Valeſius in Valeſianis pag. 176.

716 DELVBRA) *De turba* Parrhaſ.

717 LVDISQVE) *Laudiſque* Parrhaſ. et Leidenſis. *Plauſumque* Dorvil.

718 OMNIBVS ARIS) *Ara* Parrhaſ.

719 TERRAM) *Terras* Dorvill.

721 RECOGNOSCENS] Id eſt diligentius nunc expoſita ordine inſpiciens, et quae antea quaſi acervatim adlata eſſent, nunc ſingula diſcernens, et quae cuique loco eſſent reponenda. Nam haec vis verbi *recognoſcere*, ante iam viſa, vel nota, diligentius excutere. Ovid. I. Faſt. 5. *Sacra recognoſces, annalibus eruta priſcis.* Minut. Fel. cap. XXI. *Lege Stoicorum ſcripta vel ſcripta ſapientium, eadem mecum recognoſces.* ubi *re* abundare, et pro *cognoſcere* capiendum vult quidam. ſed vis eſt eius particulae iterum cognoſcere, in memoriam olim nota revocare.

Ibid. APTATQVE) *Aſtat que* Dorvill.

724 MVLCIBER) Commentator Crucquianus ad Horatii Art. Poet. 50. *diſcinctos Celtiber Afros* producit. vitioſe. certe *Mulciber* omnes praeter Gudian. Schol. Lucan. ad lib. X. 447. *diſtin-*

Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos
Finxerat. Euphrates ibat iam mollior undis,
Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis;
Indomitique Dahae, et pontem indignatus Araxes.
Talia, per clipeum Volcani, dona parentis
Miratur, rerumque ignarus imagine gaudet;
Adtollens humero famamque, et fata nepotum.

distinctos Mulciber Afros: etiam mendose. et ita Leidensis. *divinctos* Gudian. *disvinctos* Francian. *Mulcifer* Dorvillianus.

725 HIC) *Numadum* maxima pars codicum. *Hinc Nomadum* Rottend. pr. *Hinc Lelegas* decem Codd. *hinc relegas cerasque* Dorvil. *Carrasque* multi et Ed. Iunt. *Gelones* Vratisl. et Parrhas.

726 FINXERAT) *Pinxerat* alios legere notat Taubm.

727 MORINI) *Norini* Parrhas.

728 DAHAE) In quibusdam scriptis, *Dabae, Dachae, Dachi, Daci, Dacae.* v. ad Lucan. VII. 429. *et ponte* Montalbanus. *Araxis* prior Hamburgicus.

731 FATA) *Facta* duo Moreti, Bigotianus, tertius Mentelii, et Hugenianus a manu secunda. *flammamque* Mediceus. *humeris* Parrhas.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS.
LIBER NONVS.

Atque ea diverſa penitus dum parte geruntur,
Irim de coelo miſit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum. Luco tum forte parentis
Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat.
Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt:
Turne, quod optanti Divûm promittere nemo
Auderet, volvenda dies, en, adtulit ultro.
Aeneas, urbe, et ſociis, et claſſe relicta,
Sceptra Palatini, ſedemque petît Euandri.
Nec ſatis: extremas Corythi penetravit ad urbes:
Lydorumque manum, conlectos armat agreſtis.
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poſcere currus.

Rumpe

3 AD TVRNVM) *Ad Rutulum* alter Voſſianus. Et ſecundus Moreti. *in luco* Francianus.

4 SACRATA VALLE) Vid. ad II. Aen. 157.

5 LOCVTA EST) *Eſt* deeſt ſecundo Moreti. *Teumantias* Zulichemius.

6 DIVVM PROMITTERE NEMO) *Nemo pr. Divum* Parrhaſ. *attulit* illuſtrant notae Gronovii et Drak. ad Liv. XXVII. 13.

7 VOLVENDA) Vid. Catroeus.

8 VRBE) *Turba* prior Hamburgenſis pro varia lectione.

9 PALATINI) *Palantini ſ. petivit* Dorvil.

Ibid. PETIT) *Petivit* Edd. pr. et Med. *regnumque petivit* Ald. vid. Erythr. Ind.

10 CORYTHI) *Corithi, Choriti* ſcripti.

11 COLLECTOSQVE) *Manus* alter Menagii et Leidenſis. *et collectos* Regius. *collectoſque* Parrhaſ. et Ed. Venet. *manum collectos* Dorvil.

12 CVRRVS) *Currum* alter Menagii. *curſus* ſecundus Rottendorphii. ita lib. X. 581. *Nec Diomedis equos nec currus cernis Achil-*

Rumpe moras omnis, et turbata adripe caſtra.
Dixit, et in coelum paribus ſe ſuſtulit alis;
Ingentemque fuga ſecuit ſub nubibus arcum.
Adgnovit iuvenis, duplicisque ad ſidera palmas
Suſtulit, et tali fugientem eſt voce ſecutus:
Iri, decus coeli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde haec tam clara repente
Tempeſtas? medium video diſcedere coelum,
Palantiſque polo ſtellas. Sequor omina tanta,
Quiſquis in arma vocas. Et ſic effatus ad undam
Proceſſit, ſummoque hauſit de gurgite lymphas,
Multa deos orans; oneravitque aethera votis.
Iamque omnis campis exercitus ibat apertis,
Dives equûm, dives pictaï veſtis et auri.
Meſſapus primas acies, poſtrema coercent
Tyrrhidae iuvenes: medio dux agmine Turnus.
[Vertitur arma tenens, et toto vertice ſupra eſt.]
Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Quum refluit campis, et iam ſe condidit alveo.

Hîc

Achillis. ubi etiam *currum* alii codices. vid. et lib. XII. 624. et alibi. *non poſcere* Dorvil.

13 TVRBATAQVE) *Eripe* Oudartii. *turbataque* Serv. infr. ad v. 147.

17 AC TALI) *Ac tali* Dorvill. alii *et tali.*

18 ACTAM) *Aptam* Dorvill.

19 TAM CLARA) *Tibi clara* Montalbanius.

20 DISCEDERE COELVM) *Diſcindere* Dorvill. Ed. Venet. Mediol. et Ald. *debiſcere* Sprotianus. ex Homero deſumtum, qui Iliad. I. 554. *Οὐράνοθεν δ' ἄρ' ὑπεῤῥάγη ἄσπετος αἴθηρ.* deinde *Pollenteſque* Francian. et a m. pr. Vratislav. vid. Lucret. VI. 85. *Pallanteſque* Dorvill.

23 PROCESSIT) *Praeceſſit* Leidenſis. *Nimphas* Dorvil. a m. ſec.

24 ONERAVITQVE) Vid. ad lib. V. 167.

27 MESSAPVS) *Meſapus* Ald. et ita ſemper Dorvil. qui et *prima.* et mox *Turidae.*

29 VERTITVR ARMA TENENS) In pleriſque libris hic verſus deſideratur. Deeſt et Franciano, Regio et Parrhaſ. *eſt* deeſt Dorvill.

31 PER TACITVM) Hoc egregie illuſtrat Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 145.

32 CAMPIS] *Ripis* Bigotianus. *alvo* Francianus. Caſtalio Decad. VII. cap. 5. Obſervat. *refluere campis*, explicat relabi

e cam-

Hic ſubitam nigro glomerari pulvere nubem
Proſpiciunt Teucri, ac tenebras inſurgere campis.
Primus ab adverſa conclamat mole Caicus:
Quis globus, o cives, caligine volvitur atra!
Ferte citi ferrum, date tela, et ſcandite muros.
Hoſtis adeſt, eia. Ingenti clamore per omnis
Condunt ſe Teucri portas, et moenia conplent.
Namque ita diſcedens praeceperat optumus armis
Aeneas: ſi qua interea Fortuna fuiſſet,
Neu ſtruere auderent aciem, neu credere campo:
Caſtra modo, et tutos ſervarent aggere muros.
Ergo, etſi conferre manum pudor iraque monſtrat,
Obiici-

e campis in alveum. vid. Cerdam.

33 SVBITAM) *Subito* Parrhaſianus.

Ibid. PVLVERE) *In pulvere* Oudartii. *magno glom.* Gudianus a manu prima. mox, *conſpiciunt* prior Hamburgicus. *Aſpiciunt* Bigotii.

35 CAICVS] *Cayeus* uterque Hamburgici et Oudartii. *ab averſa* Zulichemius. *voce Caicus* ſecundus Rottendorphius. male. recte Servius, quae erat verſa in hoſtes. vid. ad Valer. Flacc. I. 493.

37 SCANDITE] Plerique Heinſii *et ſcandite*, ſed Mediceus et Venetus omittunt et. Copula deſideratur in ſimili verſu lib. IV. 594. *Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.* ſed ibi a vocali incipiens *impellite* nihil ſcabri in metro relinquit. Hic ultimam in *tela* produci propter *ſc.* volunt, de quo multi egerunt. et hic H. Steph. in Schediaſ. pag. 53. ſed probandum erat ex Virgilio et eius temporis Poetis, tam veternoſe delitiatos Auguſtaei temporis vates, ut ait Broukhuſ. ad Propert. III. IX. 46. et ad Tibul. II. I. 8. Videri poſſunt quos adducit Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. IX. 575. et alii. de τῷ *eſcendere*, quod mirum in modum placuit viris ſummis, ut dixi ad Suet. Caeſ. LXI. non adſentior Heinſio hic intrudenti, quum Virgilium hoc amaſſe oſtendendum erat. ideoque ego cum optimis codicibus copulam ſervavi.

38 EIA) *Heia* Gudianus, Venetus et duo alii. de ſimili clamore vid. ad Valer. Flac. III. 45. mox *portis* tertius Rottendorphius.

42 NEV STRVERE AVDERENT ACIEM] *Ne* prior Hamburg. et primus Rottend. et duo alii. *acies* Dorvill. Parrhaſ. et Francianus. *nec credere* Venetus.

43 SERVARENT) *Servaſſent* prior Hamburgenſis.

44 MONSTRAT) *Monſtrant* in tertio Rottendorphio, priore Ham-

Obiiciunt portas tamen, et praecepta facessunt,
Armatique cavis exspectant turribus hostem.
Turnus, ut ante volans tardum praecesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, et urbi
Inprovisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecum, iuvenes, qui primus in hostem?
En, ait. Et iaculum adtorquens emittit in auras
Principium pugnae, et campo sese arduus infert.
Clamore excipiunt socii, fremituque sequuntur
Horrisono: Teucrûm mirantur inertia corda;
Non aequo dare se campo, non obvia ferre
Arma viros, sed castra fovere. Huc turbidus atque huc
Lustrat equo muros, aditumque per avia quaerit.

Hamburgico, et Veneto. *Monstrant* etiam Zulichemius et Dorvill.

45 TAMEN) *Tantum* Dorvil.

46 CAVIS] *Suis* Sprotianus. *urbibus* Mediceus. *cavae turres*, quae in alveo suo viros celant, ut in equo Troiano II. Aen. 38. et 53. sic *cavae* in turribus *fenestrae* infr. 534. non enim solidae erant turres, sed intrinsecus cavae.

47 VOLANS) *Volans t. processerat* secundus Moreti. *rapidum praec.* Bigotianus. mox *electis* Montalbanius.

51 ECQVIS ERIT MECVM, O IVVENES] *Et quis* Francianus et Parrhas. et Dorvil. *iuvenis* Sprotianus. *quis primus* Leidensis, Francianus, primus Rottendorph. et Montalbanius. *cui* Menagianus alter. ita et variatur infr. 77. et 146. et centies alibi.

52 TORQVENS] Ita Mentelianus. *intorquens* Mediceus. ceteri *attorquens*. quod Pieriani quoque vetustiores agnoscunt. nec dubito quin recte: nam *attorquere* simul torquere significat. etsi verbum id paullo rarius est atque insolentius. *Attorquens* Francianus. *torquens* Parrhas. alter Menagianus, Dorvil. et Venetus, et Ed. Veneta. *intorquere* magis obvium apud nostrum. vid. ad lib. II. 52. 231. et alibi. *emittat* Montalban. et Zulichemius.

53 ET CAMPO] *Campis* Zulichem. primi Rottend. et Hamburg. Parrhas. et Excerpta nostra, et Ed. Veneta. de τῷ *infert* vid. ad lib. XI. 742.

54 EXCIPIVNT) *Accipiunt* Montalbanius.

55 INERTIA) *Inhercia* Dorvill.

57 VIROS) *Viro* Zulichemius. *hic hic* secundus Moretanus.

58 ADITVMQVE PER AVIA QVAERIT) *Per atria* alter Hamburgicus a m. prima.

Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili,
Quum fremit ad caulas, ventos perpessus et imbris,
Nocte super media; tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper et inprobus ira
Saevit in absentis: conlecta fatigat edendi
Ex longo rabies, et siccae sanguine fauces.
Haud aliter Rutulo, muros et castra tuenti,
Ignescunt irae: duris dolor ossibus ardet;
Qua tentet ratione aditus, et qua via clausos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in aequor.
Classem, quae lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus saeptam circum et fluvialibus undis,
Invadit: sociosque incendia poscit ovantis:
Atque manum pinu flagranti fervidus inplet.
Tum vero incumbunt; urguet praesentia Turni:
Atque

59 INSIDIATVS] *Insidiatur* Menagii alter et Montalbanus, Hugenianus et primus et secundus Moretani cum Vratislaviensi, et Parrhas. et Dorvil.

60 QVVM FREMIT) *Dum fremit* Macrobius lib. IV. Saturn. cap. 5. aliter Priscianus libro VII. Et Scholiast. Horatii Ep. II. *Dum furit* dat. Bapt. Pius ad Lucret. II. 950.

62 EXERCENT] Aliter *metu mutum* est pecus infr. 341.

64 SICCAE SANGVINE] Scholiastem Vossianum ad Lucan. VI. 553. habere *siccaeque in sanguine* testatur Oudendorpius. de *Faucibus* vide ad Phaedr. I. fab. I.

65 TVENTI) *Petenti* Parrhas.

66 IGNESCVNT) *Ignescuntque irae* Dorvill.

67 QVA VIA) *Quae* Sprot. *ubi* alter Ment. et tert. Rottend. *Qua* Francianus vid. ad Ecl. IX. I.

68 EXCVTIAT) *Excutiet* primus Rottendorphius, secundus Moreti. *vallo, effundat* Dorvill. *vallo Teucrosque effundat* Venetus.

70 SAEPTAM) *Septem* alter Hamburg. *septa* Parrhas.

72 IMPLET] Alii *infert.* quod et Donatus videtur agnoscere. ita infra 522. *Fumiferos infert Mezentius ignes. Implet* retinuit Fabricius, vel quasi proprium, vel ut antecedens ponatur pro consequenti. Si *infert* in codicibus esset, legendum foret, *atque manu pinum flagrantem fervidus infert.* et *manu* erat in Dorvill. sed codices nostri nihil variant. sed in Ed. Basil. 1551. est *infert. fragranti* Medic.

75 DIRI-

Atque omnis facibus pubes adcingitur atris.
Diripuere focos: piceum fert fumida lumen
Taeda, et conmixtam Volcanus ad aſtra favillam.
Quis deus, o Muſae, tam ſaeva incendia Teucris
Avertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite. Priſca fides facto, ſed fama perennis.
Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida
Aeneas claſſem, et pelagi petere alta parabat;
Ipſa Deûm fertur genetrix Berecyntia magnum
Vocibus his adfata Iovem: Da, nate, petenti,
Quod tua cara parens domito te poſcit Olympo.
Pinea ſilva mihi, multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit ſumma, quo ſacra ferebant,
Nigran-

75 DIRIPVERE FOCOS] Catroeus capit de communibus focis, ubi ignis erat, et unde torres rapuerunt. Servius rogat, quid ibi faciant foci? ſed quid faciebant in caſtris Porſennae Romam obſidentis, quibus Mutius manum iniecit? ſed Rutuli non diripuere focos caſtrorum, quae nondum capta erant, nec etiam ipſi caſtra poſuerant: ſed credo Poetam focos agreſtium in locis circa caſtra habitantium intelligere.

Ibid. FERT] *Infert* Sprotianus. pro *lumen*, *fumum* a manu prima alterius Hamburgici.

77 QVIS DEVS] *Qui* Gudianus a manu prima. et mox Venetus, *qui depulit*. *Detulit* Menagii prior.

78 TANTOS) *Tantis* Regius.

79 DICITE] *Diſcite* alter Hamburgicus et alter Menagii, Leidenſis et Bigotianus. ſed Muſarum eſt *docere* et praecipere, non *diſcere*. *priſca fides facta eſt*, *et fama* Waddel. Anim. Critic. p. 27. *perhennis* Dorvil. apud Ovid. VI. Faſt. 609. poſſet legi, *certa fides facto*, pro *facti* vel *factis*. ut alii codices.

84 TE POSCIT) *Iam poſcit* Venetus. *domitor te p. Olympi* Waddel. Anim. Critic. p. 27.

86 ARCE] Recte Servius de montis cacumine capit. vid. et ad v. 92. quem ſi adhibuiſſet Vondelius, non vertiſſet *op het Slot*. vid. ad Petron. cap. CXVI. et ad Val. Flac. III. 565. ſic Alpes *arces* dicuntur Claudian. Bell. Getic. 385. in Ida vero formabat claſſem caedendo arbores in Gargaris, quae pars montis Idae. unde et Paris ligna petiit, teſte Ovidio Ep. XVI. 107. *Ardua proceris ſpoliantur Gargara ſilvis*, *Innumeraſque mihi longa dat Ida trabes*. qui et mox *roboera* flexa in naves addit, et antea *pineta* memoraverat. ita ut videatur haec Virgilii reſpexiſſe.

Ibid. FEREBANT] *Tenebant* Gudianus a manu prima.

Nigranti picea trabibusque obscurus acernis:
Has ego Dardanio iuveni, quum classis egeret,
Laeta dedi: nunc sollicitam timor anxius urguet.
Solve metus, atque hoc precibus sine posse paren-
Neu cursu quassatae ullo, neu turbine venti [tem,
Vincantur. Prosit nostris in montibus ortas.
Filius huic contra, torquet qui sidera mundi:
O genetrix, quo fata vocas? aut quid petis istis?
Mortaline manu factae inmortale carinae
Fas habeant? certusque incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta Deo permissa potestas?
Immo, ubi defunctae finem portusque tenebunt
Ausonios, olim quaecumque evaserit undis.
Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva,
Mor-

parabant Zulichemius. male. vid. lib. II. Georg. 376. et VI. Aen. 810.

87 TRABIBVS] Vide quae diximus ad Val. Flac. III. 484. Ovid. X. Met. 373. *Saucia trabs ingens.*

89 VRGVET) *Angit* scripti Heinsii *Vrguet* Ald. sonus ingratus *anxius angit*, ut lib. VIII. 634. *lingere lingua*, quae placent Catroeo. confusa haec verba videbis in adnotatis ad Nasonem III. Artis Amat. 541. vid. et ad Liv. XXIV. 2. *solicitus* Dorvil.

90 HOC) *Haec* Leidensis, Zulichemius et Parrhas.

91 NE CVRSV) *Nec* Francianus et Dorvill. *neu* Mediceus. *non* Parrhas.

93 TORQVET) Haec adsuta a monacho credebat Ortuinus. *sidera coeli* Leidensis.

94 VOCAS] *Trabis* primus Rottend. et Excerpta nostra a m. pr. *facta vocas* Dorvill. *qui petis* Regius, *an quid petis* Sprotian. Donatus ad Terent. Andr. Prolog. 15. et Eunuch. I. II. 12. odiose dictum notat et iterum citat ibidem ad v. 122. nimirum *iste* esse pronomen contemtui inserviens saepe notarunt viri docti. *istis* vero, *pro istis* debere capi recte Servius notat. vid. ad lib. VIII. 127.

95 FACTAE) *Fictae* secundus Moreti.

96 LVSTRET) *Lustrat* Zulichemius.

98 FINEM) *Fines* alter Menagii, Leidensis et Oudartii.

99 EVASERIT VNDIS) Vid. ad Valer. Flac. VII. 163. Servius infr. ad v. 468. *castris per fluvium Turnus evadit.*

100 VEXERIT) *Duxerit* Venetus, et Leidensis, qui et *ad Laurentia. vexerat* Mediceus a manu prima. *in Laurentia* Waddel. Animad. Critic. p. 28. frustra. nam centies praepositionem omittit Noster. vid. ad I. Aen. 2.

102 QVA-

Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Aequoris eſſe Deas: qualis Nereïa Doto,
Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.
Dixerat: idque ratum Stygii per flumina fratris,
Per pice torrentis atraque voragine ripas
Adnuit, et totum nutu tremefecit Olympum.
Ergo aderat promiſſa dies, et tempora Parcae
Debita conplerant, quum Turni iniuria matrem
Admonuit ratibus ſacris depellere taedas.
Hîc primum nova lux oculis offulſit, et ingens
Viſus ab Aurora coelum tranſcurrere nimbus,
Idaeique chori: tum vox horrenda per auras
Excidit, et Troum Rutulorumque agmina conplet:
Ne trepidate meas, Teucri, defendere navis,
Neve armate manus: maria ante exurere Turno,
Quam ſacras dabitur pinus. Vos ite ſolutae,
Ite, deae pelagi; Genetrix iubet. Et ſua quaeque
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinumque modo demerſis aequora roſtris
Ima

102 QVALIS) *Quales* multi codices et *Clotho* et Edd. priſcae.

103 PECTORE) *Vertice* prior Hamburgenſis pro varia lectione. et ita Ed. Veneta.

104 IDQVE) *Atque* ſecundus Rottendorphius, Moretanus, Leidenſis et Hugenianus.

108 CONPLERANT) *Compulerant* Leidenſis. *complerunt* Zulichemius a manu prima. *complerent* Dorvil. et mox *amonuit*.

109 SACRIS RATIBVS) *Trabibus* Cerda.

110 HIC PRIMVM) Non ante praeſentis Cybeles ſigna vidiſſe Italiam, indicari credit Catroeus. nec male, nam poſtea ſollemuiter arceſſita aris templiſque recepta eſt.

Ibid. LVX) *Lex* Gudian.

Ibid. EFFVLSIT) Vid. ad Valer. Flac. IV. 482. et ad Quinctil. IX. Declam. 7.

111 NIMBVS) *Nubes* Sprotianus pro varia lectione.

112 IDAEIQVE) *Idaeumque chorum* Zulichemius. *Iteique cori* Dorvil.

Ibid. PER AVRAS) *Per aures* primus Rottendorphius a manu prima. *accidit* malebat Heinſius.

114 MEAS) *Meas veneteucri* Dorvill. *trepidate* etiam feſtinate exponit Schol. Horat. II. Od. 3.

119 DEMERSIS) *Diverſis* Zulichemius. *dimerſis* ſecundus Moreti. *demergi* Excerpta noſtra. *aequore* Venetus.

Ima petunt. Hinc virgineae (mirabile monſtrum)
[Quot prius aeratae ſteterant ad litora prorae]
Reddunt ſe totidem facies, pontoque feruntur.
Obſtupuere animi Rutulis: conterritus ipſe
Turbatis Meſſapus equis: cunctatur et amnis
Rauca ſonans, revocatque pedem Tiberinus ab alto.
At non audaci ceſſit fiducia Turno:
Vltro animos tollit dictis, atque increpat ultro:
Troia-

121 QVOT PRIVS AERATAE] Abeſt hic verſus a Mediceo, Menteliano utroque, Gudiano aliisque nonnullis Heinſii, et Pierii vetuſtioribus. in nonnullis a ſecunda manu adſcriptus eſt. Nec Heinſius dubitat temere hunc verſum hic eſſe inculcatum, qui lib. X. 123. opportuniori loco occurrit. Abeſt hic verſus etiam Regio, tribus Moretanis, et aliis. in Parrhaſ. et Dorvil. Edd. Ald. Iunt. Steph. Dan. et aliis priſcis ſequens verſus huic praeponitur. *in litore* Sprotianus et Hamburg. alter, qui et *puppes* habet. *naves* Dorvil. ſive vero *prorae*, ſive *puppes*, ſive *naves* legatur, eodem redire puto. et Cl. Dorvillius diverſitatem lectionis inde natam credit, quia *aeratas puppes* ferre non potuerint librarii, qui in prora aerea roſtra fuiſſe ſciebant. ſed et *aerea puppis* occurrit lib. V. 198. ubi Servius etiam haerens, ideo *fortem* interpretatur. *aeratas puppes* dixit Ovid. XIV. Met. 103. ut noſter *aeratas claſſes* VIII. 675. et ita paſſim alii Poëtae: *puppis* autem hic non de una parte navis, ſed de tota debet ſumi, ut centies, et inde pauca loca occurrunt, ubi non variat lectio in *puppes* et *naves*, et *claſſes*, etiam aliquando *prorae*, ut apud Lucan. IX. 1079. vidi in Mſ. ſaepe *puppes* rectius, quia illac ſtant litore, ut lib. III. 277. et alibi.

122 REDDVNT SE) *Redduntur* alios habere notaverat Heinſius. *facies totidem* Venetus. *ferentur* pr. Rottendorph.

123 ANIMVS RVTVLO) *Animis Rutuli* Dorvill. Ald. Edd. pr. et Mediol. vid. lib. II. 120. *obſtipuere* Ed. Iunt. et aliae.

124 MESSAPVS) *Meſapus*, *Meſappus* in ſcriptis. *et amens* Parrhaſ. a m. pr.

126 CESSIT FIDVCIA TVRNO) *Turno fiducia ceſſit* ſcripti omnes, exceptis altero Hamburgico et Veneto. ſic lib. X. 276. *Haud tamen audaci Turno fiducia ceſſit.* Et ita Dorvilianus. et Servius ad lib. X. 276. ſed aliter ad lib. IV. 615.

127 TOLLIT] Ambigue dictum, ut apud Flor. I. 3. ubi rex *callidus tollit animos.* vide Freinshem. Indicem. an ſuos animos tollit, ut Servius videtur capere, an ſuis animos addat et tollat. quod malim, propter ſequens *increpat*. *dictis tollit* ſecund. Moreti. *tollit, dictis atque i. u.* Ed. Dan. Heinſ.

129 NON

Troianos haec monſtra petunt: his Iuppiter ipſe
Auxilium ſolitum eripuit: non tela, nec ignes
Exſpectant Rutulos. Ergo maria invia Teucris,
Nec ſpes ulla fugae: rerum pars altera ademta eſt:
Terra autem in noſtris manibus: tot millia, gentes
Arma ferunt Italae. Nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges prae ſe iactant, reſponſa Deorum.
Sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
Fertilis Auſoniae Troës. Sunt et mea contra
Fata

129 NON TELA] Locus corruptus. legendum cenſet Faber, *nunc telaque et ignis*, etc. non ferendi interpretes cum ſuis expoſitionibus, i. e. (ut alii ſcriptores dicerent) ignes Rutulos morantur. *Neque ignes* in vetuſtioribus. *exſpectans* in Mediceo a m. prima. Ortuinus etiam malebat, *nunc telaque et ignes. neque ignes* Parrhaſ. Dorvill. et multi alii. *exſpectant* vero hic eſt, non iam metuunt ſibi a ſolis Rutulis, nec credunt ſibi a telis et ignibus Rutulis exitium futurum; quod certum ſibi propoſuerant antea, quum deſcenderent in litus Latii, aut ſi male acciperentur, praeſidium fugae, naves habere credebant paratas, ut mari manus noſtras effugerent. hoc quoque iam ademto, et terra illis infeſta, et mille gentes armatae certam illis necem intentant. vide quae de hoc verbo *exſpectare* de re, quae certo evenire debet, diximus ad II. Georg. 237. et VI. Aen. 614. et alibi. eſt vero ſarcaſmus et irriſio, antea exſpectabant tela et ignes, navibus iniicienda a Rutulis: nunc ab igne nihil metuendum, quia jam naves ademtae; ergo ſola tela reſtant, quae mille gentes terreſtri praelio in illos coniicient.

131 ADEMTA) *Demta* Montalbanus. et ita Servius Danielis.

132 IN NOSTRIS MANIBVS] Hoc aliter paullo explicandum, atque II. Georg. 45. *in manibus terrae:* et ut apud Stat. X. 29. *in manibus merces*, ubi vidindi Lutatius et Barthius. nam Turnus hic iactat, ſe potentem in Italia eſſe, et adiutum tot millibus populorum, qui Troianos bello terreſtri laceſſent, et in eas anguſtias redigent, ut evadere non poſſint. ſed expellant Italia vel occidant. vide Heinſ. ad Sil. Ital. XI. 163. *in noſtris manibus* praecipuos codices habere Heinſius notaverat. *terra autem noſtris manibus* Edit. Venet.

133 ARMA FERVNT) *Ferant* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. *Itali* ſecundus Rottendorphius.

134 PRAE SE) *Pro ſe* ſecundus Moreti.

135 DATVM EST) *Stat* Francianus.

Ibid. QVOD) *Quid arma* alter Hamburgenſis.

136 ET MEA CONTRA FATA]

Fata mihi, ferro sceleratam exscindere gentem,
Coniuge praerepta: nec solos tangit Atridas
Iste dolor, solisque licet capere arma Mycenis.
Sed periisse semel satis est. Peccare fuisset
Ante satis, penitus modo non genus omne perosos
Femi-

FATA] Haec illustrari debent ex illis, quae dixi ad Ovid. I. Epist. 28. ubi docuimus omnibus fuisse sua fata, quae si contraria essent, (vide I. Aen. 239.) maiora vincebant minora fata. ita Aeneas magnis vir fatis, Turnum, cui minora erant, vincet. licet ille nunc Rutulis suis iactet, sua fata Aeneae fatis contraria et superiora fore. vide et supr. lib. VII. 293. sic et de Appio Lucanus lib. V. 189. ubi comparantur eius fata Caesaris et Pompeii. ubi etiam quaedam adnotavimus. et hinc non ineleganter dicit idem Lucan. X. 13. *Pugnavit Fortuna ducis, fatumque nocentis Aegypti, etc.*

137 EXSCINDERE) *Excidere* Hugenianus. *scindere* duo Moretani. *excindere* Dorvil. vid. ad lib. IV. 425. mox *praerapta* Francianus.

139 DOLOR) Proprietatem huius vocis in uxore ab alio rapta, aut adulterio corrupta, esse notavit Iac. Goth. ad Leg. IX. Cod. Theod. ad Leg. Iul. de Adulter.

140 SED PERIISSE) *Si periisse* Francianus, Bigotianus, Zulichemius, tres Moretani et plurimi alii. et agnoscit Rufinianus de Schem. Dian. p. 36. qui *satis semel est. cum* primus Rottendorphius. *peccasse* Hugenianus et prior Hamburgicus.

141 PEROSOS] *Perosom* Dorvill. a m. sec. *perosum* Francian. Reg. Parrhas. Edd. Venet. Mediol. Ald. pr. Iunt. et aliae. *perosos* Schol. Horat. I. Od. 21. *nunc genus* etiam Venetus. et ita corrigebat Markland. ad Statii V. Sil. III. 35. ubi difficilem hunc ad intelligendum locum explicare conatur. sed et sensus satis constat etiam retento *non*, si cum Castelvetr. in operibus Criticis p. 126. *modo non* eo sensu capias, quo apud Suetonium et alios saepe *tantum non* occurrit. non solum perosos Laviniam, sed etiam penitus omne femineum genus. ut obiectio sit. *sed* (quod servandum, non *si*, ut Catroeus Pierium compilans) periisse, diruta et incensa Troia, satis est ob Helenae raptum. responsio est, hoc dandum, si etiam satis fuisset semel ante peccasse et doctos infelici bello ob Helenam raptam, postea abstinuissent a Lavinia mihi praeripienda, et potius exosi fuissent omne genus femineum, quam nova pericula salutis subire. *modo non* vero pro *tantum non*, in usu fuisse notarunt interpretes ad Valer. Max. VIII. XI. Ext. 7. et ita saepe utitur Amm. Marc. ut XIV. 7. XXII. 14. XXII. 6. et passim. varietas illa in *perosos* et *perosis*, venit a vario regimine *τοῦ satis*: dicimus enim *satis est me*, et *mihi* fecisse. vid. ad Ecl. VII. 33. *perosum* vero dubiam facit constructionem, an *Aeneam* intelligendum; sed tunc

quibus

Femineum: quibus haec medii fiducia valli,
Foſſarumque morae, leti diſcrimina parva,
Dant animos. At non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu conſidere in ignis?
Sed vos, o lecti, ferro qui ſcindere vallum
Adparat, et mecum invadit trepidantia caſtra?
Non armis mihi Volcani, non mille carinis
Eſt opus in Teucros. Addant ſe protenus omnes
Etruſci ſocios: tenebras, et inertia furta
Palladii, caeſis ſummae cuſtodibus arcis,
Ne timeant; nec equi caeca condemur in alvo.
Luce, palam certum eſt igni circumdare muros.
Haud ſibi cum Danais rem faxo et pube Pelaſga
Eſſe putent, decumum quos diſtulit Hector in an-
Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei, [num)
Quod

quibus obſtaret. an iungendum *τῷ* genus, quod abſurdum. quare *peroſos* praetuli.

142 VALLI) *Belli* alter Hamburgicus.

143 DISCRIMINE PARVO) *Diſcrimine parvo.* duo Leidenſes, et Ald. Iunt. et aliae Edd. vid. ad Ovid. VII. Metam. 426. Nonnulli Heinſ. *diſcrimina parva.*

144 AN NON VIDERVNT) *At non* Francianus. Reliqui et Edd. Mediol. Ald. Iunt. et Excerpta noſtra *an non.*

146 VOS, O LECTI,) *Vos ſelecti* Mentelius prior a manu prima. *at vos* quartus Moreti. *electi* Regius. *vos ellecti f. quis* Dorvil. *o laeti* Parrhaſ. a m. pr. *qui ſcindere* idem et Venet. vid. ſupr. v. 51.

151 CAESIS SVMMAE CVSTODIBVS ARCIS) Haec adſuta et ſpuria, repetita ex lib. II. 166. cenſet Freinshem. ad Curt. IV. XIII. 8.

152 NE TIMEANT) *Nec* Dorvil. et uterque Mentelii.

Ibid. CONDEMVR) *Claudemur* Bigotianus. *condemus* Montalb. *condentur* duo Moretani. *nec equidem cava condemur in alvo*, vitioſe Commentator Cruequianus Horatii IV. Od. 6. *Palladis* etiam idem Interpres ibid. ad v. 15. *caeco* Regius.

153 LVCE, PALAM) Diſtinguendum poſt *Luce*, cum optimis codicibus et editionibus. ſic Ovid. XIII. Met. 100. *Luce nihil geſtum eſt. Palam* ablativo iungi verum eſt, ut *palam me, te, aliquo*, et ſimilibus. Ovid. II. Art. Am. 559. *Marte palam.* et ſaepe alibi. vid. ad Quinctil. VI. Declam. 14. ſed *luce palam* dici vix puto.

155 ESSE PVTENT) *Putant* alter Hamburgicus, Zulichemius, et Leidenſis.

156 MELIOR QVONIAM PARS ACTA DIEI) *Diei eſt*

Quod ſupereſt, laeti bene geſtis corpora rebus
Procurate, viri; et pugnam ſperate parati.
Interea vigilum excubiis obſidere portas
Cura datur Meſſapo, et moenia cingere flammis.
Bis ſeptem, Rutulo muros qui milite ſervent,
Delecti: aſt illos centeni quemque ſequuntur
Purpurei criſtis iuvenes, auroque coruſci:
Diſcur-

Mediceus, prior Mentelianus, Moretani quatuor, duo Voſſiani, quinque alii. ſed et Nonius verbum ſubſtantivum agnoſcit operis initio. *Quoniam melior* Venetus. Nonius dictum hoc translatum ab hominis aetate, quaſi eſſet *Diei puber aetas*, dicit. haec autem pars prima negotiis agendis deſtinata, ut poſt meridianum tempus genio et conviviis, unde Ovid. VII. Met. 662. *pars optima menſae eſt data*, ubi alii *pars ultima*, quod olim probavi, nunc aliter exiſtimo. Meliorem enim partem diei, ſeptem horas eſſe primas, quibus negotiis ſtudiis et operibus vacandum eſſe cenſent Medici, quorum opiniones recenſet et firmat Naudaeus in Quaeſtionibus Iatrophilologicis, Quaeſtione III. pag. 60. et hoc etiam Virgilii loco illuſtrat. et certe hoc quoque nos per omnem aetatem, re et conſuetudine ſaluberrimum eſſe experti fuimus.

157 LAETI BENE GESTIS REBVS) Terent. Adelp. V. 1. ad hunc morem reſpicit. *potaſti, quaſi re bene geſta.* quum ante Syrus dixiſſet. *curaſti te molliter.*

158 SPERARE PARATI] *Parari* in Heinſii omnibus, excepto ſecundo Moretano, et in Pierianis. neque aliter Servius. ſed apud Macrobium lib. V. Saturn. 9. et lib. VII. 1. *parati* legas. Nullum dubium eſt, quin *parati* ſit legendum, et notum illud apud Romanos, ut quum pugnae tempus inſtaret, monerentur milites, ut *pranſi parati* eſſent. et Serv. ad XI. Aen. 18. *parati* hoc loco agnoſcit. et hinc centies *miles paratus* occurrit. vid. ad Petron. cap. CXXXII. et Ovid. VII. Met. 132. ſimilis, ſed de propioris pugnae momento eſt formula, *paratus et intentus*, de qua egimus ad Sueton. Caeſar. LXV.

160 FLAMMIS) *Flamma* Parrhaſ. et ſecundus Rottendorphius et Hamburgenſis.

161 BIS SEPTEM, RVTILIS) *Rutuli* Regius Dorvill. et Parrhaſ. Edd. Venet. Med. Ald. Iunt. et aliae. et Catroeus probat. *qui muros* alter Hamburgicus. *dilecti* Gudianus.

162 SECVTI) *Sequuntur* omnes Heinſii ac Pieriani uno Vaticano excepto, in quo *ſecuti.* Ita et Edd. priſcae. *ſecuntur* quatuor codices.

163 PVRPVREI) *Purpureis* Cod. ab Heinſ. laudati. Et Parrhaſ. et Edd. veteres. et agnoſcit Rufinian. de Schem. Lex. pag. 34.

164 VA-

Discurrunt, variantque vices, fusique per herbam
Indulgent vino, et vertunt crateras aënos.
Conlucent ignes: noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
Haec super e vallo prospectant Troës, et armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
Explorant, pontisque et propugnacula iungunt:
Tela gerunt. Instant Mnestheus acerque Serestus:
Quos pater Aeneas, si quando adversa vocarent,
Rectores iuveni, et rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio, sortita periclum, [est.)
Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum
Nisus

164 VARIANTQVE VICES] Id est, alternis excubias, et alia munia militaria obeunt, succedentibus aliis et aliis. ut etiam mox v. 175. vid. ad Quinctil. II. Declam. cap. 2. et Ovid. Met. I. 626.

165 INDVLGENT VINO] Dativus est, et operam dant, explicat Lutatius ad Stat. I. Theb. 49. et ita ipse Servius ad IV. Georg. 198. *concubitu indulgent*, dativum esse pro *concubitui* notat, ut et Philargyrius. sic VIII. 512. *generi indulgent.* et ita alibi noster, et quis non veterum?

Ibid. ET VERTVNT] *Evertunt* Leidensis a manu prima. *cretaras* primus Hamburgicus. *crateras aureos* Montalbanius pro varia lectione. vulgata apud Serv. ad lib. IV. 51. exstat.

168 PROSPECTANT) *Despectant* Venetus.

169 FORMIDINE PORTAS EXPLORANT) *Pennas Explorant*, apud Nonium Marcellum in *explorare.* ut pinnas valli subintelligat. Sed Edd. Iunii et Gothofredi *portas* habent.

170 PONTISQVE) *Pontis et* Oudartii, *pontes et* Dorvil. *pontesque propugnacula* Parrhas.

171 INSTANT) *Instat* Mentelii et Menagii priores, secundus Hamburgicus, et tertius Rottendorphius. *Mnesteus atque Serestus* Dorvil.

173 IVVENVM] *Iuveni* prior Hamburgicus pro varia lectione. et puto recte. nam et Tacit. I. Ann. 24. *rector iuveni*, quamquam et ibi a *datus*, quod praecedit, posset pendere. Claudian Epist. I. 52. *comitem me pelle sodali*, ut recte Heinsius, non *sodalis. rector castris* Lucan. IV. 4. et de Ascanio hoc solo intelligendum est, nam *rerum magistri* additur, ut summae belli praeessent, et ita reliquis iuvenibus imperarent. Catroeus *iuvenum*, peditum explicat, ut Princeps Iuventutis. atqui hoc de equestri ordine dici solebat.

175 EXCVBAT, EXERCETQVE VICES) *Variantque vices* supra 164. unde confusio

Nisus erat portae custos, acerrimus armis,
Hyrtacides; comitem Aeneae quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem levibusque sagittis:
Et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadum, Troiana neque induit arma;
Ora puer prima signans intonsa iuventa.
His amor unus erat, pariterque in bella ruebant:
Tum quoque communi portam statione tenebant.
Nisus ait, DIne hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido?
Aut pugnam, aut aliquid iam dudum invadere magnum
Mens agitat mihi; nec placida contenta quiete est.
Cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum.
Lumina rara micant: somno vinoque sepulti
Procubuere: silent late loca. Percipe porro,
Quid dubitem, et quae nunc animo sententia surgat.

Aenean

fusio nata. *exercentque* quartus Moretanus. *tuendum* omisso *est* secundus Hamburgicus.

177 IDA) *Yda* Dorvil.

178 IACVLO) *Iaculis* Vratislaviensis. *levibusve* prior Hamburgensis et Montalbanius.

179 ET IVXTA) *It iuxta* primus Moretanus. vid. v. 558. *Et nisum iuxta* Leidensis.

180 TROIANA NEC) *Troianaque induit* Ed. Venet.

182 PARITERQVE) *Pariter* Montalban.

183 TVNC) *Tu* Francian.

184 ADDVNT) *Addant* Zulichemius.

185 FIT) *Sit* quartus Moretanus, Dorvil. et Parrhas. sed *fit* Servius ad lib. VIII. 350. ubi tamen Daniel *fit* dedit.

186 ALIQVID MAGNVM) Valer. Flac. II. 184. *magnum aliquid sperabit amor*. unde apparet non opus esse correctione Heumanni, qui *aliud* volebat. *aliquid dudum* Gudianus, erasa prima syllaba *iam*.

187 PLACIDA) *Placita* quartus Moretanus et Bigotianus. *mens agit et ne placida* alter Hamburgicus. *est* deficit utrique Menagiano et Oudartii.

188 QVAE) *Qua* alter Hamburgicus.

189 RARA) *Clara* alter Hamburgicus. *vera* Menagii prior.

Ibid SOLVTI) *Sepulti* Codic. ab Heins. laudati. *Vino somnoque* Dorvill.

190 PERCIPE) *Perspice* primus Rottendorphius, Hamburgensis, duo Leidenses, Bigotianus, et Markianus et Ed. pr. *prospice* Vratislaviensis et Dorvill.

191 ET QVAE NVNC) ita duo Leidenses et Bigotianus

Aenean adciri omnes, populusque patresque,
Exposcunt; mittique viros, qui certa reportent.
Si tibi, quae posco, promittunt, (nam mihi facti
Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros et moenia Pallantea.
Obstupuit magno laudum percussus amore
Euryalus; simul his ardentem adfatur amicum:
Mene igitur socium summis adiungere rebus,
Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor bellis adsuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter Troiaeque labores
Sublatum erudiit: nec tecum talia gessi,
Magnanimum Aenean et fata extrema secutus.

Est

nus. alii ab Heins. laud. *aut quae. dubitem*, *quae nunc* Venetus. *anima* Gudianus. *surgit*, alter Hamburgicus et Hugenianus.

192 OMNES, POPULUSQUE PATRESQUE] *Omnis* Oudartii, Venetus, et prior Hamburgicus. *Populique* Dorvil. *populosque* tertius Rottendorphius. *Aeneam accirique omnis populosque* Parrhas. et alter Rottendorph. *arciri* Regius. recte vero *omnes*, ibique distinguendum: hi omnes vero sunt, *populus* et *patres*. de quibus vide Bentl. ad Horat. III. Od. 6. et omnes dici, et deinde singulos exprimi vidimus ad Ecl. VI. 34. III. Aen. 90. et alibi.

193 CERTA) *Cepta* Oudartii. *reportant* prior Hamburgicus.

194 SI TIBI) Superscriptum τῷ *tibi*, *dii* in Regio.

195 FAMA SAT EST) *Fama satis* Zulichemius. et Dorvill.

Ibid. VIDEOR] *Video* secundus Rottendorphius. *cumulo* etiam Zulichemius et Leidensis. *sub alto* Bigotianus. Servius male hic *sub* pro *ex* capit. vide ad Ovid. Metam. I. 689. et ipse Servius *sub* pro *in* capit I. Aen. 136. 453. Zulichemio adscriptum erat pro glossa, et *ostendit digito*. recte. sic capiendum illud Horatii I. Od. 9. *Vides ut alta stet nive candidum Soracte*. stans enim Horatius ante villam monstrabat Taliarcho montem. *aperire* Heins. in notis MSS. ad Claud. IV. Cons. Hon. 54.

197 PERCULSUS) *Tanto percussus* alter Hamburgicus.

198 ADFATUR) *Adfatus* Sprotianus.

199 SUMMIS ADIUNGERE REBUS) Vide IV. 232. VII. 315. et VIII. 273.

200 SOLUM TE) *Te solum* Dorvill.

202 ARGOLICUM) *Terrorem Argolicum* Parrhasianus.

204 FATA) *Facta* tertius Mentelii et Oudartii.

205 EST

Eſt hic, eſt animus lucis contemtor, et iſtum
Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.
Niſus ad haec: Equidem de te nil tale verebar:
Nec fas: non. Ita me referat tibi magnus ovantem
Iuppiter, aut quicumque oculis haec adſpicit aequis.
Sed ſi quis (quae multa vides diſcrimine tali)
Si quis in adverſum rapiat, caſuſve, Deuſve,
Te ſupereſſe velim: tua vita dignior aetas.
Sit, qui me raptum pugna, pretiove redemtum
Mandet humo ſolida: aut, ſi qua id Fortuna vetabit,
Abſenti ferat inferias, decoretque ſepulcro:
Neu matri miſerae tanti ſim cauſſa doloris:
Quae te ſola, puer, multis e matribus auſa,

Perſo-

205 EST HIC, EST] *En hic eſt* Scholiaſtes Statii Theb. I. 607. ſed Theb. III. 603. idem, *iſtbic eſt* propius verum. *Vitae contemtor* Sprotianus pro diverſa lectione. *et ipſum* Zulichemius. mox, *quo tendit* Vratislavienſis et Zulichemius a manu prima. *credit* etiam ſecundus Moreti. vulgata eſt apud Schol. Horat. III. Od. 14.

210 QVAE) *Qui* Moretan. quartus.

211 CASVSVE, DEVSVE) Ita et lib. XII. 321. vid. ad Sueton. Claud. XIII.

212 VITA) Heinſius in ora codicis *vitae*. *dignior* pro iuſtior. vid. D. Heinſ. ad Sil. III. 95.

213 SIT, QVI] *Si quis* primus Rottendorphius. vel *ſet quis* ab altera manu. *ſi qui* Gudianus a manu prima. *pugnae* alter Hamburgicus. *pretioque* Mentelii prior, Leidenſis. *vetabat* Sprotianus, alter Menagii et quartus Moreti. *vetavit* alter Hamburgicus. ſed *vetabit* metri cauſſa dixiſſe pro *vetet* docet Priſcianus lib. XVIII. p. 1145.

214 SOLITA] Perperam *ſolida* contra libros veteres hic antea legebatur. videantur quae notavit Heinſ. ad Naſonem lib. I. Triſt. El. II. 53. *ſolito* in Menteliano priore. Servius aliter diſtinguit. ut *ſolita Fortuna* iungatur. et certe quomodo *ſolita* dici poſſit humus his modo advenis vix capio, quum patriam deberet ex vi vocis, vel ubi habitare conſueverat, ſignificare. quare non eſſem alienus a *ſolida*, ut cum naufragio, et in mari perire miſerrimum genus mortis, quia ſepulchro carebant, haberetur, nunc tot periculis terra et mari defunctus, felicem ſe credat, ſi amicus illum humo mandet. et ita olim ipſe cenſuit Heinſius ad Ovidii locum. vid. inf. querelas matris Euryali v. 485. *ſolita*, *ſi qua* Dorvil.

218 PRO-

Persequitur, magni nec moenia curat Acestae.
Ille autem: Caussas nequidquam nectis inanis,
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Adceleremus, ait. Vigiles simul excitat. Illi
Succedunt, servantque vices: statione relicta
Ipse comes Niso graditur, regemque requirunt.
Cetera per terras omnis animalia somno
Laxabant curas, et corda oblita laborum,
Ductores Teucrûm primi, delecta iuventus,
Consilium summis regni de rebus habebant,
Quid

218 PROSEQVITVR) *Persequitur* in Heinsii omnibus. *Prosequitur* Ed. Mediol. Iunt. Ald. pr. *tantis e matribus* Ms. et Edd. quaedam apud Serv. ad XI. Aen. 35.

220 CEDIT] Masvic. edidit *sedit*, nescio quos vel codices vel editiones secutus. sed eleganter est nec mutata sententia *cedit loco*, id est victa est tua oratione. ut explicat Serv. ad VII. Aen. 333. desumta locutione a militibus in pugna cedentibus. vid. Suet. Aug. XXIV. Liv. II. 47. et Cortium ad Sallust. Catil. IX. et alios. sic eadem Metaphora *vincere* dicitur, qui persuadet. ut Iustin. II. 13. *vincere consilio caeteros*. sed haec nota iam satis. *sedet* vero sententia, quum quis permanet in ea. quod verbum hic contrariam et ineptam faceret sententiam, pro nec mea sententia mutata placuit. vide Serv. ad IV. Aen. 15. *cessit* erat in Parrhas.

222 SERVANTQVE) *Variantque* videtur Nonius legisse. vid. ad v. 175. supra et 164. ubi *variantque vices*.

223 IPSE) *Ille* Parrhas.

Ibid. REQVIRVNT) *Requirit* Oudartii. *Nisus graditur* alter Menagii. *nisu* secundus Rottendorphius.

226 PRIMI, DELECTA) *Primi Teucrum*, secundus Moreti, Leidensis, et Dorvill.

227 HABEBANT] *Consilium agebant* bene Venetus. et pro diversa lectione prior Hamburgicus. Et ita Parrhas. Livius lib. X. *consilia secreta agere*. ita *agere conventum*, *senatum*, apud Sueton. Caes. 88. sed et *habere senatum* passim occurrit, et haec verba centies commutata. vid. ad Ovid. XIV. Met. 750. et supr. ad III. Aen. 695. *summi* Ed. Venet. argutatur hic Servius *de summis rebus* idem est, quod Romae dicebant *de summa re*, vel *republica*, de re maximi momenti, unde salus publica pendebat. vide ad Sueton. Caes. XXVIII. ubi Torrentius rectius hunc versum advocasset quam supr. 199. ubi de rebus a privato agendis, in salutem tamen publicam agitur. sic et lib. II. 322. *quo res summa loco* recte Servius,

Quid facerent, quisve Aeneae iam nuntius esset:
Stant longis adnixi hastis, et scuta tenentes,
Castrorum et campi medio. Tum Nisus et una
Euryalus confestim alacres admittier orant:
Rem magnam, pretiumque morae fore. Primus Iulus
Adcepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tum sic Hyrtacides: Audite o mentibus aequis,
Aeneadae: neve haec nostris spectentur ab annis,
Quae ferimus. Rutuli somno vinoque soluti
Procubuere. Locum insidiis conspeximus ipsi,
Qui patet in bivio portae, quae proxima ponto.
Interrupti ignes, aterque ad sidera fumus

Erigi-

Servius, id est *respublica*. et ita centies alii.

228 NVNTIVS ESSET) *Nuntius iret* prior Hamburgicus pro diversa lectione. Ita lib. II. 547. *Nuntius ibis Pelidae genitori.* sic *comes esse* et *ire*, de quo ad Lucan. IX. 22. vidimus. vide et Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 151. sed lib. IV. 237. *hic nostri nuntius esto.*

230 CAMPI MEDIO] Mediceus *campis*. *Campi in medio* Leidensis sec. Ed. Mediol. *Castrorum campi medio* Leidensis primus. *in campi medio* Vratislav. differre putat Servius a *campo medio*. quod ne nimis sit acutum, videndum. quum utroque modo haec efferri soleant, et variationes ut plurimum debeantur librariis, ut passim apud Ovidium factum notavimus. vid. ad I. Art. 113. VII. Met. 790. X. 167. sic apud Livium VI. 23. *procedere in medium campi.* ubi vid. Cl. Drakenb. in Lucan. II. 222. *bis meruit tumulum medio sibi tollere campo.* et VIII. 249. *medio pelagi.* ubi alii *pelago*. Cicer. I. Tusc. Disp. 17. *Terram in medio mundo situm*, ubi alii *mundi*. sed desino.

231 ALACRES) *Alacris* Dorvil. a m. pr.

232 PRETIVM MORAE] Vera est secunda Servii explicatio. Ovid. III. Amor. XIII. 5. ubi recte revocavit manum Heinsius. idem II. XIV. 16. *Et pretium parvae non leve vita morae.* Curt. VI. VI. 10. *tantae morae pretium.* etc. Stat. IX. Theb. 80. *Nec pretium deforme morae.*

233 DICERE) *Ducere* alter Hamburgicus.

235 NEVE HAEC) *Ne haec* Dorvill.

236 VINOQVE SEPVLTI) *Soluti convenere* vel *conticuere* Zulichem. *procubuere* Regius et Ed. Mediol. *sepulti conticuere* Parrhas. et Edd. aliquot.

237 CONSPEXIMVS] *Prospeximus* Venetus.

238 QVI) *Quod* Leidensis.

240 FOR-

Erigitur. Si Fortuna permittitis uti,
Quaesitum Aenean ad moenia Pallantea,
Mox hîc cum spoliis, ingenti caede peracta,
Adfore cernetis: nec nos via fallit euntis.
Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem
Venatu adsiduo, et totum cognovimus amnem.
Hîc annis gravis atque animi maturus Aletes:
DI patrii, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Quum talis animos iuvenum, et tam certa tulistis
Pectora. Sic memorans, humeros dextrasque tenebat
Amborum, et voltum lacrimis atque ora rigabat:
Quae

240 FORTVNA) Occasione, ut Servius. vid. Lutat. ad Stat. v. Theb. 131.

241 AD MOENIA) Cod. Heins. *et moenia*. Et ita Francianus, Regius, Dorvill. Edd. Venet. et Mediol.

243 ADFORE) Pro *adesse* explicat Barth. ad Stat. I. Theb. 495.

244 PRIMVM) *Primam sub moenibus urbem* Gudianus. *Moenibus* etiam Leidensis et Regius. Donatus ad Terent. Hecyr. v. III. 24. cepisse videtur pro primam partem urbis, ut Servius.

245 TOTVM] *Tutum* secundus Rottendorphius. male. *totus* est quam longus est. ut Florus II. 16. *toto cecidit Alpheo* et III. 4. *toto Hebro vastavit*. vide ad Claud. II. in Stilich. v. 188.

246 ALETHES] *Aletes* ex scriptis, ut ad lib. I. 121. monuit Heins. in Mediceo *Aletis. Hinc annis* et *Alaetes* Montalbanius. *Alaetes* etiam tertius Mentelii. *Animis* Sprotianus et duo Hamburgici, sed prior a manu secunda Ed. Venet. Donatus ad Terent. Andr. II. III. 15. vulgatam agnoscunt et Rufinian. de Schem. Lex. p. 33. et ita, *aevi maturus* v. Aen. 73. ubi vide.

247 DII PATRII] *Dii patrii indigetes, quorum sub* Parr. *nomine* Francianus. ego illud *indigetes* ex interpretatione profluxisse reor iam enim extra patriam in peregrino solo patrios, id est, olim Troiae cultos, poterat invocare. quum indigetes, proprii Italiae essent vocandi, quorum sub numine Troia non erat. sed deos patrios, id est penates et quos v. 258. nominat Ascanius.

249 TAM) *Et tam* Heins. codices. *Et* Ald.

250 DEXTRAQVE) *Dextramque* prior Hamburgicus. *tenebant* alter Menagii. *ferebat* vel *terebat* alter Hamburgicus.

251 VOLTVM) *Multum* Oudartii.

Quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus iſtis,
Praemia poſſe rear ſolvi? pulcherrima primum
DI, moreſque dabunt veſtri: tum cetera reddet
Actutum pius Aeneas, atque integer aevi
Aſcanius, meriti tanti non inmemor umquam.
Immo ego vos, cui ſola ſalus genitore reducto,
Excipit Aſcanius, per magnos, Niſe, Penatis,
Aſſaracique Larem, et canae penetralia Veſtae,
Obteſtor. Quaecumque mihi fortuna fideſque eſt,
In veſtris pono gremiis. Revocate parentem:
Reddite conſpectum. Nihil illo triſte recepto.
Bina dabo argento perfecta atque aſpera ſignis
Pocula, devicta genitor quae cepit Ariſba:
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si vero capere Italiam, ſceptriſque potiri
Contigerit victori, et praedae ducere ſortem:
Vidiſti,

252 DIGNA, VIRI] *Digna viris* Ed. Veneta. *pro talibus auſis* interpolatum eſt ex lib. II. 535. *laudibus auſis* interpolatum eſt ex lib. II. 535. *laudibus auſis* Dorvil. *laudes* ſunt virtus bellica. vid. VIII. 273.

253 SOLVI) Primus Rottendorphius et Hugenianus diſtinguunt, *ſolvi pulcherrima? primum.* mox. *tum et cetera* prior Hamburgicus.

254 DI, MORESQVE) *Di memoreſque* Leidenſis a manu ſecunda. *reddat* Zulichemius, et Mentelii prior a manu prima.

259 ASSARACIQVE LAREM) Neſcio an non hunc locum reſpiciens Philargyrius ad III. Georg. 287. legerit. *Aſſaracique domum.* an ad I. Aen. 284.

260 FIDESQVE EST) *Eſt* ignorat Venetus.

262 RECEPTO) *Reducto* duo Moretani ex v. 257. ſupra.

265 GEMINOS) *Geminas* tertius Mentelii et Regius S. Petitus lib. I. Obſ. 4. legit: *Tripodas geminos auri, duo magna talenta.* et argenti talenta intelligit. vid. ad lib. V. 112. et confer Homer. Iliad. Ψ. 267.

267 SI VERO) *Cum vero* prior Hamburgicus.

268 PRAEDAE DVCERE SORTEM) Monet Servius non deeſſe qui legant, *deiicere ſortem. Ducere* defendit Marklandus ad Stat. V. Silv. III, 92. et habet Serv. ad III. 323. *deducere* Dorvil.

269 VI-

Vidisti, quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus: ipsum illum, clipeum cristasque rubentis
Excipiam sorti, iam nunc tua praemia, Nise.
Praeterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora captivosque dabit, suaque omnibus arma:
Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.
Te vero, mea quem spatiis propioribus aetas
Insequitur, venerande puer, iam pectore toto
Adcipio, et comitem casus complector in omnis.
Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus:
Seu pacem, seu bella geram; tibi maxima rerum
Verborumque fides. Contra quem talia fatur
Euryalus: Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit: tantum: Fortuna secunda
Haud adversa cadat. Sed te super omnia dona
Vnum oro: genetrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non moenia regis Acestae. [est,
Hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli
Inque

269 VIDISTI) *Vidistis* apud Macrobium libr. VI. Saturn. 6. *Vidistis* et Zulichemius et Parrhas. *quis ibat* Francianus.

271 IAM NVNC) *Nunc iam* Dorvill.

272 LECTISSIMA) *Laetissima* Venetus, Leidensis, Zulichemius, et Excerpta nostra. *letissima* Dorvill.

274 INSVPER ID) *Insuper his campos quos* Vratislav. *campii quos* Francianus. *campos quos* Dorvil. Parrhas. et Ed. Venet.

275 TE) *Tu* Bigotianus.

Ibid. SPATIIS PROPIORIBVS AETAS INSEQVITVR] Id est, qui prope mihi aequalis es. id Calpurnius Ecl. IV. 18. ita expressit: *Quem vicena meis natalibus admovet aestas.* quem locum varie tentasse viros doctos videre est in notis. Minor vero Ascanius septendecim annis, quos Euryalo dat Servius supr. ad v. 202.

277 COMPLECTOR) *Amplector* Leidensis.

280 CONTRA QVEM) *Contra quae* primus Rottendorphius ut, *haec contra* I. Aen. 76. Lucan. IX. 125. *quem contra talia frater* mox, *nulla fides* Hugenianus a manu prima.

283 AVT ADVERSA CADAT) *Haut* vel *haud* Leidensis, Hugenianus, Zulichemius et Catroeus. *sed te ultra omnia* Vratislaviensis. *tantum super* Parrhas. Serv. ad VIII. 303. *et te.*

Inque ſalutatam linquo; nox, et tua teſtis
Dextera, quod nequeam lacrimas perferre parentis.
At tu, oro, ſolare inopem, et ſuccurre relictae.
Hanc ſine me ſpem ferre tui: audentior ibo
In caſus omnis. Percuſſa mente dederunt
Dardanidae lacrimas: ante omnis pulcher Iulus:
Atque animum patriae ſtrinxit pietatis imago.
Tum ſic effatur:
Spondeo digna tuis ingentibus omnia coeptis.
Namque erit iſta mihi genetrix, nomenque Creüſae
Solum defuerit, nec partum gratia talem
Parva manet; caſus factum quicumque ſequuntur.
Per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat:
Quae tibi polliceor reduci, rebuſque ſecundis,
Haec eadem matrique tuae generique manebunt.
Sic ait inlacrimans: humero ſimul exuit enſem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſius,

290 AT TV) *Hunc te oro* Zulichemius, *hanc tu* Leidenſis, Vratislavienſis et duo Moretani, et Francianus. *hanc oro* Oudartii a manu prima. et mox, *aut ſine me* Excerpta noſtra.

291 AVDENTIOR) *Quo audentior* Venetus.

295 EFFATVR) *Affatur* Ed. Venet.

296 SPONDEO] Longe elegantius in Mediceo *ſponde.* nec aliter a manu prima Gudianus et Mentelius uterque. in altero Voſſiano, *ſponti.* in Rottendorphio a manu prima *ſponte*, quod eodem recidit. in primo Moretano, *ſponde o digna. ſponde*, promitte tibi, exſpecta. *Omina* Sprotianus a manu ſecunda, et ita Parrhaſ. dubito an Latine dicatur, *ſibi ſpondere.* apud Lucan. VII. 246. *audax caſus ſpondere ſecundos*, poſſet quidam ſubintelligere *ſibi*. ſed rectius tamen *militibus* credo, ad quos mox concionem habet, qua felicem eventum proelii ſpondet. quare dum aliud exemplum videam, hic *ſpondeo* retineo. et hoc *polliceor* inf. 301. exigit.

297 NAMQVE] *Illa* Zulichemius. *namque, ait, et tu* Oudartii. mox, *tantum defuerit* Gudianus. et *gloria talem* prior Hamburgicus.

299 SEQVETVR) *Sequatur* Francianus. *ſequentur* Regius et Parrhaſ. *ſequetur* Edd. Venet. Mediol, et Ald.

303 HAEC AIT] *Sic ait, et lacrimans* Parrhaſ.

304 LYCAON] *Lichaon* Parrhaſ. Lycaon Arcas Serv. inf. ad v. 505. alius fuit.

307 PER-

Gnofius, atque habilem vagina aptarat eburna.
Dat Nifo Mneftheus pellem horrentifque leonis
Exuvias: galeam fidus permutat Aletes.
Protenus armati incedunt: quos omnis euntis
Primorum manus ad portas iuvenumque fenumque
Profequitur votis. Nec non et pulcher Iulus,
Ante annos animumque gerens curamque virilem,
Multa patri portanda dabat mandata; fed aurae
Omnia difcerpunt, et nubibus inrita donant.
Egreffi fuperant foffas, noctifque per umbram
Caftra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio. Paffim fomno vinoque per herbam
Corpora fufa vident, adrectos litore currus,
Inter lora rotafque viros; fimul arma iacere,
Vina fimul. Prior Hyrtacides fic ore locutus:
Euryale, audendum dextra. Nunc ipfa vocat res
Hac iter eft. Tu, ne qua manus fe adtollere nobis

A ter-

307 PERMVTAT] *Permittit* Montalbanius et fecundus Rottendorphius.

308 EVNTIS) Vid. v. 454.

311 ANTE ANNOS) *Ante omnes* Venetus. *animofque gerens* Montalbanius, fecundus Hamburgicus. vulgata eft apud Lutat. ad Statii IV. Theb. 247.

312 PORTANDA DABAT MANDATA) *Mandata dabat portanda* in fcriptis Heinfii atque Pierianis. Ita Parrhaf. et Dorvill.

313 DISCERPVNT) *Decerpunt* alter Hamburgenfis. mox, *per umbras* Venetus, Hugen. Zulichem. et Parrhaf. *votifque per umbram* Leidenfis pro var. lect.

315 ANTE) *Arte* Leidenfis. v. Ruaeus.

316 PER HERBAM) *Per umbram* primus Rottendorphius.

317 ADRECTOS] *Arrectofque* vitiofe Edit. Iuntae. *arreptos* Vratislavienfis. fed *arrectos*, de duarum rotarum curribus, qui folent in pofteriorem partem refupinari, recte poteft intelligi. nam proprie currus duabus tantum rotis inftructus. vid. Scheffer. II. de re vehic. cap. 15. *erigere* in fimili re Stat. III. Theb. 414. *Erecto currum temone fupinant.* et X. Theb. 169. *Attoniti currum erexere leones.*

319 VINA) Male Taubmannus vina vomitu effufa explicat. recte Servius vafa, pocula. vid. ad Valer. Flac. III. 609.

320 AVDENDVM) *Audendum eft* Bigotianus et Leidenfis a manu fecunda.

 322 CON-

A tergo possit, custodi, et consule longe.
Haec ego vasta dabo, et lato te limite ducam.
Sic memorat, vocemque premit; simul ense superbum
Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis
Extructus toto proflabat pectore somnum;
Rex idem, et regi Turno gratissimus augur:
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Tris iuxta famulos temere inter tela iacentis,
Armigerumque Remi premit, aurigamque sub ipsis
Nactus equis; ferroque secat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit
Sanguine singultantem: atro tepefacta cruore
Terra torique madent. Nec non Lamyrumque Lamumque,

Et

322 CONSVLE LONGE) Vid. ad Valer. Flac. III. 38.

323 VASTA DABO ET LATO TE] *Recto te limite* Macrobius libr. V. Saturn. 9. aliter Nonius Marcellus. pro *vasta dabo*, codices nonnulli, *vastabo*, quomodo et membranae Thuaneae Macrobii, et Maronis codices nonnulli. sed male. *lato limine* alter Mentelianus et a manu prima Gudianus. *lumine* prior Hamburgicus. *Vasta dabo et lato* Francianus et Regius a manu secunda. *lato* rectum est inf. X. 514. *Latumque per agmen Limitem agit. de recto limite* vid. ad lib. VI. 901. et Salmas. Observ. ad Ius Att. p. 570. ubi discrimen *limitis*, et *liminis* docet.

324 SVPERBVM) *Superbus* Waddel. Anim. Critic. p. 28. male. tapetes enim in castris habere, superbi est.

325 TAPETIBVS ALTIS) Ita et Stat. I. Theb. 518. *altosque inferre tapetas.* ubi Glossa codicis Leidensis *altos* nobiles explicat.

326 EXSTRVCTVS) *Exstratus* tertius Mentelii. et ita laudat Rufinian. de Schemat. Lex. p. 34. sed recte Schol. Horat. ad II. Od. 3. *perflabat* plurimi codices et Ed. Venet. *pectore vinum* secundus Moreti.

329 TELA *Lora* Parrhas. ex v. 318. ubi in Pierianis ita variatur.

330 ARMIGERVMQVE REMI) Ita et Nonius in *premere*. *Remum* Dorvil. a m. sec.

331 NACTVS) *Nanctus* Mentelii prior. *natus* Dorvil.

333 SINGVLTANTEM: ATRO) Barth. ad Stat. VIII. 752. distinguit: *Sanguine singultantem atro tepefacta.*

334 TAMYRVM TAMVMQVE) *Latyrumque* Vratislaviensis. *Tamyrum*, *Tomyrum*, *Limyrum* alii. *Lamyrum* Ald. *Lamum* etiam

Statius

Et iuvenem Sarranum, illa qui plurima nocte
Luserat, insignis facie, multoque iacebat
Membra deo victus: felix, si protenus illum
Aequasset nocti ludum, in lucemque tulisset.
Inpastus ceu plena leo per ovilia turbans
(Suadet enim vesana fames) manditque trahitque
Molle pecus, mutumque metu: fremit ore cruento.
Nec minor Euryali caedes. Incensus et ipse
Perfurit; ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumque, Herbesumque subit, Rhoetumque, Abarimque,
Igna-

Statius IX. Theb. 764. indicat inter Thebanos. *Sarranum* quartus Moreti. *Seranon* Zulichemius. *Seranum* Francian. et Parrhaſ. *Serranum* Regius et Ed: P. Danielis.

336 INSIGNIS) *Insigni* Menagii prior. vid. ad Phaedr. III. VIII. 3. infr. 583. nulla variatio. vid. et VI. 299. *iacebant* Mentelii prior. Parrhaſ. et Gudianus a manu prima. deum Bacchum intelligit Ruaeus.

337 VICTVS) *Vinctus* in Montalbanio et tertio Rottendorphio. Sed *victus* legit Lutatius ad Statii II. Theb. 74.

338 IN LVCEMQVE) *In* deeſt Hugeniano.

340 VESANA) *Vaesana* Mediceus. *ieiuna* Excerpta noſtra. *mandique trahique* alter Menagii. ſed aliter Interpres Horatii Epod. 5.

341 MVTVMQVE) Male, *motumque* alii. v. ad Ovid. III. Art. Amat. 702. *et fremit* Parrhaſ.

342 ET IPSE) *Et ira* quartus Moretanus. *et ille* Parrhaſ.

343 SINE NOMINE) Id eſt ignobiles. nam nominat eos mox: ita Florus III. 16. *Caium Gracchum, hominem sine tribu, sine nomine.* vid. Cerd. de *medio* vid. ad lib. V. 785. niſi *in medio* hic capias de tempore quo hanc caedem edebat.

344 HEBESVMQVE] *Herbesumque* Mediceus, Mentelianus uterque, caeterique vetuſtiores, niſi quod in Gudiano, *Habesumque.* deinde, *Rhaetum,* non *Rhoecum* iidem. et in Nonio Marcello verbo *subit,* legere eſt *Hebaesumque. Fandumque, Phadanumque, Phadumque, Thadumque.* deinde *Herbosumque, Hebusumque, Hebessumque, Heresumque, Rhetumque, Roetumque, Rhoeteumque, Aberinque, Hilarimque, Haberimque, Haburinque, Arabimque, Fadamque* variantes codices. *Abarenque* Dorvilii codex, et *Hebessumque,* qui non alienus erat ab *Herbessumque,* quo nomine alius a Silio celebratur lib. XIV. 264. et ne Siculum nomen offendat, infra v. 584. Arcentem Siculum

Ignaros; Rhoetum vigilantem, et cuncta videntem;
Sed magnum metuens se post cratera tegebat:
Pectore in adverso totum cui comminus ensem
Condidit adsurgenti, et multa morte recepit.
Purpuream vomit ille animam; et cum sanguine mixta
Vina refert moriens. Hic furto fervidus instat.
Iamque ad Messapi socios tendebat, ubi ignem
Deficere extremum, et religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breviter cum talia Nisus,
(Sensit enim nimia caede atque cupidine ferri)
Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.
Poenarum exhaustum satis est: via facta per hostes.
Multa virûm solido argento perfecta relinquunt
Arma

etiam occurrere notabat, licet Servius a crisi non abstineat.

345 IGNARVM) *Ignavum Rhaetum.* Wadd. Anim. Critic. p. 30. ut inf. 395.

347 TOTVM CVI) *Totum cum* Ed. pr.

348 MVLTA MORTE) *Multaque in morte reduxit* Parrhas. *et inulta morte* Wadd. Anim. Critic. p. 32.

349 ET CVM) *Et* deest Oudartiano, Veneto et Zulichemio. *mixtam* Venetus et Parrhas.

350 HIC] *Hinc* Montalbanius. *tunc* Venetus.

351 VBI IGNEM DEFICERE EXTREMVM] *Ibi ignem* omnes Heinsii, excepto primo Moretano, aliisque duobus aut tribus minoris rei. *Ibi* Mediceus, Regius et Edd. Venet. et Mediol. dubitat autem Servius an *ignem extremum*, an *deficere extremum*. ego primum praefero. ita Petron. XXII. *Lucernae humore defectae tenue et extremum lumen spargebant.* ubi vide quae diximus. apud Ciceronem quoque in Orat. ad Quirites post Red. cap. 1. in loco vexatissimo posset lectio MSS. retineri: *ut quod odium in remph. etc. conceptum iam diu continerent, id in me uno etc. deficeret.* id est finiretur me sublato. ubi alii *deflecterent.* Heumannus *eiicerent*, pro evomerent sine ulla auctoritate. si quid mutandum, malim, *effunderent*, quod τῷ *continere* est contrarium. ut in Paradox. III. *qui se in aliqua libidine continent, in aliqua effundunt. et odium effundere* dixit Cicero I. ad Fam. 9. et *furorem* XII. 25. et passim. sed exspecto cum Graevio aliam etiam medicinam adfecto loco.

353 CVM TALIA) *Cui* Excerpta nostra cum Bigotiano.

355 ABSISTAMVS) Lutatius ad Stat. II. Theb. 682. *Acceleremus ait.* quod ex libr. VI. 630. memoria ipsi infida suggessit.

357 RELINQVVNT) *Relinquit* Venetus.

358 PVL-

Armaque crateraſque ſimul, pulchroſque tapetas,
Euryalus phaleras Rhamnetis, et aurea buliis
Cingula, Tiburti Remulo ditiſſimus olim
Quae mittit dona, hoſpitio quum iungeret abſens,
Caedicus: ille ſuo moriens dat habere nepoti.
Poſt mortem bello Rutuli pugnamque potiti.
Haec rapit, atque humeris nequidquam fortibus aptat,
Tum galeam Meſſapi habilem criſtiſque decoram
Induit. Excedunt caſtris, et tuta capeſſunt.
Interea praemiſſi equites ex urbe Latina,
Cetera dum legio campis inſtructa moratur,
Ibant, et Turno regis reſponſa ferebant,
Tercentum, ſcutati omnes, Volſcente magiſtro.
Iamque propinquabant caſtris, muroſque ſubibant.
Cum procul hos laevo flectentis limite cernunt:
Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in umbra
Prodidit inmemorem, radiiſque adverſa refulſit.

Haud

358 PVLCHROSQVE TAPETAS) *Tapetos* primus Rottendorphius. mox, *bollis* Bigotianus. citat haec Schol. Stat. I. 518.

359 RHAMNETIS) *Ramnentis* Dorvil.

360 REMVLO) *Mitis* Parrhaſ.

361 MITTIT) *Miſit* Montalbanius et ſecundus Hamburgenſis.

363 PVGNAMQVE POTITI) *Praedaque potiti* Heinſii unus Voſſianus, et pro diverſa lectione Moretanus tertius. et ſic Vaticanus Pierii. ſed Mediceus *pugnamque potiti*. caeteri omnes *pugnaque*. Et ita Dorvill. et alii.

365 CRISTISQVE) *Criſtamque* alter Hamburgicus.

367 PRAEMISSI) *Permiſſi* Mentelii prior.

369 REGIS] *Regi* Francianus, Regius et Dorvill. *regi Turno* prior Hamburgicus. forte melius. nam Latinus mandata dare non potuit, qui libr. VII. 600. *Sepſit ſe tectis, rerumque reliquit habenas.* niſi Servium ſequi placet.

370 OMNES) *Homines* Zulichemius.

Ibid. VOLSCENTE) *Velcente* Regius.

373 SVBLVSTRI) *Subluſtris* Leidenſis a manu prima. mox, *radiis adverſa* ſecundus Hamburgicus et alter Menagii.

374 RADIIS QVAE) Wadd. Anim. Critic. p. 33.

375 HAVD

Haud temere eſt viſum, conclamat ab agmine Volſcens:
State, viri. Quae cauſſa viae? quive eſtis in armis?
Quove tenetis iter? Nihil illi tendere contra:
Sed celerare fugam in ſilvas, et fidere nocti.
Obiiciunt equites ſeſe ad divortia nota [ronant.)
Hinc atque hinc, omnemque abitum cuſtode co-
Silva fuit, late dumis atque ilice nigra
Horrida, quam denſi conplerant undique ſentes:
Rara per occultos lucebat ſemita callis.
Euryalum tenebrae ramorum oneroſaque praeda
Inpediunt, fallitque timor regione viarum.
Niſus abit: iamque inprudens evaſerat hoſtis,
Atque lacus; qui poſt Albae de nomine dicti
Albani: tum rex ſtabula alta Latinus habebat.

Vt

375 HAVD TEMERE EST VISVM) *Viſu* primus Moretanus. Ego ſive *viſum*, ſive *viſu* legas, non idoneum ſenſum exire puto. ſed pro *viſu*, quod et Leidenſis habet, ſcriptum fuiſſe *viſa* credo, ſcilicet galea illa ſplendenti. hac *viſa Volſcens* conclamat *haud temere eſt.* ubi diſtingui debet, ut centies illa formula apud Terentium et alios occurrit. non enim conclamat, *haud viſum eſt temere*, ſed viſa galea, conclamat *haud temere eſt.* ita Ennius a Servio citatus ſup. ad v. 329. vid. ad Quinctil. Decl. XIII. 18. ubi nondum viſis Heinſii notis, ex eius ad Val. Flac. IV. 741. ſuſpicatus etiam eum ita legere. Dict. Cretenſ. IV. 9. v. Obr. *exclamat* Venetus. *eſt uſum* Excerpta noſtra. *agmine* et *aggere* etiam confundunt codices lib. XII. 446. v. Cannegiet. ad Aviani Fab. XVII. ſed hic non mutarem *agmine*. ſic Statius IV. Theb. 802. *Ibi exſultans conclamat ab agmine primus Argus.* ubi eſt manifeſta imitatio *ex agmine* Sil. V. 377. et 445.

377 TENDERE CONTRA) Lucret. I. 67.

378 CELERARE) *Scelerare* Zulichemius. *in ſilvis* Leidenſis unus et Regius.

380 ADITVM) *Abitum* Mediceus a manu prima. *Aditum* Dorvill. Regius, Ald. *obitum* Ed. Mediol. *huc illuc* Nonius in *divortia*.

385 FALLITQVE TIMOR) *Falliqne timor* a manu prima in Mediceo. *Fallitque timor* Francianus et Regius. de *regione* vid. ad lib. II. 737.

386 EVASERAT) *Invaſſerat* Dorvil. *evaſerit* Mediceus a m.pr.

387 ATQVE LACVS) *Adque locos* Dorvill. prior Hamburgicus. vid. Ruae. *atque lucos* Ed. pr. *locos* Mediol. vid. Erythr. Ind. in *locos*.

Ibid.

Vt ſtetit, et fruſtra abſentem reſpexit amicum:
Euryale, infelix qua te regione reliqui?
Quave ſequar? rurſus perplexum iter omne re-
Fallacis ſilvae, ſimul et veſtigia retro [volvens)
Obſervata legit, dumiſque ſilentibus errat:
Audit equos, audit ſtrepitus, et ſigna ſequentum.
Nec longum in medio tempus; quum clamor ad auris
Pervenit, ac videt Euryalum: quem iam manus omnis
Fraude loci et noctis, ſubito turbante tumultu,
Oppreſſum rapit, et conantem plurima fruſtra.
Quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis
Eripere? an ſeſe medios moriturus in enſes
Inferat,

Ibid. DICTI) *Ducti* Mediceus a manu prima.

389 RESPEXIT) *Proſpexit* alter Menagii.

391 QVAVE) *Quove* Parrhaſianus.

Ibid. PERPLEXVM ITER OMNE REVOLVENS FALLACIS SILVAE) *Perflexum* Sprotianus. *reſolvens* ſecundus et tertius Rottendorphius. *rurſum* etiam Venetus et Menagii et Hamburgicus priores.

393 SILENTIBVS) Quia gradu ſuſpenſo et quieto, nullum ſonum edere volebat. vid. lib. VII. 677. alibi *ſonantia* virgulta et ſimilia dicit, ubi impetu quis graditur.

394 SEQVENTVM) *Sequentem* Gudianus a manu prima.

395 CVM) *Dum* Venetus, *tum* Gudianus a manu prima, et ita Leidenſis et Regius. *in medio* ut ſupr. 343.

399 QVID FACIAT) Servius ad IV. Aen. 283. *Heu quid agat* legit.

400 MORITVRVS IN HOSTES] *In enſes* Gudianus, ſecundus tertiusque Rottendorphii, Sprotianus, Voſſianus prior, tum et alter Menrelianus, a manu prima. quam ſcripturam a nonnullis praeferri Servius teſtatur, et recte: nam variavit orationem, cum libro II. 511. dixiſſet, *Denſos fertur moriturus in hoſtes.* *Aut ſeſe* Menagii prior. *enſes* praeferrem. commutarunt vero ſaepe has voces librarii. vid. ad Ovid. XIV. Met. 574. Lucan. VII. 609. *nec deerat robur in enſes Ire duci.* et ita credo apud Propert. III. VII. 25. legendum: *Vel tibi Medorum pugnaces ire per enſes.* nam *hoſtes Medorum* pro ipſis *Medis* vix placet. et ita *pugnax enſis* Ovid. V. Triſt. VII. 48. poſſet tamen et recepta lectio tolerari, ut apud Valer. Flac. I. 438. *Tu medios gladio bonus ire per hoſtes.* et ita infr. lib. X. 554. *Medios moriturus in hoſtes Irruit.* et ex formula quaſi libr. XI. 741.
Equum

Inferat, et pulchram properet per volnera mortem?
Ocius adducto torquens hastile lacerto,
Suspiciens altam Lunam, et sic voce precatur:
Tu, Dea, tu praesens nostro succurre labori,
Astrorum decus, et nemorum Latonia custos;
Si qua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi;
Hunc sine me turbare globum, et rege tela per auras.
Dixerat: et toto conixus corpore, ferrum
Coniicit. Hasta volans noctis diverberat umbras,
Et venit adversi in tergum Sulmonis, ibique
Frangitur, ac fisso transit praecordia ligno.
Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus, et longis singultibus ilia pulsat.
Diversi circumspiciunt. Hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure;
Dum trepidant, iit hasta Tago per tempus utrumque
Stri-

Equum medios moriturus in hostis Concitat. Gudianus exhibebat: et ita saepe Librarios loca interpolasse ex similibus saepe in his notis ostendimus. *inferre se* illustravimus ad Quinctil. XIII. Declam. 14.

403 ALTAM LVNAM) *Altam ad lunam* Zulichemius, sed Ovid. I. Trist. III *Hanc* (Lunam) *ego suspiciens, et ab hac Capitolia cernens.* et Epist. XVIII. 61. *Hanc* (Lunam) *ego suspiciens, faveas, dea candida, dixi. voce precatus* Leidensis. *et sic voce* Francianus.

408 SVSPENDIVE) *Suspendine* Dorvil.

409 HVNC) *Nunc* primus Moretanus. *per hostes* Bigotianus.

411 DIVERBERAT VMBRAS) *Deverberat*, quartus Moretanus, et *auras* secundus et Zulichemius, et a manu secunda. prior Hamburgicus; Paris. et Parrhas. vid. lib. V. 502.

412 ADVERSI IN TERGVM SVLMONIS) Vid. infr. 764. *Sulamonis* Sprotianus. vid. ad Ovid. III. Art. 35. *adversi* agnoscit Interpres Crucquianus Horatii I. Sat. XI. 14.

413 PRAECORDIA LIGNO) *Praecordia Ludo* prior Menagii.

417 ECCE ALIVD SVMMA) *Ecce aliud telum summa* Francianus et Regius. de *librare* vid. infr. v. 655. notas ad Servium.

418 IT HASTA) *Iit* est in Bigo-

Stridens, traiectoque haesit tepefacta cerebro.
Saevit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam
Auctorem, nec quo se ardens inmittere possit.
Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
Persolves amborum, inquit: simul ense recluso
Ibat in Euryalum. Tum vero exterritus, amens
Conclamat Nisus: nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem:
Me, me, (adsum qui feci) in me convertite ferrum,
O Rutuli. mea fraus omnis; nihil iste nec ausus,
Nec potuit: coelum hoc, et conscia sidera testor.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus

Trans-

Bigotiano, qui a secunda manu *hasta tremens.* *it* Francianus et Parrh. et Regius, Edd. Venet. Mediol. et Ald. et id agnoscit Servius ad IV. Aen. 56. V. Erythr.

Ibid. TEMPVS) In singulari Catullus dixit Carm. LXI. 162. ubi V. Muretum. de Lucretiano loco II. 45. vide dissentientes Interpretes.

419 HAESIT) *Exit* Vratislaviensis.

420 VSQVAM) *Vmquam* Mediceus a manu prima. *telis* Dorvill.

421 QVO SE ARDENS) *Quo ardens se* Ald.

423 INQVIT) Vid. ad XI. 242. Guell. et Od. I. 325.

Ibid. RECLVSO] Ergo in vagina etiam nunc gladium habuisse credendum est, ut ita *retecto* ense dixit Lucan. IX. sed ibi alia res est. hic ubi iam pugna est, credibilius iam strictum habuisse, sed ut ictum inferret, extentum ensem reductasse. quare posset *reducto* legi, ut in Lucani etiam loco tentabat Heinsius ad Ovid. XII. Met. 132. ubi plura de hoc verbo. et ubi in variis lectionibus etiam *relicto* reperitur, ut hic habet etiam Donatus ad Terent. Andr. I. v. 16. *ibat* eleganter, ut Silius XIV. 628. *itur in hostem.* vide plura ad Phaedr. IV. 3.

425 CELARE) *Celerare* prior Hamburgicus. *latebris* Venetus.

426 POTVIT) *Potui* Editio Iuntina *haud tantum* Francianus.

427 FECI, IN ME] *Feci inquit* Parrhas. sed similis iteratio pronominis apud Ovid. VIII. 128. et Senec. Med. 266. et Hippol. 1159. et Stat. I. Theb. 651. ubi videndus Barthius.

429 COELVM HOC ET) *Hoc* deest Dorvill.

431 ADACTVS) *Adductis* Excerpta nostra. *adactus* ensis passim occurrit, et firmat hoc coniecturam in v. 423. nam reductus prius ensis, deinde adigitur.

433 RV-

Transabiit costas, et candida pectora rumpit.
Volvitur Euryalus leto, pulchrosque per artus
It cruor, inque humeros cervix conlabsa recumbit.
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens; lassove papavera collo
Demisere caput, pluvia quum forte gravantur.
At Nisus ruit in medios, solumque per omnis
Volscentem petit: in solo Volscente moratur.
Quem circum glomerati hostes, hinc comminus atque hinc
Proturbant. Instat non secius, ac rotat ensem
Fulmineum; donec Rutuli clamantis in ore
Condidit adverso, et moriens animam abstulit hosti.
Tum super exanimem sese proiecit amicum,
Confossus, placidaque ibi demum morte quievit.
Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,
Nulla dies umquam memori vos eximet aevo:
Dum domus Aeneae Capitoli inmobile saxum

Adco-

433 RVPIT) *Transegit* et *rupit* Zulichemius et Francianus. Apulei. VII. Met. *per medias acies infesti militis transabii. transadiit* Dorvil. Excerpta nostra, Ed. Medic. *transabigit* Ed. Venet. *rupit* utraque. *pectora candida* Sprotianus et tres alii.

436 LANGVESCIT) *Linquescit* Dorvil.

Ibid. LASSOQVE) Confer huic loco Ovid X. Met. 190. qui ex Virgilio expressit sua: *lapsoque* Dorvil. et Ald.

437 DEMISERE) *Dimisere* Mentelii prior, Menagii alter, secundus Moretanus et duo tresve alii.

440 HOSTES) *Omnes* Parrhas.

441 PROTVRBANT) *Perturbant* Venetus et alter Hamburgicus cum duobus Moretanis, et Excerptis nostris et Parrhas.

Ibid. NON SECIVS) *Nec segnius* alter Hamburgicus. *non serius* Francianus. *instant* Dorvill. *rotet* Leidens.

445 CONFOSSVS) *Confixus* Dorvil. Cod. a m. sec. qui et copulam omittens, *placida* habet: pro quo vir doctus, *placita* posse legi credebat, quae voces centies confusae. vid. Pier. ad x. 15. nec repugno, quia vindicato amico, etiam hosti occiso, nolens supervivere, mortem sponte quasi obibat.

451 EXA-

Adcolet, imperiumque pater Romanus habebit.
Victores praeda Rutuli spoliisque potiti,
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exsangui, et primis una tot caede peremtis,
Sarranoque, Numaque. Ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesque viros, tepidaque recentem
Caede locum, et plenos spumanti sanguine rivos.
Adgnoscunt spolia inter se, galeamque nitentem
Messapi, et multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam Sole infuso, iam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
Suscitat, aeratasque acies in proelia cogit:
Quisque suos, variisque acuunt rumoribus iras.
Quin ipsa adrectis (visu miserabile) in hastis

Praefi-

451 EXANIMVM) *Exanimem* Dorvil.

452 NEC MINOR] *Nec minus* in primo Rottendorphio. Sed tunc *luctus* genitivo casu esset capiendum. sed *minor* agnoscit Commentator Horatianus in Art. Poët. 342.

453 EXSANGVI) *Exanimi* Ed. Venet.

454 SERRANOQVE) *Seranoque* Parrhas. *Sarranoque* Ald.

455 SEMINECESQVE) *Seminecisque ultos* alter Hamburgicus.

Ibid. TEPIDVMQVE RECENTI) *Multo spumantes* Sprotianus. *recentem* recte, variat enim Virg. more suo. nam VIII. 195. *semperque recenti Caede tepebat humus.* *Tepidumque recenti* Ed. pr. *tepidaque madentem* Mediol.

456 SPVMANTI) *Spumantis* Mediceus.

457 AGNOSCVNT) *Cognoscunt* quartus Moretanus.

461 RETECTIS) *Relictis* prior Hamburgicus. sed *retegere* est aperire, nudare. vid. ad Lucan. VIII. 789.

463 AERATASQVE ACIES IN PROELIA COGIT: QVISQVE SVAS) *Suas* Vratislaviensis et nonnulli alii. *suas variis acuunt* Bigotianus. *variisque* alter Hamburgicus. *variosque* secundus Rottendorphius. *variis acuunt* Venetus, prior Hamburgicus et Dorvill. *Quique suos* Montalbanius et Parrhas. vid. Grat. Cyneg. 338.

465 IPSA) *Ipsi* Venetus. *miserabile* Mentelii prior et plurimi alii. *mirabile* Gudianus, alterMentelii, duo Moretani, prior Hamburgicus, Francian. et Medicens

Praefigunt capita, et multo clamore ſequuntur,
Euryali, et Niſi.
Aeneadae duri murorum in parte ſiniſtra
Oppoſuere aciem, (nam dextera cingitur amni)
Ingentiſque tenent foſſas, et turribus altis
Stant maeſti: ſimul ora virum praefixa movebant,
Nota nimis miſeris, atroque fluentia tabo.
Interea pavidam volitans pennata per urbem
Nuntia Fama ruit, matriſque adlabitur auris
Euryali. At ſubitus miſerae calor oſſa reliquit.
Excuſſi manibus radii, revolutaque penſa.
Evolat infelix, et femineo ululatu,
Sciſſa comam, muros amens atque agmina curſu
Prima petit. Non illa virûm, non illa pericli,
Telorumque memor: coelum dehinc queſtibus inplet:
Hunc ego te, Euryale, adſpicio? tune, illa ſenectae
Sera

ceus a manu prima. et Ed. Ald. v. Steph. Schediaſm. in Virg. pag. 71.

466 CLAMORE SEQVVNTVR) Hinc poſſet coniectura ad Ovid. Ep. XIV. 29. *Ecce mero dubii, comitum clamore ſequente*, etc. firmari, pro *frequentes*. et apud eumdem 1. Am. VII. 37. *Quaeque tuos currus, comitatus, turba ſequetur, Clamet*, etc.

469 AMNI) *Amne* Sprotianus.

471 VIDEBANT) *Monebant* prior Hamburgicus pro varia lectione. *movebant* Dorvil. a m. ſec. *ſimul* pro ſimul ac videbant.

473 PENNATA) *Pinnata* Mediceus et Gudianus.

474 RVIT) *Gerit* Venetus a manu prima. *auras* Mediceus a manu prima.

475 AC SVBITVS) *At ſubitus* in Mediceo et caeteris caſtigatioribus. ita Hugenianus et Francianus.

476 EXCVSSI) *Diſcuſſi* Parrhaſ.

478 COMAM) *Comas* Venetus.

479 PRIMA] Iungit τῷ *agmina* Catrocus. ſed *prima*, mater ſcilicet, perrupto agmine defenſorum, in extrema parte murorum ſtetit, cupidine videndi caput filii ſui praefixum. ita mox 494. *me primam abſumite ferro*, in prima parte muri ſtantem, et expoſitam telis. *muros atque agmina* ſunt defenſores murorum.

480 COELVM) *Dehinc coelum* Parrhaſianus, Sprotianus et ſecundus Rottendorphius.

481 HVNC EGO TE) *Hinc* Hugenianus. ſed *hunc* recte *talem* Servius explicat. imitatur Statius lib. XII. 322. *Hunc ego te.*

Sera meae requies, potuisti linquere solam,
Crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,
Adfari extremum miserae data copia matri?
Heu, terra ignota canibus date praeda Latinis,
Alitibusque iaces! nec te tua funera mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi,
Veste tegens; tibi quam noctes festina diesque
Vrguebam, et tela curas solabar anilis. [bra,)
Quo sequar? aut quae nunc artus avolsaque mem-
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
Nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?
Figite me, si qua est pietas; in me omnia tela
Con-

te, coniux, ad debita regna profectum etc. Aspicio. vid. ad Valer. Flac. VII. 481.

Ibid. ILLA) *Ille* Regius *ipse* Dorvil. a m. sec.

484 ADFARI EXTREMVM) *Extrema* uterque Menagii, Montalbanius, et Leidensis.

485 DATA PRAEDA) Eadem vero ratione supra v. 481. *tune ille* deberet scribi cum Regio codice. vid. ad Val. Flac. II. 485. *Data* Dorvill. Edd. Venet. et Mediol.

486 IACES) *Acies* literis transpositis Francianus.

Ibid. NEC TE, TVA FVNERA MATER PRODVXI] *Funere produxi* castigabat Petrus Bembus, in illo Dialogo, quem Terentianis fabulis, et Culici Virgiliano castigandis dedit. Ios. Castalio IV. Decad. Obs. 6. construit, nec te tegens veste, produxi tua funera, et alios refutat. *proluxi* legit Merula ad Ennii Fragmenta pag. 57. et certe intricatior constructio. et *funera* pro *funerea* dici vix mihi persuadebit Servius. in secundo Moreti erat, *nec enim tua. nec ego tua* Parrhas. In commentariis Trivoltianis A. 1702. Nov. p. 324. Ed. Amst. de hoc loco amplissime egit de Fresneuse Rothomagensis. v. Ruae. et Catroe. forte *nec tristia funera.* Bembi emendatio posset admitti, ut *tua* sit, ego tua mater non produxi te funere. *Producere* diversum a προτιθέναι, quod collocare, proponere dicunt Latini. vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 317. Heuman. Tom. IV. Poecil. lib. IV. pag. 538. *nec te et tua funera.* Passer. ad Prop. I. ult. 4. *Italiae duris funera temporibus* pro funerea sepulcra capit.

487 OCVLOS) *Oculis* Leidensis et primus Rottendorphius.

490 AVT QVAE) *Aut quo* Montalbanius. *sequor* etiam alter Hamburgicus.

492 NATE REFERS) *Natene fers?* Alter Hamburgicus.

Ibid. HOC SVM) *Haec* Parrhasianus.

Coniicite, o Rutuli; me primam absumite ferro:
Aut tu, magne pater Divom, miserere, tuoque
Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
Hoc fletu concussi animi, maestusque per omnis
It gemitus: torpent infractae ad proelia vires.
Illam incendentem luctus Idaeus et Actor,
Ilionei monitu, et multum lacrimantis Iuli,
Conripiunt, interque manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
Increpuit. Sequitur clamor, coelumque remugit.
Adcelerant acta pariter testudine Volsci;
Et fossas inplere parant, ac vellere vallum.
Quaerunt pars aditum, et scalis adscendere muros;
Qua rara est acies, interlucetque corona
Non tam spissa viris. Telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Adsueti longo muros defendere bello.

Saxa

494 PRIMAM) *Primum* alter Hamburgicus. *abrumpite* secundus Moreti.

495 AVT TV) *At* uterque Hamburgicus, et secundus Moretanus.

498 MAESTVSQVE) *Maestosque* Mentelii prior a manu prima.

500 INCENDENTEM) *Incidentem* Oudartii. sequens versus huic praemittitur in Regio. *et auctor* Dorvil. a m. sec.

501 MONITV) *Monitum* Editio Iuntina.

502 SVB TECTA] *In tecta* primus Moretanus, Vossianus alter, uterque Menagianus, primus Rottendorphius, prior Hamburgicus, Leidensis, et Schefferianus. *sub tecta reportant* in quarto Moretano. *In tecta* Francianus. eadem varietas in his verbis apud Propert. IV. IV. 35. *Ille equus, ille meos in castra reportet amores.* quod praefert τῷ *reponet* Brouckhusius.

503 CANORO) *Sonoro* Bigotianus.

506 VELLERE) *Pellere vallum* Oudartii et Bigotianus a manu secunda.

507 ADITVM) *Aditus* Gudianus.

509 SPISSA) *Pressa* Hugenianus.

510 AC DVRIS) *Aut* Bigotianus ac *drudis* Francianus. an *crudis*?

512 SAXA QVOQVE) *Saxaque volvebant infesto pondere* Zulichemius.

514 FER-

Saxa quoque infeſto volvebant pondere, ſi qua
Poſſent tectam aciem perrumpere: quum tamen
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus. [omnis)
Nec iam ſufficiunt. Nam, qua globus inminet ingens,
Inmanem Teucri molem volvuntque ruuntque:
Quae ſtravit Rutulos late, armorumque reſolvit
Tegmina. Nec curant caeco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, ſed pellere vallo
Miſſilibus certant.
Parte alia horrendus viſu quaſſabat Etruſcam
Pinum, et fumiferos infert Mezentius ignis.
At Meſſapus equûm domitor, Neptunia proles,
Reſcindit vallum, et ſcalas in moenia poſcit.
Vos, o Calliope, precor, adſpirate canenti;
Quas

514 FERRE LIBET) *Poſſint* Leidenſis. *iuvat* Francianus et Parrhaſianus et Regius.

515 SVFFICIVNT) Eleganter hoc verbum abſolute poni docuit Cl. Dukerus ad Liv. XXI. 8.

516 RVVNTQVE) *Trahuntque* Mentelii prior a manu ſecunda.

517 QVAE RVTVLOS STRAVIT) *Stravit late Rut.* Parrhaſ.

518 CVRANT) *Curent* Leidenſis *ſe condere* Bigotianus et Leidenſis a manu ſecunda. *detendere* Menagii alter.

520 CERTANT) Leidenſis ſupplet, *denſis cum corpore toto. tentant* ſecundus Rottendorphius.

521 ETRVSCAM PINVM) De haſta capit Cerda. quamvis et de taeda ſive face poſſet intelligi. vid. ad Valer. Flac. II. 105. et Ovid. IV. Faſt. 411.

524 RESCINDIT) *Ad moenia* Regius et Dorvil. *in moenia* eſt ad ea conſcendenda et ſuperanda. ſic Flor. IV. 12. *quum in captam urbem faces poſcerentur.* vid. ad Lucan. II. 541.

525 VOS, O CALLIOPE] Tot calculis doctorum virorum, et Servii auctoritate, et aliis exemplis illuſtratam numeri duplicis conſtructionem Heumannus tentat convellere et legi iubet *Vos, o Calliopae*, id eſt Muſae, exemplo a Furiis repetito, quarum licet una ſit Erynnis, illae tamen *Erynnyes* omnes appellantur. ſed producat unum exemplum ubi *Calliopae* dicuntur Muſae. tu vide lector, quae docti viri ad Sil. Ital. III. 222. et 288. adnotarunt, et quae nos diximus ad Valer. Flac. VIII. 178. et cauſſam etiam, cur unam ſaepe Poëtae invocarent Muſam, reddit Scholiaſtes Apollonii Rh. ad lib. III. 1. ubi Rhianus dicit,

Quas ibi tunc ferro ſtrages, quae funera Turnus
Ediderit; quem quiſque virum demiſerit Orco:
Et mecum ingentis oras evolvite belli.
Et meminiſtis enim, divae, et memorare poteſtis.
Turris erat vaſto ſuſpectu, et pontibus altis;
Opportuna loco: ſummis quam viribus omnes
Expugnare Itali, ſummaque evertere opum vi
Certabant: Troës contra defendere ſaxis,
Perque cavas denſi tela intorquere feneſtras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam adfixit lateri; quae plurima vento
Corripuit tabulas, et poſtibus haeſit adeſis.
Turbati trepidare intus, fruſtraque malorum
Velle fugam. Dum ſe glomerant retroque reſidunt
In partem, quae peſte caret, tum pondere turris
Procubuit ſubito, et coelum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, inmani mole ſecuta,

Con-

ſi unius nomen invocetur, adeſſe omnes Muſas. in Poëtis parum verſati debent temerariis his coniecturis manum abſtinere: melius famae conſulent gravioribus ſtudiis operantes.

526 TVM FERRO) *Tunc* in Mediceo et aliis nonnullis. *Cum* Menagii prior et ſecundus Moreti. *ferro tum* Dorvill.

527 DEMISERIT) *Dimiſerit* Montalbanius, primus Rottendorphius, et Mentelii prior a manu ſecunda, Dorvil. et alii.

528 ORAS) *Cauſſas* Venetus. *boras* uterque Hamburgenſis et alter Menagii. *evertite* Menagii prior. *exolvite* alter Hamburgicus. omnes fruſtra. vide Barth. ad Stat. 1. Theb. 2.

529 ET MEMINISTIS ENIM) Hic verſus abeſt in Codic. ab Heinſio laudatis et abeſt a Regio.

530 SVSPECTV) *Suſpecto* alter Hamburgicus. *conſpectu* Parrhaſ.

536 ADFIXIT) *Adſtrinxit* Parrhaſ.

537 TABVLAS) *Tabulis* prior Hamburgicus a m. pr.

540 CARET) *Carent* Francianus. ſed tunc mallem, *qua peſte carent*, ſcilicet Troiani.

542 IMMANI) *Immenſa* Sprorianus. *ſecuti* Menagii prior et alter Hamburgicus. *confixaque* Montalbanius.

Ibid. MOLE) Catroeus capit de parte muri, quae ſecuta ruinam turris. perperam. ſed te tota turris mole capiendum, quae ex turri decidentes in terram ſequebatur. primo pondere eorum qui in unam partem ſe omnes receperant, procubuit, id eſt inclinata eſt: deinde ſecuta cadentes milites eos oppreſſit, et telis

Confixique suis telis, et pectora duro
Transfossi ligno veniunt. Vix unus Helenor,
Et Lycus elapsi: quorum primaevus Helenor,
Maeonio regi quem serva Licymnia furtim
Sustulerat, vetitisque ad Troiam miserat armis,
Ense levis nudo, parmaque inglorius alba.
Isque ubi se Turni media inter millia vidit,
Hinc acies, atque hinc acies adstare Latinas;
Vt fera, quae densa venantum septa corona
Contra tela furit, seseque haud nescia morti
Iniicit, et saltu supra venabula fertur;
Haud aliter iuvenis medios moriturus in hostis
Inruit; et, qua tela videt densissima, tendit.
At pedibus longe melior Lycus inter et hostis,
Inter et arma, fuga muros tenet, altaque certat
Prendere tecta manu, sociumque adtingere dextras.
Quem

telis suis ipsi vulnerati et transfossi fuere. nam quis credat turrim, quae in murorum parte summa stabat, cadentem murorum partem posse secum trahere? et quam demum Turnus revellit v. 562. denique Lycus, qui evaserat lapsa turri, tentat in vallum evadere, quum si muri pars ruinam fecisset, per illam potuisset in castra pervenire.

544 TRANSFOSSI] *Transfixi* prior Hamburgicus pro varia lectione. *confossi* Parrhas.

Ibid. HELENOR] *Elenor* Lutat. ad Stat. VI. Theb. 661. hic versus deerat alte[illegible] Hamburgico et Gudiano a m[illegible]nu pr. in Montalbanio vero tres sequentes alio ordine exhibebantur. 548. 547. 546.

545 ET LYCVS) *Licus* Parrhas. et Dorvil.

546 LICYMNIA] *Lacymnia*, *Licimnia*, *Lacinia*, *Lycinia* codices. *Licinia* Ed. Mediol. *Lucinia* Dorvil.

548 PARMA ALBA) Ex Euripide petitum credebat Cl. Dorvillius, qui in Phoeniss. 1118. -- *ὐ σημεῖ' ἔχων, 'Υβρισμέν', ἀλλὰ σωφρόνως ἄσημ' ὅπλα.* *palmaque* Venetus.

550 ADSTARE) *Instare* prior Hamburgicus et Bigotianus. *obstare* Vratislaviensis. *atque hinc inter se adstare* Venetus.

552 MORTI) *Mortis* Montalbanius.

556 AT) *It* primus Moreti. *melior longe* Sprotianus, Montalbanius, et duo Rottendorphii.

558 TECTA MANV) *Saxa manu* in primo Moretano. Quod sane praeferrem, si in pluribus exstaret: nam *tecta* de muris ca-

strorum

Quem Turnus, pariter curſu teloque ſecutus,
Increpat his victor: Noſtraſne evadere, demens
Speraſti te poſſe manus? ſimul adripit ipſum
Pendentem, et magna muri cum parte revellit:
Qualis, ubi aut leporem, aut candenti corpore cycnum,
Suſtulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis:
Quaeſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a ſtabulis rapuit lupus. Vndique clamor
Tollitur. Invadunt, et foſſas aggere conplent.
Ardentis taedas alii ad faſtigia iactant.
Illioneus ſaxo, atque ingenti fragmine montis
Lucetium, portae ſubeuntem, ignisque ferentem;
Emathiona Liger, Corynaeum ſternit Aſylas:
Hic iaculo bonus, hic longe fallente ſagitta.
Ortygium Caeneus, victorem Caenea Turnus:
Turnus Itym, Cloniumque, Dioxippum, Promolumque,
Et Sagarim, et ſummis ſtantem pro turribus Idan:
Priver-

ſtrorum et munimentis dici inſolitum. forte *ſepta*.

Ibid. DEXTRAS) *Dextra* alter Hamburgenſis.

562 REVELLIT) *Revulſit* Excerpta noſtra et Parrhaſianus.

565 MATRI] *Matris* Sprotianus, duo Rottendorphii, Montalbanius et Leidenſis.

568 IACTANT) *Mittunt* Oudartii.

569 INGENTI) *Ingentis* Mediceus.

570 LVCETIVM) *Lucretium* Zulichemius. *Lucetinum*, *Luccetium*, *Lucaecium* alii. *ignemque* Sprotianus.

571 CORYNAEVM) *Corneum* Zulichemius. *Et Mathiona* Dorvill. *Emathion* alter *Corinaeum ſt. Aſilas* Excerpta noſtra. *Aſilus* prior Hamburgenſis.

572 FALLENTE) *Fugiente* Leidenſis. *falante* Francianus. *fallente* eſt quam non exſpectas, quia longe venit, nec videtur auctor eius. unde mox 578. *alis allabi*, id eſt cito et occulte, dicitur. vid. inf. X. 754. v. Cerdam. Val. Flac. III. 182. *ſagitta eſt* Sprotianus, Venetus, Leidenſis et tertius Rottendorphius.

574 ITYN) *Ithim*, *Ithin*, *Ytim*, *Itim*, *Clenium*, *Clanium*, *Clionumque*, *Promolumque*, *Promulumque* Ald. *Diocippum*, *Dioxippumque*, *Dioſippum*, alii. *Dioxippumque Promulumque* Dorvil.

576 PRI-

Privernum Capys. Hunc primo levis hasta Temillae
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Ad volnus tulit. Ergo alis adlabsa sagitta,
Et laevo adfixa est lateri manus, abditaque intus
Spiramenta animae letali volnere rumpit.
Stabat in egregiis Arcentis filius armis;
Pictus acu chlamydem, et ferrugine clarus Hibera,
Insignis facie, genitor quem miserat, Arcens,
Eductum Martis luco, Symaethia circum
Flumina: pinguis ubi et placabilis ara Palici.
Stridentem fundam, positis Mezentius hastis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena;
Et media adversi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena

Tum

576 PRIVERNVM) *Privernumque Capis* Dorvill.

579 INFIXA) *Adfixa* Gudianus, alter Mentelius, Vossianus alter, et quinque alii. Et Francianus et Paris. Edd. Mediol. *afixa* prior Hamburgicus pro varia lectione.

580 RVPIT) *Rumpit* Cod. ab Heinsio laudati. Et Francianus.

581 ARGENTIS) *Argentis* alter Menagii et primus Rottendorphius. et mox, *Argens*.

582 FERRVGINE CLARVS HIBERA) Pro Hispanica capit Barth. ad Stat. IV. Theb. 266. qui ridet Servium, quod *Ponticam* interpretatur, quia Aeneae aevo nullum commercium cum Ponto erat Italiae.

584 MARTIS LVCO) *Matris luco* apud Macrobium lib. V. Saturn. 18. *Matris luco* etiam Dorvill. et ita Fazellus Decad. I. lib. III. cap. 2. de Rebus Siculis, quem errorem corrigit Carrera in monumentis Historicis urbis Catanae lib. I. cap. I. §. 4. *productum* etiam Parrhas. male. inf. v. 673. quos Iovis *eduxit luco silvestris Hiera*, unde hic *Martis* defendi potest.

585 ET PLACABILIS) *Et* deest Oudartii. *Palaci* Francianus et Edit. Venet. Lutatius ad Statii XII. Theb. 156. *Palisci*. Ald. alii, *implacabilis ara Palici*. vid. Cluver. Ital. Ant. cap. 4. p. 934.

586 POSITIS MEZENTIVS ARMIS) *Hastis* Leidensis.

589 PORRECTVM) *Proiectum* in priore Mentelio. Et ita Leidensis. et firmat Propert. II. VII. 21. vid. ad Val. Flac. VI. 553. et Ovid. VIII. Metam. 422. *difficit* prior Hamburgensis pro diversa lectione. *dividit* Venetus. *diffudit* Francianus, Parrhas. et Dorvil. qui et *portectum*. *ostendit* prior Hamburgicus et alter Menagii.

Tum primum bello celerem intendiſſe ſagittam
Dicitur, ante feras ſolitus terrere fugaces,
Aſcanius, fortemque manu fudiſſe Numanum;
Cui Remulo cognomen erat; Turnique minorem
Germanam nuper thalamo ſociatus habebat.
Is primam ante aciem digna atque indigna relatu
Vociferans, tumidusque novo praecordia regno
Ibat, et ingentem ſeſe clamore ferebat:
Non pudet obſidione iterum valloque teneri,
Bis capti Phryges, et Marti praetendere muros?
En, qui noſtra ſibi bello conubia poſcunt!
Quis Deus Italiam, quae vos dementia adegit?
Non hîc Atridae, nec fandi fictor Vlixes.
Durum ab ſtirpe genus, natos ad flumina primum
Deferimus, ſaevoque gelu duramus et undis:
Venatu invigilant pueri, ſilvaſque fatigant:
Flectere ludus equos, et ſpicula tendere cornu.
At patiens operum parvoque adſueta iuventus

Aut

592 FVDISSE) *Fodiſſe* Francianus.

593 REMVLO) *Rhemulae* vitioſe Rufinianus de Schem. Lex. p. 34. *Romulo* Dorvil. et quaedam Edd apud Serv. ad 1. Aen. 267. perperam.

597 INGENTI SESE) *Ingentem* Codd. Heinſ. etiam Francianus et Regius. *ingentis clamorem ſeque* alter Hamburgicus. *ingentem*, id eſt terribilem. vide quae diximus ad Valer. Flacc. II. 104. et infr. v. 735. *Pandarus ingens Emicat.* et v. 709. et lib. XII. 441. *ſe ferebat* dictum ut *ſe proferre ad limina* lib. 1. 389. ubi vide. et paſſim noſter, *ſe ferre, inferre* etc.

598 TENERI) *Tueri* Zulichemius.

599 MORTI] Mihi *Marti*, quod et Zulichemius habet, magis placet. id eſt obſidenti hoſti. ut contra Ovidius de obſidente VIII. Metam. 7. *praetentatque ſui vires Mavortis in urbe Alcathoe. protendere* Mediceus a manu prima. exprobrat non audere in campum et aciem deſcendere. vid. ſup. v. 42. *mors* et *mars* paſſim variantur in ſcriptis. infr. XI. 115. vid. ad Lucan. IV. 147.

604 SAEVOQVE) *Duro* Dorvil. et Regius. *ſervoque* Sprotianus.

605 INVIGILANT) *Vigilant* Oudartii et a manu ſecunda alter Mentelii.

609 FER-

Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne aevom ferro teritur, verſaque iuvencûm
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Canitiem galea premimus; ſemperque recentis
Conportare iuvat praedas, et vivere rapto.
Vobis picta croco et fulgenti murice veſtis,
Deſidiae cordi; iuvat indulgere choreis:
Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae.
O vere Phrygiae, neque enim Phryges, ite per alta
Dindyma; ubi adſuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos buxuſque vocant Berecyntia matris
Idaeae. Sinite arma viris, et cedite ferro
Talia iactantem dictis, ac dira canentem

Non

609 FERRO) *Bello* Venetus.

610 TARDA) *Sera* Leidenſis pro varia lectione. ſed *tarda ſenecta* Ovid. IV. Triſt. VIII. 23. et *tarda vetuſtas* XII. Met. 182. ubi *ſenectus* alii codices.

612 PREMIMVS) Heinſius malebat *premimur*.

613 CONVECTARE) *Comportare* Francianus et Regius. *recentes* vero ſunt ſanguinem adhuc fumantes. Claud. III. Conſ. Hon. 22. *Regumque recentes Exuviae tibi ludus erant.* ita inf. X. 862. *cruenta ſpolia.*

614 FVLGENTI) *Fulgentis* prior Hamburgicus.

617 VERAE PHRYGIAE) *Vere Phrygiae* potiores ſcripti cum Nonio Marcello in *Phrygiones*. et Macrobio lib. V. Saturn. cap. 9. et Scholiaſte Iuvenalis ad Sat. II. 65. Recte. Terent. III. V. 58. *tum pol ego is eſſem vere, qui ſimulabar.* Val. Flac. IV. 635. *nam vere abiere volucres.* ubi vide. Adſcripſerat Cl. Dorvillius locum Euripidis in Oreſt. 135. *Ὤυνεκ' ἄνδρας, ὦ φρύγας κακὲς εὑρών.*

Ibid. ITE) *Ire* prior Hamburgenſis. mox, *adſuetum* Oudartii.

619 VOCAT] *Vocant* Mentelianus prior, et tres quatuorve alii, cum Voſſiano altero, et Iuntarum editione, et Scholiaſte Statii Theb. II. ac IV. et Horatii Crucquiano lib. III. Od. 19. vulgatum ex ſuis codicibus perperam tuetur Pierius. Scholiaſtes Horatii *tympana nos* habet. *vocat*, ut Edd. primae, defendi poteſt ex nota Servii ad I. Aen. 16. contra IV. 275. *Buxum* vero a tibia diverſam eſſe, ex hoc loco docet Barthius ad Stat. V. Theb. 93.

621 DIRA) *Dura* Parrhaſ. a m. pr.

 622 NER-

Non tulit Afcanius; nervoque obverfus equino
Intendit telum, diverfaque brachia ducens
Conftitit, ante Iovem fupplex per vota precatus:
Iuppiter omnipotens, audacibus adnue coeptis.
Ipfe tibi ad tua templa feram follemnia dona,
Et ftatuam ante aras aurata fronte iuvencum
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,
Iam cornu petat, et pedibus qui fpargat arenam.
Audiit, et caeli Genitor de parte ferena
Intonuit laevum: fonat una fatifer arcus.
Effugit horrendum ftridens adducta fagitta:
Perque caput Remuli venit, et cava tempora ferro
Traiicit. I, verbis virtutem inlude fuperbis.
Bis capti Phryges haec Rutulis refponfa remittunt.
Hoc tantum Afcanius. Teucri clamore fequuntur,
Laetitiaque fremunt, animofque ad fidera tollunt.
Aetheria tum forte plaga crinitus Apollo
Defuper Aufonias acies urbemque videbat,
Nube fedens, atque his victorem adfatur Iülum:
Macte nova virtute, puer; fic itur ad aftra,

DIs

622 NERVOQVE OBVERSVS) *Nervo converfus* Dorvil. a m. fec.

624 PER VOTA] *Per verba precatur* Zulichemius. *precatur* etiam Montalbanius et alter Mentelii.

630 DE PARTE) Lutatius ad Statii III. Theb. 493. *de regione* citat; memoriae, credo, vitio, cum obverfaretur ipfi verfus ex lib. VIII. 528. *Genitor coeli* fecundus Rottendorphius.

631 LETHIFER) *Fatifer* Francianus.

632 ADDVCTA) Nonnulli Heinfii *adlapfa*. *Adducta* Francianus, *et fugit*, et *elapfa* Parif. vid. ad I. Georg. 144. *allapfa* Parrhaf.

Ibid. STRIDENS) *Strigens* prior Hamburgicus.

634 TRAIICIT) *Traiecit, verbis* Regius Dorvil. et multi, *tranfegit* Excerpta noftra. *tranfigit* Ed. pr. *en lude* Zulichemius a manu fecunda, *allude* Venetus.

636 HOC) *Haec* Parrhaf. et Editio Iuntina et Commelin. *hic* et fuperfcript. *huc* Dorvill. vid. fupr. ad II. 690.

638 TVM] *Cum* Parrhaf.

639 ACIES) *Arces* alter Hamburgicus.

640 VICTOREM] *Iuvenem* Venetus.

642 DIS

DIs genite, et geniture deos. Iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato ventura resident:
Nec te Troia capit. Simul haec effatus, ab alto
Aethere se mittit, spirantis dimovet auras,
Ascaniumque petit. Formam tum vertitur oris
Antiquom in Buten. Hic Dardanio Anchisae
Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos.
Tum comitem Ascanio pater addidit. Ibat Apollo
Omnia longaevo similis, vocemque, coloremque,
Et crinis albos; et saeva sonoribus arma:
Atque his ardentem dictis adfatur Iulum:
Sit satis, Aeneide, telis inpune Numanum
Oppetiisse tuis: Primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, et paribus non invidet armis.
Cetera parce, puer, bello. Sic orsus Apollo
Mortalis

642 DIS GENITE, ET] Ita adulatur Domitiano Statius lib. I. Silv. I, 76. *Salve magnorum proles, genitorque Deorum.*

643 RESIDENT] *Resîdunt* in tertio Rottendorphio et altero Hamburgico. Et in Zulichemio.

644 NEC TE TROIA CAPIT) Imitatus Statius I. Achil. 151. *Nunc illum non Ossa capit, non Pelion ingens.* ubi vide Barth. et notas ad Ovid. III. Trist. IV. 30.

Ibid. EFFATVS) *Affatus* Leidenses duo, primus Moreti, et Ed. Iuntina.

645 MITTIT) *Misit* Francianus, secundus Rottendorphius et tertius Mentelius, et pro varia lectione Leidensis. *demovet* tertius Mentelius et Excerpta nostra. *spumantes* prior Hamburgicus.

646 FORMA) *Formam* in plerisque suis testatur legi Pierius, quomodo et Codic. Heinsii quamplurimi. Ita et Zulichemius et Leidensis.

648 LIMINA) *Lumina* Sprotianus.

649 TVM) *Hunc* secundus et tertius Rottendorphius, Leidensis, Zulichemius et quartus Moretanus, et Francianus et Regius. *Tunc* Parrhas.

651 CRINIS ALBOS) *Flavos* Parrhas. Ed. Mediol.

653 AENEIDE) *Aenide* Edd. primae.

654 TVIS) *Suis* secundus Rottendorphius.

Ibid. PRIMAM HANC) *Prima hac t. m. A. C. laude* Hugenianus. *primum* Editio Iuntina.

655 ET PARIBVS NON) *Nec paribus invidet* Ed. Venet.

657 MOR-

Mortalis medio adſpectus ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
Adgnovere Deum proceres divinaque tela
Dardanidae, pharetramque fuga ſenſere ſonantem.
Ergo avidum pugnae, dictis ac numine Phoebi,
Aſcanium prohibent: ipſi in certamina rurſus
Succedunt, animaſque in aperta pericula mittunt:
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acris arcus, amentaque torquent.
Sternitur omne ſolum telis: tum ſcuta, cavaeque
Dant ſonitum flictu galeae: pugna aſpera ſurgit.
Quantus ab occaſu veniens pluvialibus Haedis
Verberat imber humum: quam multa grandine nimbi
In vada praecipitant; quum Iuppiter horridus auſtris
Torquet aquoſam hiemem, et coelo cava nubila rumpit.
Pandarus et Bitias, Idaeo Alcanore creti,
Quos Iovis eduxit luco ſilveſtris Hiera,
Abietibus iuvenes patriis et montibus aequos,
Por-

657 MORTALES MEDIO ADSPECTVS, etc.) *Adſpectu* ſecundus Moreti. *viſus* Gudianus pro varia lectione, quod arceſſitum eſt ex lib. IV. 276.

660 SONANTEM) *Tonantem* ſecundus Rottendorphius, et ſecundus Moreti.

662 CERTAMINA) *Certamine* Montalbanius, et Bigotianus. *certamina curſus* in Hugeniano. *ad certamina* Regius.

663 ANIMASQVE) *Animoſque* alter Hamburgenſis.

664 MVRIS) Vid inf. X. 24.

667 SONITVM FLICTV) *Fluctu* Gudianus, Menagius et Hamburgicus ſecundi. *afflictu* Montalbanius.

668 OCCASV) Vel *Oceano* Zulichemius. ſed vulgata eſt apud Lutatium ad Stat. III. Theb. 25.

669 MVLTA) *Multi* P. Daniel.

672 CRETI) *Nati* prior Hamburgicus et Dorvill.

673 HIERA) *Hibera* Zulichemius. *Hyena* Turneb. Guel. *Hieta* Dorvill.

674 IVVENES) *Patriis iuvenes et* Regius. *aequis* Gudianus.

675 IMPE-

Portam, quae ducis imperio commiſſa, recludunt
Freti armis, ultroque invitant moenibus hoſtem.
Ipſi intus dextra ac laeva pro turribus adſtant
Armati ferro, et criſtis capita alta coruſci:
Quales aëriae liquentia flumina circum,
Sive Padi ripis, Atheſim ſeu propter amoenum,
Conſurgunt geminae quercus, intonſaque coelo
Adtollunt capita, et ſublimi vertice nutant.
Inrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentis.
Continuo Quercens, et pulcher Aquicolus armis,
Et praeceps animi Tmarus, et Mavortius Haemon,
Agminibus totis aut verſi terga dedere,
Aut ipſo portae poſuere in limine vitam.

Tum

675 IMPERIO) *Imperio eſt* Macrobius lib. v. Saturn. cap. 11. *Redncunt* Hugenianus.

676 VLTROQVE) *Vtroque* Dorvill. recte Servius *moenibus* pro in moenia. ſic VIII. 178. *ſolioque invitat acerno.*

677 ASTANT) Heinſ. Cod. *adſtant* et *obſtant*. Sed *adſtant* praefero. ut ſupra *ſtans pro turribus Idas* 575.

678 CORVSCI) *Coruſcis* Venetus. *coruſcent* Hugenianus.

679 LIQVENTIA) *Liquetia* Servius contendit legendum eſſe, et quidam Cod. Heinſii. *Liquentia flumina*, in hoc Maronis loco exhibet Diomedes lib. 11. Inſtitutionis Grammaticae, et Macrobius lib. v. Saturn. cap. 11. *Liquentia* legit et Giſanius in Epiſtola ad Th. Canterum, quam edidit A. Matthaeus in Sylloge ſua primam. et ſic Guelſ. *Liquetia* Ed. Mediol.

680 ATHESIM) *Etheſim* P. Daniel. *praeter* Hugenianus a manu ſecunda. *ſeu Padi* etiam Parrhaſ.

683 INRVMPVNT) *Arrumpunt* alter Menagii. *rumpunt* Bigotianus. *prorumpunt* Sprotianus pro diverſa lectione, *irrumpunt aditus Rutuli; ut v. p.* Regius. ita *irrumpit limina* lib. IV. 645.

684 EQVICOLVS) *Aquilurus* prior Hamburgicus. *Equiculus* Parrhaſ. *Aquiculus* Regius Ed. Venet. *Equicolus* Ald. vid. ad lib. VII. 747.

685 TMARVS) *Marus* Montalbanius, et Francianus, Mediceus et Regius. *Thmarus* Venetus et Menagii alter. *Thamarus* Zulichemius. *Timarus* Parrhaſ. *Himarus* Ed. Venet. *Tinarus* Mediol. *princeps animi* ſecundus Moretanus. *Haemo* Menagii prior.

686 AVT VERSI) *Adverſi* Parrhaſ. *Averſi* Dorvill.

687 POSVERE) *Dedere* Parrhaſ.

688 MA-

Tum magis increſcunt animis diſcordibus irae,
Et iam collecti Troës glomerantur eodem,
Et conferre manum, et procurrere longius audent.
Ductori Turno, diverſa in parte furenti,
Turbantique viros, perfertur nuntius, hoſtem
Fervere caede nova, et portas praebere patentis.
Deſerit inceptum, atque inmani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam, fratreſque ſuperbos:
Et primum Antiphaten, is enim ſe primus agebat,
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti.
Coniecto ſternit iaculo. Volat Itala cornus
Aëra per tenerum, ſtomachoque infixa ſub altum
Pectus abit: reddit ſpecus atri vulneris undam
Spumantem, et fixo ferrum in pulmone tepeſcit.
Tum Meropem atque Erymantha manu, tum ſternit Aphidnum:
Tum

688 MAGIS) *Magnae* Dorvil.

689 EODEM) *In unum* Bigotianus.

690 PROCVRRERE) *Percurrere* Sprotianus. *procedere* ſecundus Moretanus. *concurrere* Ed. pr. *ardent* Leidenſis.

692 HOSTEM) *Hoſtes* Parrhaſ.

697 THEBANA) Non a Boeotiae, ſed Phrygiae urbe, vid. ad Ovid. XII. Met. 109.

698 CORNVS] Haſtilia ex cornu ita dicta conſtat. ſed Hard. ad Plin. XVI. 40. illa contendit ex II. Georg. 396. *verubus colurnis* male explicari, quaſi ex corno verua fuerint facta; quum *colurnus* ipſam arborem cornum notet. ſed ſi *colurnus* ſit ſubſtantivum, quomodo tunc *verubus* explicabimus? an in verubus torrebimus exta colurnis haſtilibus? ſed *colurnus* eſt adiectivum a *corylus*, ut docet Schol. Horat. I. Sat. VIII. I. *Sicut a corylo colurnus, ita a ficu ficulnus, derivatur.* male ergo a corno derivat Harduinus.

699 SVB ALTVM) *Sub alto* Parrhaſ.

700 VVLNERIS] *Sanguinis* prior Hamburgicus. *alti vulneris* Pricaeus ad Apulei. Mil. pag. 374. ſed reſutavit iam Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. VI. 68. et firmat imitatio Statii VIII. Theb. 748. *Terga cruentantem concuſſi vulneris unda.*

701 ET FIXO) *Effixo* Oudartii. *fixum ferrum in* Francianus et Dorvil. a m. ſec. et Parrhaſ. a m. pr. qui et, *in pulmone recondit.* et mox, *ardentem animis, oculiſque fr.* itidem a m. pr. *oculis animoque* Zulichem.

702 APHIDNVM) *Aſidnum, Aphidum, Aſidum, Aphinum, Aſitnum, Apidnum, Aſitnum, Aſignum, Apronum, Aphipnum, Aphium*

TumBitian ardentem oculis, animisque frementem,
Non iaculo; neque enim iaculo vitam ille dedisset:
Sed magnum stridens contorta phalarica venit,
Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis et auro
Sustinuit: conlabsa ruunt inmania membra.
Dat tellus gemitum, et clipeum super intonat in-
Qualis in Euboico Baiarum litore quondam [gens.)
Saxea pila cadit; magnis quam molibus ante
Constructam ponto iaciunt: sic illa ruinam
Prona trahit, penitusque vadis inlisa recumbit.
Miscent se maria, et nigrae adtolluntur arenae.
Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile
Inarime Iovis imperiis inposta Typhoeo.

Hic

Aphium scripti. *Afidnum* Ed. Venet. *Afidnum* Mediol. Heinsius in ora codicis etiam coniiciebat, *Tum Meropem ac Periphanta. Eremantha* Zulichemius. mox, *Bitiam ardentemque* secundus Moreti et alter Hamburgicus. *Bitiam* Zulichemius. *Tibian* primus Moreti.

706 NEC DVO) *Non* Parrhas. et Montalbanius. *quae non* Dorvil.

707 FIDELIS) Vid. supr. VII. 604.

708 IMMANIA) *Imenia* Francianus.

709 DAT TELLVS GEMITVM) *At* primus Moreti. Statius VI. Theb. 527. transpositis vocibus imitatur, *Dat gemitum tellus.* sed Papinium aures Poëticas non consuluisse recte notat Barthius.

Ibid. CLYPEVM) Nonius *clypeum* refert ad *ingens*, ut sit neutrius generis. sed et *ingens* *tellus* a Marone dici potuit. Sed *ingens* Bitias cadens intelligendus. vid. supr. 597. de *clypeo* vel *clupeo* vid. Pier. ad II. Aen. 389. adi etiam Parrhas. Epist. XIX. Colum. ad Enn. XI. Ann. pag. 95.

713 VADIS ILISA) *Vadis in littore combit* Parrhas.

714 ATTOLLVNTVR) *Tolluntur* primus Rottendorphius, alter Mentelii, primus Moretanus et duo tresve alii. Et ita Francianus et Parrhas.

715 SONITV) *Fremitu* Bigotianus. *alta* deerat primo Moreti. *Procrida a. t. dirumque* Excerpta nostra. Quum Prochyta non sit alta, et humilior etiam Ischia, Ampl. Addisson in Itinerario pag. 196. Ed. Paris. construere mallet, *alta tremit*, ut *crebra* pro *crebro* Georg. III. 500.

716 INARIME) Vid. Erythr. et Guellium et D. Heins. ad Sil. XII. 248.

717 HIC)

Hic Mars armipotens animum viresque Latinis
Addidit, et stimulos acris sub pectore vertit:
Inmisitque fugam Teucris, atrumque timorem.
Vndique conveniunt; quoniam data copia pugnae
Bellatorque animos Deus incidit.
Pandarus, ut fuso germanum corpore cernit,
Et quo sit Fortuna loco, qui casus agat res,
Portam vi multa converso cardine torquet
Obnixus latis humeris, multosque suorum
Moenibus exclusos duro in certamine linquit:
Ast alios secum includit recipitque ruentis.
Demens! qui Rutulum in medio non agmine regem
Viderit inrumpentem, ultroque incluserit urbi:
Inmanem veluti pecora inter inertia tigrim,
Continuo nova lux oculis offulsit, et arma
Hor-

717 HIC) *Sic* primus Moreti. *animos* Parrhas. *omnipotens* Venetus, Menagianus et Hamburgicus priores. et ita codices Serviani ad X. Aen. 22. ut et *animos*. vid lib. X. 357.

718 SVB PECTORE) *In pectora* Leidensis. sed licet de pluribus, tamen *pectore* potest dici. ut *animus* v. ad Phaed. II. Fab. 2. de variatione illa *sub pectore*, vel *pectora* vid. ad Valer. Flac. VI. 603. et saepe ad Lucanum et alios.

721 BELLATORQVE ANIMO DEVS INCIDIT) Vid. Muncker. ad Lactant. Arg. Ovid. I. Fab. 10. et XIV. I. et Heins. ad Ovid. Halieut. 10.

722 CERNIT) *Vidit* in Gudiano, utroque Mentelio Montalbanio et altero Hamburgico. Sic et Leidens. et Dorvil. *in fuso* Bigotianus.

723 QVI CASVS) *Quis* Francianus, duo priores Moretani, uterque Hamburgicus et Mentelii et Menagii priores a manu secunda. et Ed. Venet.

724 VI MVLTA) Vid. ad lib. IV. Aen. 3. *torquent* Zulichemius. *vi multa* dixit III. Georg. 220. vid. IV. Georg. 174. ubi similis diversitas et I. Aen. 271. et alibi saepe.

725 OBNIXVS) *Obnisus* Zulichemius. vide imitantem Statium lib. X. Theb. 503.

726 LINQVIT) *Liquit* Dorvill. Menagii et Rottendorphius priores, Regius et duo Leidenses. mox, *inclusit* secundus Moretanus, *recipitque clientes* alter Hamburgicus.

729 INCLVSERIT) *Viderat* et *incluserat* Leidensis. *urbe* Bigotianus.

730 INTER INERTIA) *Inter media* Dorvill.

731 OFFVLSIT) *Effulsit* Dorvil. *oculisque* Bigotianus.

733 MIT-

Horrendum ſonuere: tremunt in vertice criſtae
Sanguineae, clipeoque micantia fulmina mittunt.
Adgnoſcunt faciem inviſam atque inmania membra
Turbati ſubito Aeneadae. Tum Pandarus ingens
Emicat, et mortis fraternae fervidus ira
Effatur: Non haec dotalis regia Amatae,
Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
Caſtra inimica vides: nulla hinc exire poteſtas.
Olli ſubridens ſedato pectore Turnus:
Incipe, ſi qua animo virtus, et conſere dextram:
Hîc etiam inventum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat. Ille rudem nodis et cortice crudo
Intorquet ſummis adnixus viribus haſtam.
Excepere aurae vulnus; (Saturnia Iuno
Detorſit veniens) portaeque infigitur haſta.
At non hoc telum, mea quod vi dextera verſat,
Effugies: neque enim is teli nec vulneris auctor.
Sic ait, et ſublatum alte conſurgit in enſem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit, inpubeſque inmani volnere malas.

Fit

733 MITTVNT) *Nutant* Zulichemius. *clypeuſque m. mittunt* Dorvil.

735 TVRBATI) *Aeneadae ſubito turbati* Parrhaſ.

Ibid. TVM) *Cum* in Montalbanio et altero Menagiano. Et in Leidenſi.

738 COHIBET) *Probibet* Sprotianus. *non muris* Parrhaſ.

739 NVLLA) *Nulla huic* alter Menagianus. *non hinc* Bigotianus.

742 HIC) *Hinc* Zulichemius.

743 CRVDO) *Nudo* alter Hamburgicus.

746 EXCEPERE) *Excepere aurae: vultus S. I. D. veniens* primus Moreti et Zulichemius. *infingitur* Francianus. *terraeque infigitur* Parrhaſ.

747 VERSAT) *Vix dextera* alter Hamburgicus. *librat* Regius. vulgata eſt apud Serv. ad II. Aen. 468.

748 IS TELI) *Es* Hugenianus et Ed. Mediol. *neque es* Dorvil, *is* Mentelii prior cum gloſſa *Vadis*. *his teli et vulneris* Ed. Venet.

749 SIC AIT) Vitioſe *dixit* citat Servius ad II. Aen. 468.

750 GEMINA) *Media* Leidenſis unus.

151 INPVBESQVE) *Impubes* quartus Moreti. *pondere malas* Menagii alter.

753 COL-

Fit ſonus: ingenti concuſſa eſt pondere tellus.
Conlabſos artus atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus aequis
Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit.
Diffugiunt verſi trepida formidine Troës.
Et ſi continuo victorem ea cura ſubiſſet,
Rumpere clauſtra manu ſocioſque inmittere portis,
Vltimus ille dies bello gentique fuiſſet
Sed furor ardentem caediſque inſana cupido
Egit in adverſos.
Principio Phalerim, et ſucciſo poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit haſtas
In tergus. Iuno vires animumque miniſtrat.
Addit Halym comitem, et confixa Phegea parma;
Ignaros deinde in muris Martemque cientis
Alcandrumque Haliumque Noëmonaque Prytanimque,
Lyncea

753 COLLAPSOS) *Collapſosque* ſecundus Moreti. *arcus* Excerpta noſtra.

754 IN PARTIBVS) *Illi partibus* codices noſtri. Et Ed. Veneta.

756 DIFFVGIVNT) *Defugiunt* Oudartii. *Deffugiunt* Sprotianus.

757 SVBISSET) *Fuiſſet* Zulichemius. vid. ad lib. VIII. 396.

758 IMMITTERE) Ortuinus malebat *admittere*.

760 INSANA) *Inmenſa* Gudianus pro diverſa lectione. *infanda* primus Rottendorphius, alter Voſſianus, Sprotianus, et prior Hamburgicus. Et ita Bigotianus.

762 PHALARIM) *Falorim*, *Falarin*, *Phalarim* alii, et *Gygem*, *Cygen*.

763 HINC) *Hic* prior Hamburgicus. *huic* Venetus. vid. XII. 330.

764 IN TERGVM) Vid. ſupr. 412. *Integrum* Francianus et Serv. ad I. Aen. 211. *in tergum* Dorvil. Edd. Venet. et Mediol. Ald. Commentator Cruquianus Horat. lib. III. Od. 2. citat et *in tergum fugientibus ingerit haſtas*. et *tergum* pro quibuscumque membris poſterioribus poni docet. idem fere verſus occurrit XII. 330.

765 HALYN) *Halin*, *Halim*, *Alim*, *Alym*. et *Plegea Fogea*. *confexum* Parrhaſianus, *et fixa* Dorvil.

Ibid. CONFIXA) *Confixum* Edd. primae.

766 CIENTES) *Ruentes* Sprotianus.

767 ALCANDRVMQVE) *Diſcaldrumque* Parrhaſ.

Ibid. PRYTANIMQVE) *Britaninque* tres. *Pitanenque* prior

Lyncea tendentem contra, sociosque vocantem,
Vibranti gladio coniuus ab aggere dexter
Occupat: huic uno deiectum comminus ictu
Cum galea longe iacuit caput. Inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Vnguere tela manu, ferrumque armare veneno;
Et Clytium Aeoliden, et amicum Crethea Musis;
Crethea Musarum comitem, cui carmina semper
Et citharae cordi, numerosque intendere nervis:
Semper equos, atque arma virûm, pugnasque ca-
Tandem ductores, audita caede suorum, [nebat.)
Conveniunt Teucri, Mnestheus acerque Serestus;
Palantisque vident socios, hostemque receptum.
Et Mnestheus: Quo deinde fugam, quo tenditis?
inquit.
Quos alios muros, quae iam ultra moenia habetis?
Vnus homo, et vestris, o cives, undique septus
Aggeribus, tantas strages impune per urbem
Edide-

or Hamburgicus. *Nemonaque, Priamumque* Francianus, Ald. Iunt. *nec unamque Britaninque* Dorvil.

768 LYNCEA) *Lycea, Lingea, Ligea, Lygea, Licea* scripti.

769 DEXTER) *Dextra* duo Rottendorphii priores, et Venetus et Francianus, et duo Moretani, Regius et Mediceus a manu prima. *dextro* Leidensis. mox, *hinc uno* Zulichemius et Bigotianus. *hic* Francianus.

770 DEIECTVM) *Coniectum* secundus Moreti. *huic Iuno* Dorvill.

773 VNGVERE) *Iungere* alter Menagii. *felicius* duo Moretani, Menagii prior et secundus Rottendorphius.

774 CRETEA) *Crathea* quartus Moreti. *Clutium, Clycium, Clycion* alii. *dictum Eolide* Dorvill.

775 INTENDERE) *Incendere* Hugenianus. *numeros int.* quartus Moreti.

778 CAEDE) *Voce* Zulichemius a manu prima.

780 PALANTISQVE) *Pallentesque* Menagii prior.

781 QVO DEINDE FVGAM, QVO TENDITIS?) *Fuga* Venetus et Montalbanius. *quo inde fugam* Regius.

782 QVAE IAM) *Quae ultra iam* Excerpta nostra. *quaeve ultra* Paris. et Francianus.

783 VESTRIS) *Nostris* Venetus. *cives o vestris* Montalbanius. *homo e vestris* Lutatius ad Statii II. Theb. 620.

 786 NON

Ediderit? iuvenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriae veterumque Deorum,
Et magni Aeneae segnes miseretque pudetque?
Talibus adcensi firmantur, et agmine denso
Consistunt. Turnus paullatim excedere pugna,
Et fluvium petere, ac partem, quae cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum: ceu saevum turba leonem
Cum telis premit infensis: at territus ille,
Asper, acerba tuens, retro redit: et neque terga
Ira dare aut virtus patitur: nec tendere contra
Ille, quidem hoc cupiens, potis est per tela virosque.
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Inproperata refert, et mens exaestuat ira.
Quin etiam bis tum medios invaserat hostes:
Bis confusa fuga per muros agmina vertit.
Sed manus e castris propere coit omnis in unum:
Nec contra vires audet Saturnia Iuno
Sufficere, aëriam coelo nam Iuppiter Irim
Demi-

786 NON INFELICIS) *Nonne infelicis* Mediceus a manu secunda.

788 ET AGMINE) *In agmine* prior Hamburgicus.

789 EXCEDERE PVGNA) *Pugnae* Vaticanus Pierii. confirmat Montalbanius ex nostris. Sic Leidensis et Hugenianus et Francianus.

790 AMNI) Heinsii vetustiores cum Pierianis, *unda.* magis tamen adridet *amni*, ex codic. ab Heinsio laudatis. Et ita Zulichemius a manu secunda. et Francianus.

791 HOC) *Hic* Moreti quartus. *insistere* Dorvil.

793 AT) *Ac* Francianus. *adterritus* Regius.

794 REDIT) *Dedit* Montalbanius et Venetus. *at neque* Bigotianus.

795 AVT VIRTVS) *Ac* Zulichemius. *et* prior Hamburgicus et Dorvill.

796 VIROSQVE) *Per hostes* Venetus. *ille equidem* Francianus.

799 TVM) *Cum* Venetus. *invaserit* Leidensis. *tum in medios* Francianus. *tum bis* prior Hamburgicus.

800 CONVERSA) *Confusa* codices omnes Heinsii. Et ita Francianus, et Dorvil. qui a m. sec. *conversa.*

803 COELO) *In caelo* alter Hamburgicus. *tum* quidam apud Serv. ad v. Aen. 606. et, *Irim dimittit*

Demiſit, germanae haud mollia iuſſa ferentem;
Ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis.
Ergo nec clipeo iuvenis ſubſiſtere tantum,
Nec dextra valet: iniectis ſic undique telis
Obruitur. Strepit adſiduo cava tempora circum
Tinnitu galea, et ſaxis ſolida aera fatiſcunt;
Diſcuſſaeque iubae capiti: nec ſufficit umbo
Ictibus: ingeminant haſtis et Troës et ipſe
Fulmineus Mneſtheus. Tum toto corpore ſudor
Liquitur, et piceum (nec reſpirare poteſtas)
Flumen agit: feſſos quatit acer anhelitus artus.
Tum demum praeceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluvium dedit. Ille ſuo cum gurgite flavo
Adcepit venientem, ac mollibus extulit undis;
Et laetum ſociis abluta caede remiſit.

dimittit vel *demittit*. *dimiſit* Francianus.

806 NEC) *Non* Parrhaſ. *iuvenis clypeo* Mentelii prior.

809 TINNITV) *Singultu* alter Hamburgicus.

810 DISCVSSAEQVE) *Diffuſaeque* Zulichemius.

812 TVM TOTO) *Cum* Montalbanius et ſecundus Rottendorphius. *tum torto* Excerpta noſtra.

813 LIQVITVR) *Linquitur* Dorvil.

817 VENIENTEM) *Fugientem* Rottendorphius et Hamburgenſis priores, Dorvil. et tres quatuorve alii.

818 ABLVTA) *Obluta* Montalbanius. *remittit* ſecundus Moreti, *ablata* Francianus et Dorvill.

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS.
LIBER DECIMUS.

PANDITVR Interea domus omnipotentis Olympi,
Conciliumque vocat Divûm pater atque hominum rex
Sideream in ſedem: terras unde arduus omnes,
Caſtraque Dardanidum adſpectat, populoſque Latinos.
Conſidunt tectis bipatentibus. Incipit ipſe:
Coelicolae magni, quia nam ſententia vobis
Verſa retro, tantumque animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quae contra vetitum diſcordia? quis metus aut hos
Aut hos arma ſequi, ferrumque laceſſere ſuaſit?
Adve-

1 OMNIPOTENTIS) *Omnipudentis* Leidenſis, ut fere ſemper. *omniparentis* alter Hamburgicus a manu ſecunda. Heinſius *omniparentis* probabat. ſed *omnipotentis* legitur etiam apud Scholiaſten Crucquianum ad Horat. II Od. 12. vid. Catroeum et Erythr. H. Steph. Schediaſm. pag. 65.

4 ADSPECTAT) *Spectat* Gudianus et Menagianus alter cum Leidenſi. Et ita primus Moreti. male inf XII. 136. vid. Cerdam et nos ad Nemeſiani I. Ecl. 34.

5 TECTIS) *Portis* ſecundus Moretanús. voluiſſe hic Virgilium exprimere Homeri *αἰθούσας* Iliad. Y. 11. cenſebat Cl. Dorvillius, et remittebat ad Euſtath. in Iliad. Z. 243.

6 QVAENAM) Sic Mentelii prior, Regius et Parrhaſ. Sprotianus, Montalbanius, Rottendorphius primus, alter Hamburgicus et Menagianus, Venetus, Leidenſes duo et plures alii. et Ed. pr. in ſecundo Mentelii *quianam*, cum gloſſa, *cur nam. quae iam*, ſuperſcripto *nam*, Dorvil.

13 AL-

Adveniet iuſtum pugnae (ne arceſſite) tempus,
Cum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum atque Alpes inmittet apertas:
Tum certare odiis, tum res rapuiſſe licebit,
Nunc ſinite; et placitum laeti componite foedus.
Iuppiter haec paucis: at non Venus aurea contra
Pauca refert.
O Pater, o hominum Divûmque aeterna poteſtas!
(Namque aliud quid ſit, quod iam inplorare queamus?)
Cernis ut inſultent Rutuli; Turnuſque feratur
Per medios inſignis equis, timiduſque ſecundo
Marte ruat? Non clauſa tegunt iam moenia Teucros:
Quin intra portas, atque ipſis proelia miſcent
Aggeribus moerorum, et inundant ſanguine foſſas.
Aeneas ignarus abeſt. Numquamne levari
Obſidione ſines? muris iterum inminet hoſtis
Naſcentis Troiae: nec non exercitus alter:
Atque iterum in Teucros Aetolis ſurgit ab Arpis
Tydides. Equidem (credo) mea volnera reſtant:
Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si ſine pace tua, atque invito numine Troës
Italiam

13 ALPES INMITTET) *Immittit* alter Menagii.

16 AVREA) *Anxia* Waddel. Anim. Critic. p. 33.

18 O HOMINVM) *O que hominum* Parrhaſ.

19 IAM) Deeſt tertio Rottendorphio.

20 INSVLTENT) *Inſultant* Montalbanius et Bigotianus et Moreti ſecundus, et Parrhaſ. vid. Ecl. II. 66.

23 IPSIS) Deeſt Dorvil.

24 INVNDANT) Vid. ad Val. M. I. VII. 5. et H. Steph. Schediaſm. p. 61. Senec. Oed. 483. Obſ. Miſc. Vol. X. Tom. I. 50. Heinſius ad Ovid. XIV. Met. 195. *foſſae* praeferre videtur. ego *foſſas* praetuli: cum enim *miſcent* de Rutulis ſit capiendum, requirit ratio, ut et *inundant* ad eos referatur. v. Sil. VI. 51.

28 SVRGIT) *Surget* Francianus et Parrhaſ.

29 MEA) *Me* alter Menagii.

31 INVITO) *Inviſo* Venetus. *invicto* Dorvil. *nomine* Gudianus.

Italiam petiere; luant peccata: neque illos
Iuveris auxilio. Sin tot reſponſa ſecuti,
Quae Superi Maneſque dabant; cur nunc tua quiſquam
Vertere iuſſa poteſt? aut cur nova condere fata?
Quid repetam exuſtas Erycino in litore claſſis?
Quid tempeſtatum regem, ventoſque furentis
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam Manis (haec intentata manebat
Sors rerum) movet, et ſuperis inmiſſa repente
Alecto, medias Italûm bacchata per urbis.
Nil ſuper imperio moveor: ſperavimus iſta,
Dum Fortuna fuit: vincant, quos vincere mavis.
Si nulla eſt regio, Teucris quam det tua coniux
Dura; per everſae, genitor, fumantia Troiae
Excidia obteſtor: liceat dimittere ab armis

Inco-

32 LVANT) *Luunt* Francianus. et mox *ſint tot* idem

33 SIN) *Si* Parrhaſianus et Venetus. et ita Commentator Horatii ad Carmen ſaeculare.

35 VERTERE) *Non tua* Montalbanius. *flectere* etiam Excerpta noſtra. *flectere iuſſa* Ed. pr.

Ibid. POTEST) Superſcr. *audet* Dorvil.

36 EXVSTAS) *Exhauſtas* Ed. pr. quod Servius apud Caietam exuſtas naves a quibusdam dici, poſſet ad *Venerem Lucrinam* referri, de qua ad Gratii Cyneg. 129.

Ibid. ERYCINO IN LITORE) Non opus de Sicilia intelligere, quum omnis illa ora Campaniae Veneris habuerit templa. v. ad Gratii Cyneg. 129.

38 EXCITOS) *Exactos* Menagii prior. vid. ad lib. VII. 623.

39 MANEBAT) *Manebant* Dorvill.

40 INMISSA) *Invisa* Leidenſis.

42 IMPERIO) *Imperiis* prior Hamburgicus. *imperium* Sprorianus. male Stat. II. Theb. 339. *nil foedere rupto, Connubiiſve ſuper moveor.* ubi Lutatius hunc locum adducit. et *ſuper* hic pro propter poſitum notat Corradus ad I. Aen. 29. et II. 348.

43 FORTVNA) Male puto haec Cerdam explicare. Servius videtur diſtinxiſſe, *ſperavimus, iſta dum Fortuna fuit.*

44 DET) *Dat* alter Menagii et Parrhaſianus. et ita Serv. ad II. Aen. 7.

46 DIMITTERE) *Demittere* Menagii uterque, Gudianus, duo Rottendorphii.

48 AE-

Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.
Aeneas sane ignotis iactetur in undis;
Et, quamcumque viam dederit Fortuna, sequatur.
Hunc tegere, et dirae valeam subducere pugnae.
Est Amathus, est celsa mihi Paphus, atque Cythera
Idaliaeque domus. Positis inglorius armis
Exigat hic aevum. Magna ditione iubeto
Carthago premat Ausoniam. Nihil urbibus inde
Obstabit Tyriis. Quid pestem evadere belli
Iuvit, et Argolicos medium fugisse per ignis?
Totque maris, vastaeque exhausta pericula terrae,
Dum

48 AENEAS SANE IGNOTIS] *Oris* Regius et Ed. pr. *Sane* pro valde hic poni non putem. sed inservire consensui, quem ironice, et quasi cum irrisione, damus. vid. quae diximus ad Phaedr. III. Fab. 15. et ad Sueton. Neron. XXXII. et Cl. Graev. ad Cicer. I. Agrar. I. et alios. illa vero interpretatio ex glossemate illo *procul* nata, quasi *procul ignotis*, esset valde ignotis.

50 HVNC) *Nunc* Lubecensis Cod.

Ibid. DVRAE) Sprotianus. *dirae* Servius ad I. Aen. 678.

51 AMATHVS) *Amathos* Sprotianus, et Montalbanius, quartus Moreti, et Dorvill. qui *est excelsa Paphos. Paphos atque alta C.* Menagii prior et Hamburgicus et duo tresve alii. *Paphus* etiam nonnulli. *Citbere* alter Hamburgicus.

Ibid. AMATHVS) *Amathuns* Francianus. *Amathos* et *Paphos* Parrhas.

53 EXIGAT) *Exiget* uterque Mentelianus, prior Menagianus, Rottendorphius secundus tertiusque, prior Vossianus, quatuor Moretani, tum et Gudianus a manu secunda. Et ita Francianus. *aevom* Gudianus.

54 AVSONIAM) *Italiam* Menagii prior, et Oudattii, et Parrhas.

Ibid. NIHIL VRBIBVS) *Nil viribus* Parrhasianus et Regius. vid. Cicer. II. Catil. II. et eadem variatio apud Liv. XXIV. 40.

55 OBSTABIT) *Obstabat* Menagii prior, et Sprotianus. vel *Teucris* Zulichemius. *inde* ab Ascanio interpretatur Servius. ego puto ab Idalia et Cypro, nam *obstabit* etc. Ascanius nihil. id est, non *obstabit* a Cypro Tyriis.

56 MEDIVM) Sic plerique scripti. *Argolicum* Bigotianus cum glossa, pro *Argolicorum. fecisse* Venetus. *medios... fugisse*, relicto spatio et erasis literis, Regius. *medios* Dorvil. Edd. pr. et Mediol.

58 RE-

Dum Latium Teucri recidivaque Pergama quaerunt?
Non satius cineres patriae insedisse supremos,
Atque solum, quo Troia fuit? Xanthum et Simoënta
Redde, oro, miseris: iterumque revolvere casus
Da, pater, Iliacos Teucris. Tum regia Iuno
Acta furore gravi; Quid me alta silentia cogis
Rumpere, et obductum verbis volgare dolorem?
Aenean hominum quisquam divûmque subegit
Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam fatis petiit auctoribus; esto:
Cassandrae inpulsus furiis. Num linquere castra
Hortati sumus, aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenamve fidem, aut gentis agitare quietas?

Quis

58 RECIDIVA) Ita omnes fere scripti. *moenia* etiam secundus Moreti v. Guell. et Catroeum, et prae aliis Gronov. ad Senec. Troad. 472. ubi et de hoc loco agit. Nansius adscripserat, *recidiva saxa* esse quae post casum restituuntur et redintegrantur: *rediviva* quae ex veteribus saxis renovantur.

59 NON SATIVS) *Num satius* alter Hamburgicus, Oudartii, et quartus Moreti. et ita Servius Dan. *expendisse* Ed. pr.

60 QVO TROIA) *Quae* Venetus et Leidensis. *quod* Zulichemius et Oudartii a manu prima. qui et *Xanthumque Simoenta. Simoonta* Excerpta nostra. *Xantum et Simeonta* Francianus. *Sanctumque et S.* Dorvil.

61 REVOLVERE) *Evolvere* prior Hamburgicus. Nansius *casus Iliacos*, pro miseros et calamitosos poni notavit, unde *Ilias malorum* proverbialiter dicitur.

63 ACTA) *Quid alta* Menagii prior. *coges* secundus Rottendorphius, et tertius a manu secunda. mox, *obtectum dolorem* secundus Moretanus. vulgata legitur apud Lutatium ad Statii X. Theb. 900. et Nonium in *vulgavit*. ut vero *acta*, ita *furor agit* Valer. Flac. VII. 36. et *mens agit* III. 393. ubi vide quae diximus.

67 ITALIAM PETIIT FATIS AVCTORIBVS) *Petiit fatisque* Menagii alter.

68 NVM) *Non* alter Hamburgicus et Venetus. et ita mox *non puero* Gudianus. *non credere* Venetus et Montalbanius. *flammam belli* idem.

71 TYRRHENAMVE) *Tyrrhenamque* Mediceus, Gudianus, et alii nonnulli. Et ita Donatus ad Terent. Andr. IV. III. 1.

Ibid. AGITARE) *Equitare* Francianus.

72 NO-

Quis Deus in fraudem, quae dura potentia noſtri
Egit? Vbi hîc Iuno, demiſſave nubibus Iris?
Indignum eſt, Italos Troiam circumdare flammis
Naſcentem, et patria Turnum conſiſtere terra:
Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater.
Quid face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arva aliena iugo premere, atque avertere praedas?
Quid ſoceros legere, et gremiis abducere pactas?
Pacem orare manu, praefigere puppibus arma?
Tu potes Aenean manibus ſubducere Graiûm,
Proque viro nebulam et ventos obtendere inanes:
Et potes in totidem claſſem convertere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contra iuviſſe, nefandum eſt.
Aeneas ignarus abeſt: ignarus et abſit.

Eſt

72 NOSTRA) *Noſtri* Mediceus, et Menagianus praeſtantioris notae. rectius. *Dira* etiam ſecundus Moreti. *noſtri* etiam Bigotii. *dura* et *noſtra* legitur apud Rufinianum de Schemat. Dian. p. 37. ubi *dura* ex v. 45. legendum probat.

73 DEMISSAQVE) *Dimiſſaque* primi Rottendorphius et Moretanus, alter Menagii, duo Leidenſes, tertius Mentelii et Excerpta noſtra. *dimiſſave* et *ubi haec Iuno* Parrhaſ.

74 CIRCVMDARE) *Succendere* legitur apud Rufinian. de Schemat. Dian. p. 37.

76 PILVMNVS) *Pilumnus avus eſt, cui* Dorvil. *Venelia* Gudian. a m. pr.

77 ATRA) Vid. Cerd. et ad lib. VII. 456.

Ibid. FERRE) *Inferre* duo Rottendorphii et Dorvill. in nonnullis verſus 79. praeponebatur priori.

78 AVERTERE PRAEDAS) *Evertere* Oudartii. *advertere* alter Hamburgicus et Zulichemius. *adducere pactas* Leidenſis. *lege et gremiis* Parrhaſ. de τῷ *avertere* vid. ad I. Aen. 472.

82 VENTOS) *Vetitos obtendere manes* Venetus. *praetendere* Zulichemius, Bigotianus et Oudartii pro varia lectione. *oſtendere* Parrhaſ.

83 CLASSEM] *Claſſes* in Mediceo et Veneto. Ita et Bigotianus, et Serv. ad IV. Aen. 228. Hic verſus deerat Franciano. Marklandus ad Stat. III. Silv. II. 81. repetit hoc verſu *Tu potes.* ſed licet ſaepe hoc fiat, contra omnes codices et editos tentare id temerarium.

84 RVTVLOS CONTRA) *Contra Turnum* Menagii prior. *nefandum* omiſſo *eſt* Leidenſis, Hamburgicus alter, et Menagii

86 SVNT

Eſt Paphus, Idaliumque tibi, ſunt alta Cythera.
Quid gravidam bellis urbem, et corda aſpera tentas?
Noſne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo
Conamur? nos? an miſeros qui Troas Achivis
Obiecit? quae cauſſa fuit conſurgere in arma
Europamque Aſiamque, et foedera ſolvere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter?
Aut ego tela dedi, fovive Cupidine bella?
Tunc decuit metuiſſe tuis: nunc ſera querelis
Haud iuſtis adſurgis, et inrita iurgia iactas.
Talibus orabat Iuno: cunctique fremebant
Caelicolae adſenſu vario. Ceu flamina prima,
Cum deprenſa fremunt ſilvis, et caeca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
Tum Pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas,
Infit. Eo dicente Deûm domus alta ſileſcit,

Et

86 SVNT ALTA) *Sint alta* Menagii prior.

87 BELLIS) *Belli* Dorvil. a m. ſec.

88 PHRYGIAE) *Troiae* ſecundus Moreti. *fundere vento* Leidenſis. *mittere fundo* Bigotianus. ſed imitatur Lucretium, qui lib. III. 84. *Pietatem evertere fundo* dixit. ubi vide Lambin. mox, *quis Troas* Dorvill. et prior Hamburgicus a manu ſecunda. *Troes* Bigotianus.

90 CONSVRGERE) *Concurrere* Oudartii et Leidenſis. vid. ad I. Georg. 318. Flor. II. 12. *multo vehementius Macedones conſurgunt*. et ita cap. 17. et alibi. ita *aſſurgere*.

92 SPARTAM) *Spartem* alter Hamburgicus.

94 TVNC DECVIT) *Tum* ſcripti potiores. *Tunc* Rufin. de Schemat. p. 33.

98 DEPRENSA) *Depreſſa premunt* Parrhaſ. male. vid. ad lib. XI. 296. et Markl. ad Stat. I. Silv. II. 45. et V. Silv. V. 80. qui et gemunt.

99 VENTOS) *Ventis* Mediceus a manu prima.

100 RERVM CVI SVMMA POTESTAS) *Prima* Medic. a m. pr Vatic. Pierii et Gudian. Donatus tamen *ſumma* agnoſcit ad Terentii Andr. I. V. 50. eadem variatio infr. 476. ſed modo praeceſſit *prima*. ideoque *ſumma* retineo, quod in Regio, Dorvill. et aliis et Edd. primis Ald. legitur.

101 INFIT) *Infit, quo dic.* Ed pr.

Ibid. SILESCIT) *Quieſcit* prior Hamburgicus a ſecunda manu, ut et mox, *tremefacta ſono*.

102 SO-

Et tremefacta solo tellus; silet arduus aether:
Tum Zephyri posuere: premit placida aequora pontus.
Adcipite ergo, animis atque haec mea figite dicta.
Quandoquidem Ausonios coniungi foedere Teucris
Haud licitum; nec vestra capit discordia finem:
Quae cuique est Fortuna hodie, quam quisque secat spem,
Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur,
Sive errore malo Troiae monitisque sinistris.
Nec Rutulos solvo. Sua cuique exorsa laborem
Fortunamque ferent. Rex Iuppiter omnibus idem.
Fata viam invenient. Stygii per flumina fratris:
Per pice torrentis, atraque voragine ripas
Adnuit, et totum nutu tremefecit Olympum.

Hic

102 SOLO) Posseratius in praefatione ad lib. IV. Propertii in Editione Orationum p. 311. suspicatur legendum *sono*, ut divinae vocis ingenti sono tellus conterrita intremuisse dicatur. ut alibi saepe poëtae. Catroeus *solo* explicat usque ad solidum.

103 TVM) Nescio an *iam.* ex Sallustii loco apud Servium. ut *iam* sit idem quod *repente.*

Ibid. TVM ZEPHYRI] *Posuere minas, premit aequora pontus*, Venetus.

104 DICTA) *Verba* prior Hamburgicus. vid. lib. III. 250.

106 HAVD LICITVM EST) *Quando equidem* Hugenianus, Dorvill. *est* deest et Zulichemio, Leidensi, et tertio Mentelii, et Franciano.

107 SECAT) *Tenet* Dorvil.

108 RVTVLVSVE) *Rutulusve luat* Mentelii prior et Paris. *ruat* Montalbanius. *fiat* Zuliehemius a manu prima, et Mediceus.

110 TROIAE) *Troes* Hugenianus a manu secunda. *monitisve* Bigotianus. *salvo* Zulichemius pro varia lectione.

111 CVIQVE) *Quisque* Mediceus a manu prima.

112 FERENT) *Ferant* Bigotianus.

113 INVENIENT) *Inveniant* Gudianus a manu prima, nec aliter in primo Rottendorphio, priore Hamburgico, Sprotiano, et Menagiano altero. tum et in Vossiano priore, et secundo Moretano. Ita et Hugenianus.

116 HIC

Hic finis fandi. Solio tum Iuppiter aureo
Surgit, coelicolae medium quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere caede viros, et moenia cingere flammis.
At legio Aeneadum vallis obsessa tenetur:
Nec spes ulla fugae. Miseri stant turribus altis
Nequidquam, et rara muros cinxere corona.
Asius Imbrasides, Hicetaoniusque Thimoetes,
Assaracique duo, et senior cum Castore Thybris,
Prima acies. Hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus, et Haemon, Lycia comitantur ab alta.

Fert

116 HIC FINIS) *Haec finis* Scholiastes Horatii Crucquianus lib. I. Sat. VIII. 43. vide annotata nostra lib. III. Aen. 145. sed Nonius Marcellus in *finis*, eam vocem hoc loco esse generis masculini asseverat. Et ita quasi ex formula, *hic*, *is*, *ille finis* passim apud Livium observarunt Cl. Drakenb. ad lib. I. 40. et I. F. Gronov. ad XXIII. 28. *cum Iuppiter* Lubec.

119 CINGERE) *Incinxere* Dorvill.

120 AST LEGIO) *At* codices nostri. Et Editio Iuntina. *Ac* Zulichemius. *flammis obsessa* prior Hamburgicus pro varia lectione.

121 FVGAE MISERI) *Nec spes ulla fugae miseris.* Sprotianus, et secundus tertiusque Rottendorphii. *Miseris* etiam Dorvil.

123 ASIVS) Ita Gudianus a manu prima. *Iasius* Lubec. et *Icetaoniusque Timoetes.* Ovidius *iacet Asius et iacet Hector. Hiesioniusque* Excerpta nostra. *Citaoniusque* alter Hamburgicus. *Licaoniusque* prior. *Et Aoniusque* tertius Mentelii. *Hycaoniusque Tymoetes* Francianus. *Et Aoniusque* Paris. *Licaoniusque Timotes* Parrhas. *Iasius imbrasides hic Etoniusque* Dorvil. *Iasius Vmbrasides Lycaoniusque* Ed. pr. *Iasius Im. Icetaoniusque* Mediol.

124 ASSARICIQVE DVO] *Assaricique domus duo, et* Ed. pr. ubi *domus* quid velit non capit Maittair. sed repetivit ex alio loco ignorans scriba. ut I. 284.

Ibid. THYMBRIS) *Thimbris* Sprotianus *Tibris* Venetus. *Tunbris* Zulichemius a manu prima. *Tubris* a secunda. *Timbris* Dorvil. et Vratislaviensis.

125 HOS GERMANI SARPEDONIS) *Serpedonis* Lubec. *Sarpadonis* Iunt.

126 ET CLARVS ET HAEMON) *Darus* Bigotianus, et Francianus. *Aethemon* Mentelii prior. *comitatur* Ed. Ald. Iuntina. *Clarus Ethemon* Dorvil. Regius, Ald. *Et Hemon Licia* Lubec. *clarus Thimon* Parrhas. *Haemon* in partibus Turni lib. IX. 685.

127 COR-

Fert ingens toto conixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis, Lyrnessius Acmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.
Hi iaculis, illi certant defendere saxis,
Molirique ignem, nervoque aptare sagittas.
Ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius caput, ecce, puer detectus honestum:
Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebintho
Lucet ebur: fusos cervix cui lactea crinis
Adcipit, et molli subnectens circulus auro.
Te quoque magnanimae viderunt, Ismare, gentes
Volnera dirigere, et calamos armare veneno.

Maeo-

127 CORPORE) *Pectore* prior Hamburgicus.

128 HAVD) *Aut* quidam apud Serv. ad XII. 687. Modestius hoc dictum, tumido Homeri censet Maecenas apud Senec. Suasor. 1.

Ibid. LYRNESIVS) *Lyrneius* tertius Mentelii. *Lernesius* alter Menagii. *Acmon* multi. *Acmo* Hugenianus. *Haemon* secundus Hamburgicus. *Lernesius Agmon* Parrhas. et Dorvill. *Lirnesius Agmon* Lubec.

129 CLYTIO) *Liceo* duo Moretani, Bigotianus, Oudartii, et tertius Mentelii, quorum aliqui *Lycio*. *Litio* Lubec. *nec genitore minor Mnestheo*, omissis nec *fratre*, Francianus.

Ibid. MENESTHEO) *Minestheo* Sprotianus. *Mnestheo* Parrhas. et Regius. et Ed. pr. *Menesteo* Lubec.

130 CERTANT) *Tentant* Oudartii. *certant illi* alter Hamburgicus.

133 ECCE) *Ipse* alter Hamburgicus.

134 QVAE) *Quam* quartus Moreti.

136 ORICIA) *Orinthia*, *Oricia*, *Orycia*, *Choritica*, *Coritia*, *Oritbia*, *Orrycia* in scriptis. *Corithia* Ed. pr.

137 FVSOS) *Cervix fusos* Regius, Gudianus, et Sprotianus. *fussos* Dorvill.

138 SVBNECTENS) *Subnexus* Bigotianus. *subnectens* Lubec. per circulum fibulam intelligit Rhodius de Acia pag. 21.

139 MAGNANIMAE) Heinsius olim coniecerat *Magnae animae Ismare*. mox, *derigere* Gudianus.

140 VVLNERA DERIGERE] Hinc tuetur Cl. Drakenb. vulgatam lectionem apud Sil. Ital. V. 25. *Ac simul infesto Lateranum vulnere trunco Arboris urguebat*. quod mihi durius. recte vero Maro et alii, ubi simpliciter vulnus, pro telo vulnifero,

Maeonia generoſe domo: ubi pinguia culta
Exercentque viri, Pactoloſque inrigat auro.
Adfuit et Mneſtheus, quem pulſi priſtina Turni
Aggere moerorum ſublimem gloria tollit;
Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi.
Illi inter ſeſe duri certamina belli
Contulerant: media Aeneas freta nocte ſecabat.
Namque ut ab Evandro caſtris ingreſſus Etruſcis,
Regem adit, et regi memorat nomenque genuſque;
Quidve petat, quidve ipſe ferat, Mezentius arma
Quae

ro, ut hic ad certam huius generis manum exprimendam. ſed non addit Maro, ut Silius, *vulnera teli*, *arboris*, vel *ſagittae*. hoc enim eſſet ipſum vulnus telo inflictum. ut *vulnus ſaxi* Ovidio VI. Met. 76. licet probe noverim, quomodo defendi poſſet ex ſimilibus, ut *metus* Pompeii, etc. quae tamen non plane ſimilia puto. vid. ad II. Aen. 529. Lucret. IV. 1043. inf. XI. 654. *ſpicula dirigere*.

141 DOMO) *Modo* Mediceus. *cui pinguia* Lubec.

143 ADFVIT] *Adfluit* Bigotianus, quod probavimus ad Ovidii Remed. Amor. 148. ſic et apud Stat. V. Theb. 665. *Adfluit Hippomedon* legerem pro *adfuit*. vide ad Sil. Italic. XIV. 208. et inf. XI. 236. et lib. II. 796.

Ibid. QVEM PVLSI) *Pulſi quem* Parrhaſ.

145 DVCITVR) *Dicitur* Menagii prior, Venetus, et ſecundus Rottendorphius, et Hugénianus. *Campaniae* Ald. recte Campanos dici, non Capuanos, vid. viros doctos ad Liv. XXVII. 3.

146 ILLI] De Troianis ſolis capit Catroeus, qui partiti erant vices belli variis in locis.

Ibid. DVRI] *Divi* Hugenianus. puto pro *diri*. *dura* Excerpta noſtra. male. vide ad Val. Flac. V. 545. male Cerda quaſi durantis capit. *certamina belli* dixit imitatione Lucretii lib. I. 476. et bis terve alibi. et noſter lib. XII. 73. *In duri certamina Martis euntem*. ubi itidem variant codices, ſic et *certamen pugnae* noſter lib. XII. 598. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. IX. 136. nec ſoli Poëtae ita frequenter locuti: ſed et Hirtius Bell. Alex. cap. XVI. *minime par erat proelii certamen*. ceterum *contulerunt* erat in Excerptis noſtris. Lucret. IV. 841. *At contra conferre manu certamina pugnae*.

149 MOMENQVE GENVSQVE) *Decuſque* irrepſit ex lib. II. *Nos aliquod nomenque decuſque Geſſimus*. *nomen* et *genus* coniungi vid. ad Ovid. Epiſt.

150 QVID IPSE) *Aut quidve ferat* Gudianus et Leidenſis.

151 PE-

Quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni,
Edocet: humanis quae sit fiducia rebus
Admonet, inmiscetque preces. Haud fit mora: Tarchon
Iungit opes, foedusque ferit: tum libera fati
Classem conscendit iussis gens Lydia Divûm,
Externo conmissa duci. Aeneïa puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones:
Inminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
Hîc magnus sedet Aeneas, secumque volutat
Eventus belli varios: Pallasque sinistro
Adfixus lateri iam quaerit sidera, opacae
Noctis iter, iam quae passus terraque marique.
Pandi-

151 PECTORA) In Zulichemio erat pro varia lectione, vel *praemia*, vel *praelia* cum glossa, promissa Mezentio.

152 QVAE SIT) *Quid sit* alter Menagii. *quae si* Dorvil.

154 LIBERA FATIS) *Fati* Mediceus et Mentelianus uterque, Gudianus et sex alii minus vetusti, cum Leidensi et Vossiano altero, primo ac secundo Moretanis. probe. id ipsum quoque Pierius in vetustioribus suis offendit. *Fati* etiam Regius et Lubec.

157 SVBIVNCTA] Ex hoc loco M. Antonius Surens contendit *leones* fuisse insigne Aeneae, ut hodie multi nobiles gerunt, et hinc eum non proditorem patriae fuisse probat, quia ipsi eo facto adempta fuissent. ut notavi ridiculam hanc sententiam in praefatione ad Tom. IX. Thesauri Italici p. 9.

158 IDA) Hanc fuisse in puppi, ut leones in prora, credit Catroeus. perperam: sub monte enim Ida erant leones, qui illis imminebat.

161 SIDERA) *Sidus* Zulichemius.

162 ITER] *Idem* Mediceus manu prima. *noctis iter*, id est rationem nocturnae navigationis, quae ad stellas instituitur, vel quantum illa nocte possint procedere. quibus sermonibus tota nocte, quam longa est, trahebat. ut apud Lucan. X. 333. *Sic velut in tuta securi pace trahebant Noctis iter mediae*. *noctis* etiam pro Lunae posset sumi, ut saepe. vid. ad Valer. Flac. lib. V. 567. alio et nequiore aliquanto sensu dixit Propert. II. XXIV. 22. *Noctibus his vacui refaciamus iter*. id est, redeamus ad amores solitos. ut superiori Eleg. v. 82. *Nos modo propositum, vita, teramus iter*. id est, noctes consumamus, lusu et conviviis nequitiae nostrae consciis.

Pandite nunc Helicona, Deae, cantusque movete;
Quae manus interea Tuscis comitetur ab oris
Aenean, armetque rates, pelagoque vehatur.
Massicus aerata princeps secat aequora tigri:
Sub quo mille manus iuvenum, qui moenia Clusi,
Quique urbem liquere Cosas: quis tela, sagittae,
Corytique leves humeris, et letifer arcus.
Vna torvus Abas. Huic totum insignibus armis
Agmen, et aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuvenes: ast Ilva trecentos
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius, ille hominum divûmque interpres Asylas,
Cui pecudum fibrae, coeli cui sidera parent,

Et

163 MOVETE) *Monete* Gudianus a manu prima. vid. lib. VII. 641. mox *Etruscis* Leidensis. *comitatur* Hugenianus. *comitentur* prior Hamburgicus. deinde *pelagove* Oudartii.

165 VEHATVR) *Trahatur* Ed. pr.

166 MASSICVS) Nomen a Massico monte Etruriae imposuisse huic scribit Catroeus. sed ego in Campania eum fuisse didici. vide Cluver. Ital. Ant. IV. 5. Servius etiam Clusium iuxta Massicum ponit, quem refutat Demsterus in Etruria Regali lib. IV. cap. 18. ubi dicit se non meminisse Massici montis in Etruria. et tamen lib. II. cap. 41. ex Servio duos montes Massicos in Etruria et Campania fuisse collegerat. fictum ergo hoc nomen a Poëta pro arbitrio. ut Abas, Asylas etc.

167 MILLE) v. Gronov. I. de Pec. 10. et Heum. ad Cicer. pro Mil XX.

Ibid. CLVSI) *Clausi* Bigotianus et Leidensis a manu prima. *Clusii* Leidensis alius.

169 CORYTIQVE) Scripti *Gorythi*, *Coriti*, *Corithi*, *Choriti* varie exhibent. vid. Barth. ad Stat. IX. Theb. 730.

170 TORVVS) *Tornus* Venetus.

171 AVRATO) *Aurata f. imagine* prior Hamburgicus pro varia lectione.

172 SEXCENTOS) *Sescentos* duo Rottendorphii et Gudianus.

173 BELLI) *Bello* Bigotianus.

Ibid. TRECENTOS) *Tricentos* Regius.

174 INEXHAVSTIS) *Inexustis* Parrhas.

175 ASYLAS) *Asillas* Regius.

176 COELI) *Coelum* alter Hamburgicus. an *cui coelum et sidera*. sed alterum usitatius Maroni.

Ibid. PA-

Et linguae volucrum, et praesagi fulminis ignes,
Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.
Hos parere iubent Alpheae ab origine Pisae:
Vrbs Etrusca solo. Sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, et versicoloribus armis.
Tercentum adiiciunt, (mens omnibus una sequendi)
Qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis.
Et Pyrgi veteres, intempestaeque Graviscae.
Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,
Transierim, Cinyra, et paucis comitate Cupavo,
Cuius olorinae surgunt de vertice pennae:
Crimen amor vestrum, formaeque insigne paternae.
Namque ferunt, luctu Cycnum Phaëthontis amati,
Populeas inter frondis, umbramque sororum

Dum

Ibid. PARENT) Dictum ut apud Petron. cap. CXXXIV. *Quidquid in orbe vides paret mihi.*

178 HASTIS) *Vmbris* alter Hamburgicus a manu prima. a secunda *armis.* et ita prior Hamburgicus, Gudianus, duo Moretani, Bigotianus, et Leidensis, et Paris.

179 ALPHEAE AB ORIGINE PISAE) *Alphea* Lubec.

180 PVLCHERRIMVS) *Hasta* Zulichemius.

Ibid. ASTVR) *Astyr* Mediceus bis. *Austur* Parrhas.

181 ET VERSICOLORIBVS) *Versisque coloribus* Bigotianus.

182 ADIICIVNT) Credo esse intelligendum *se.*

183 CAERETE) *Chaerete* Mediceus. *sunt Isionis* Parrhas.

Ibid. MINIONIS IN ARVIS) *In armis* Dorvill.

184 VETERES) *Iuvenes* Bigotianus. *Phyrgi, Pirgi, Phrigi,* codices.

Ibid. GRABISCAE) Sprotianus.

185 LIGVRVM) *Ligur* Commentator Cracquianus Horatii lib. IV. Od. 9.

186 CYCNE) *Cinate* et *Cupano* Ald. Parrhas. *Cinire* Regius. *Cigne* et *Cupavo* Dorvil. *Cygne* et Edd. pr. et Mediol. *Cycne* Ald.

Ibid. CVPAVO) *Cupabo* Regius, Gudianus, et alter Mentelii.

187 PENNAE) *Pinnae* Mediceus, Gudianus, et alter Mentelii.

188 FORMAEQVE) *Formae quae* Waddel. Anim. Critic. p. 33.

189 AMATI) *Amici* secundus Rottendorphius.

190 POPVLEAS) *Populeasque* Francianus. *umbraque* alter Mentelii. *umbrasque* Parrhas. prior Hamburgicus. ita Senec. Herc. Oet. 187. *Phaëthontiadum silva sororem.*

Dum canit, et maeſtum Muſa ſolatur amorem,
Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam;
Linquentem terras, et ſidera voce ſequentem.
Filius, aequalis comitatus claſſe catervas,
Ingentem remis Centaurum promovet: ille
Inſtat aquae, ſaxumque undis inmane minatur
Arduus, et longa ſulcat maria alta carina.
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicae Mantus et Tuſci filius amnis:
Qui muros matriſque dedit tibi, Mantua, nomen;
Mantua dives avis. Sed non genus omnibus unum.
Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni:

Ipſa

191 MVSA *Ca*, id eſt *cantu* Parrhaſ. quod e gloſſa.

192 SENECTAM) *Senecta* Leidenſis et tertius Rottendorphius. *Canentem* vero maeſto amori iungit apte, quia prae maerore et cura ſaepe canities contrahitur, ut ex Theocrit. Idyl. XII. 2. obſervat Cl. Dorvil. et Abram. ad Cicer. pro Milone cap. VII. notavit Guarinum propter amiſſos codices quosdam una nocte dici canum factum.

194 AEQVALES) *Aequali claſſe* Mediceus et ſecundus Moreti. *Aequalis* Dorvill.

195 PROMOVET) *Submovet* prior Hamburgicus. *centurumque admovet ipſe* Ed. pr.

196 AQVAE) *Aquis* alter Hamburgicus. *Saxumque vides* idem. *inſtet aquae, ſaxum undis* Excerpta noſtra.

198 OCNVS) *Ognus* Dorvil. Lubec. Ed. pr. *Ornus* alter Hamburgicus et prior pro diverſa lectione. *Oenus* Hugenianus. *Hocnus* Montalbanius. *Mantos* Francianus et ſex vel ſeptem codices. *Mantoys* Excerpta noſtra et alter Menagii. *Mantis* ſecundus Moreti. *Manthos* Ed. Venet. V. Matt. *Mantos* Lubec. et Dorvil.

201 AVIS) *Agris* prior Hamburgicus et Zulichemus pro varia lectione. Heinſius corrigebat *agri*, ut Horatius Art. Poët. 421. *Dives agri, dives poſitis in foenore nummis*. inf. 563. *ditiſſimus agri*. vid. ad lib. I. 343. et Sil. Ital. VIII. 526. ſed ſeq. de genere et populis rectius maiorum potentiam adſtruunt. ut lib. VII. 55. *Turnus avis, ataviſque potens*. et imitatus Statius I. Theb. 392. *Adraſtus dives avis*. Silius VIII. 385. *Avis pollens*. et XVI. 560. *Burrus avis pollens*.

202 GENS ILLI TRIPLEX) *Cum gente* quartus Moreti. mox *ipſe caput* Montalbanius. *populi* duo Rottendorphii et prior Hamburgicus a manu ſecunda. deinde, *Hic quoque* Montalbanius a manu prima. vid. Catroeus.

205 QVOS

Ipsa caput populis: Tusco de sanguine vires.
Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in aequora pinu.
It gravis Aulestes, centenaque arbore fluctus
Verberat adsurgens: spumant vada marmore verso.
Hunc vehit inmanis Triton, et caerula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem praefert, in pristin desinit alvus;
Spumea semifero sub pectore murmurat unda.
Tot lecti proceres ter denis navibus ibant
Subsidio Troiae, et campos salis aere secabant.
Iamque dies coelo concesserat: almaque curru
Noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum:
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens clavumque regit velisque ministrat.
Atque illi medio in spatio chorus, ecce, suarum
Occurrit comitum: Nymphae (quas alma Cybebe
Numen

205 QVOS PATRE BENACO) *Duce Benaco* Zulichemius pro varia lectione.

207 AVLETES) *Aulestes* Mediceus, caeterique castigatiores. ut lib. XII. 290. *Tyrrhenum Aulesten.* Et ita Francianus et Lubec.

Ibid. CENTENA) Ἑκατόνζυγος νηῦς dicitur Homero Iliad. Υ 247. ut notabat Cl. Dorvil.

ibid. FLVCTVS) Ita Zulichemius, Leidensis, et quatuor alii. *flucto* Leidensis alius. *fructum* Parrhasianus.

210 EXTERRENS) *Exercens* alter Hamburgicus, et Zulichemius a manu secunda.

Ibid. HISPIDA) *Hospida* Dorvil.

211 PRAEFERT) *Profert* prior Hamburgicus. vulgata est apud Lutatium ad Statii VII. Theb. 337. *pistrim* Dorvill.

212 SEMIFERO) *Fumifero* Montalbanius.

213 PROCERES) *Iuvenes* Leidensis, et secundus Moretanus.

214 SALIS AERE) *Maris aere* Bigotianus. vid. Catroeus.

215 CONCESSERAT) *Detexerat* Vratislaviensis. *discesserat* a manu secunda Francianus, et Ed. Mediol. Ald.

Ibid. CVRRV) *Cursu* Dorvill.

218 VELISQVE MINISTRAT) Vid. ad lib. VI. 302.

219 MEDIO IN) *In medio* Montalbanius et prior Hamburgicus.

220 CYBELE) *Cybebe* scriptum reperi in codice A. Colo-

Numen habere maris, Nymphasque e navibus esse
Iusserat) innabant pariter, fluctusque secabant,
Quot prius aeratae steterant ad litora prorae.
Adgnoscunt longe regem, lustrantque choreis.
Quarum, quae fandi doctissima, Cymodocea
Pone sequens dextra puppim tenet, ipsaque dorso
Eminet, ac laeva tacitis subremigat undis.
Tum sic ignarum adloquitur: Vigilasne, Deûm gens,
Aenea? vigila, et velis inmitte rudentes.
Nos sumus Idaeae sacro de vertice pinus,
Nunc pelagi Nymphae, classis tua. Perfidus ut nos
Praecipites ferro Rutulus flammaque premebat,
Rupimus invitae tua vincula, teque per aequor
Quaerimus. Hanc genetrix faciem miserata refecit,
Et dedit esse deas, aevumque agitare sub undis.
At puer Ascanius muro fossisque tenetur
Tela inter media atque horrentis Marte Latinos.
Iam loca iussa tenent forti permixtus Etrusco
Arcas

ti. sic etiam Graeci Κυβήβην dicunt. *Cybebe* etiam Leidensis cum glossa, *deum mater a Cybebo monte Phrygiae.* et Cod. Voss. in Servio ad lib. IX. 117. *Cybebe* habet. *Cibebe* Dorvil. vid. ad Phaedr. lib. III. 17. et 20. Gudii et aliorum notas.

221 NVMEN) *Nomen* Gudianus a manu prima.

223 AD LITORA) *In litore* lib. IX. 121. codices aliquot, ubi vide.

224 CHOREIS) *Choreas* secundus Hamburgicus.

225 FANDI] Markl. ad Stat. II. Silv. II. 19. legit *nandi.* sed non magnae laudis, inter marinas nymphas nandi esse doctissimam. sed inter has natantes facundia excellens, partes sibi sumit adfandi Aeneam. *fandi potens* Auson. Epigr. I. hinc etiam Silius lib. VII. 428. Cymodocae dat partes Protea adloquendi, quas etiam ut maxima natu obit.

227 AC LAEVA) *Ac levi* Montalbanius.

229 VELIS) *Ventis* Ed. pr.

231 NVNC PELAGI) *Nos* Excerpta nostra.

232 PREMEBAT) *Petebat* uterque Hamburgensis pro varia lectione, et secundus a manu prima.

233 RVMPIMVS) *Rupimus* vetustiores. bene. Ita Francianus.

238 PERMIXTVS) Magis ad rem pertinet Ovidii locus lib. V. Fast. 406. *commistus* Ald.

240 GER-

Arcas eques. Medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age, et Aurora socios veniente vocari
Primus in arma iube, et clipeum cape: quem dedit ipse
Invictum Ignipotens, atque oras ambiit auro
Crastina lux, mea si non inrita dicta putaris,
Ingentes Rutulae spectabit caedis acervos.
Dixerat: et dextra discedens inpulit altam,
Haud ignara modi, puppim. Fugit illa per undas
Ocior et iaculo, et ventos aequante sagitta.
Inde aliae celerant cursus. Stupet inscius ipse
Tros Anchisiades: animos tamen omine tollit.
Tum breviter supera adspectans convexa precatur.
Alma parens Idaea Deûm, cui Dindyma cordi,
Turri-

240 CERTA) *Iusta* Hugenianus. *nec castris* Francianus.

242 QVEM DEDIT IPSE) *Quem dedit ingens* alter Mentelius, et pro diversa lectione Sprotianus. *Ingens* etiam Leidensis et Parisiensis.

243 ORAS) *Auro ambiit horas* Zulichemius. Ortvinius haec ultima a monachi manu adiecta credebat, et *Invictum Ignipotens*, versu imperfecto a Marone relictum.

244 CRASTINA LVX] Recte hic deficere verbum notat Longus, scilicet aderit, veniet. ita saepe in celeritate exprimenda veteres. Vellei. II. 17. *Epistolae Caesi Vari*, scil. veniunt. vid. ibi Heins. *Marius in hiberna*, scil. venit. vid. Gronov. ad Senec. Troad. 844. alia ellipsis, sed huic similis, apud Stat. 1. Silv. II. 144. *Iam Thybridis arces Iliacae.* scil. videntur, apparent. ubi vide Gevart. Barth. et Markland. vid. ad Lucan. X. 386.

Ibid. DICTA) *Verba* prior Hamburgicus.

245 CAEDIS) *Gentis* Gudianus, Venetus, et Oudartii. *spectabis* Bigotianus. *spectabunt* Excerpta nostra. *spectabat* Hugenianus. *spectabit* tuetur Cl. Bentleius ad Terentii Hecyr. III. 1. 6. sed et Mediceus habet *spectabis*, quod probare videtur Salmas. de modo Vsurar. p. 715.

247 MODI) *Modo* Dorvill.

Ibid. VNDAS) *Vndam* secundus Hamburgicus et secundus Moreti.

248 AEQVANTE) *Sectante* Sprotianus.

251 SVPERA ADSPECTANS) *Supera spectans* a manu prima Gudianus, et alter Mentelius. *superaspectans* duo Moretani. Et ita Hugenianus. *supera breviter spectans* Ed. pr. *breviter supera spectans* Mediol.

Turrigeraeque urbes, biiugique ad frena leones;
Tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques
Augurium, Phrygibusque adsis pede, diva, secundo.
Tantum effatus: et interea revoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctemque fugarat.
Principio sociis edicit, signa sequantur,
Atque animos aptent armis, pugnaeque parent se.
Iamque in conspectu Teucros habet, et sua castra,
Stans celsa in puppi: clipeum cum deinde sinistra
Extulit ardentem. Clamorem ad sidera tollunt
Dardanidae e muris. Spes addita suscitat iras.
Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris
Strymoniae dant signa grues, atque aethera tranant
Cum sonitu, fugiuntque notos clamore secundo.
At Rutulo regi ducibusque ea mira videri
Ausoniis; donec versas ad litora puppis
Respiciunt, totumqne adlabi classibus aequor.
Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma
Fundi-

253 BIIVGIQVE) *Biugi ad frena* Francianus.

254 PROPINQVES AVGVRIVM) Barthius apud Stat. VI. Theb. 853. corrigens *terraeque propinquat*, ex codice suo *terramque propinquat* hoc loco Virgilii firmat, et explicat, praesentior et propinquior augurio adsis.

255 SECVNDO) *Superbo* secundus Hamburgicus. *asis* Dorvill.

256 EFFATVS) *Affatus* Montalbanius et Zulichemius. *at interea* alter Hamburgicus.

257 MATVRA LVCE) Vid. ad I. Georg. 66.

258 SIGNA) *Bella* Vratislaviensis. *edicit sociis ut signa* Oudartii.

259 APTENT) *Aptant* Montalbanius, Leidensis et Hugenianus. *optant* secundus Hamburgicus pro varia lectione, *armant* a manu prima. *pugnaeve* Oudartii.

263 DARDANIDAE E MVRIS) *Dardanidae omnes.* Venetus.

265 SIGNA) *Colla* Sprotianus. *aequora tranant* alter Hamburgicus. *transnant* Dorvil.

267 EA MIRA) *Fama mira* Mediceus.

268 PVPPES) *Proras* Leidensis. *versare ad litora* Venet.

269 ADLABI) *Alabi* Dorvil.

270 CAPITI) Vid. ad lib. VII. 689.

Ibid. AC VERTICE) *Cristisque ac vertice* Ed. Mediol. Lubec.

Funditur, et vaſtos umbo vomit aureus ignes:
Non ſecus, ac liquida ſi quando nocte cometae
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor:
Ille ſitim morboſque ferens mortalibus aegris
Naſcitur, et laevo contriſtat lumine coelum.
Haud tamen audaci Turno fiducia ceſſit
Litora praecipere, et venientis pellere terra.
[Vltro animos tollit dictis, atque increpat ultro:]
Quod votis optaſtis, adeſt, perfringere dextra:
In manibus Mars ipſe, viri. Nunc coniugis eſto
Quiſque ſuae tectique memor: nunc magna referto
Facta patrum, laudes. Vltro occurramus ad undam,
Dum trepidi, egreſſiſque labant veſtigia prima.
Audentis Fortuna iuvat.

Haec

Lubec. ita et Francianus et Parrhaſ.

271 VOMIT] *Movet* Montalbanius. *aereus* Leidenſis.

273 SANGVINEI) *Sanguineae* Mentelius uterque, Regius, Venetus, ſecundus Moretanus, Leidenſis, Hugenianus et Zulichemius, et a manu prima prior Hamburgicus et ſecundus Rottendorphius. et Parrhaſ. *ac Syrius* idem Hamburgicus et Venetus.

275 LAEVO) *Saevo* Waddel. Anim. Critic. pag. 34.

277 PRAERIPERE) Donatus *praecipere*, id eſt praeoccupare. *Praeripere* Ed. Mediol. et forte *τῷ audaci* melius conveniret. ſed vide Gronov. et Drak. ad Liv. XXII. XLI. §. 9. *praecipere* Excerpta noſtra.

278 VLTRO ANIMOS) Nonnulli codices hunc verſum praeponunt praecedenti.

279 OPTASTIS) *Optatis* Sprotianus et Montalbanius, Leidenſis, Oudartii et Zulichemius, et Regius a manu prima. *perſtringere* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. *quos votis optaſtis* Pet. Daniel. editio. *perfringite* Parrhaſ. *perſtringite* Ed. Venet. *perſingere* Dorvil.

280 MARS IPSE VIRIS) *Viris* Mediceus, Dorvill. Regius et Parrhaſ. Edd. pr. Georg. II. 45. *in manibus terrae.*

282 LAVDES) *Laudeſque* Edit. P. Daniel. et *laudes* Leidenſis. *accurramus* Leidenſis alius. *curramus* Excerpta noſtra. *ad undas* Venetus. *ad amnem* prior Hamburgicus pro varia lectione.

283 EGRESSISQVE) *Egreſſique* omnes fere ſcripti. et ita Lutatius ad Stat. XII. Theb. 13. *primi* ſecundus Moretanus. *primo* prior Hamburgicus pro varia lectione.

284 IVVAT) Addit *vireſque miniſtrat* Leidenſis unus. *Audaces*

Haec ait, et ſecum verſat, quos ducere contra,
Vel quibus obſeſſos poſſit concredere muros.
Interea Aeneas ſocios de puppibus altis
Pontibus exponit: multi ſervare recurſus
Languentis pelagi, et brevibus ſe credere ſaltu:
Per remos alii. Speculatus litora Tarchon,
Qua vada non ſpirant, nec fracta remurmurat unda,
Sed mare inoffenſum creſcenti adlabitur aeſtu;
Advertit ſubito proras, ſocioſque precatur:
Nunc, o lecta manus, validis incumbite remis;
Tollite, ferte rates; inimicam findite roſtris
Hanc terram, ſulcumque ſibi premat ipſa carina.
Frangere nec tali puppim ſtatione recuſo;
Adrepta tellure ſemel. Quae talia poſtquam
Effatus Tarchon, ſocii conſurgere tonſis,
Spumantiſque rates arvis inferre Latinis:
Donec roſtra tenent ſiccum, et ſedere carinae
Omnes innocuae. Sed non puppis tua, Tarchon.
Namque inflicta vadis dorſo dum pendet iniquo,
Anceps

ees prior Hamburgicus a manu ſecunda.

286 POSSIT) *Poſſet* Hugenianus. *committere* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. *conducere* Sprotianus a manu prima.

289 LANGVENTIS) *Languentes* Gudianus.

291 QVA VADA NON SPERAT) In priore Hamburgenſi erat gloſſa, id eſt, fluctuant. *ſuperat* Francianus. vid. ad Lucan. VI. 370.

Ibid. FRACTA) *Strata* prior Hamburgicus pro diverſa lectione.

294 O LECTA) *Electa* alter Hamburgicus, Leidenſis et Zulichemius.

295 FERTE) *Forte* Waddel. Animadv. Critic. p. 35.

Ibid. FINDITE) *Scindite* Zulichemius. *fundite* Venetus. Heinſius coniecerat *figite*. mox *premet* prior Hamburgicus. *illa* ſecundus et Montalbanius.

297 PVPPIM) *Puppes* Regius, quod recepit Catroeus.

299 EFFATVS) *Affatus* Zulichemius. *ſic fatur* Bigotianus. *eſt fatus* prior Hamburgicus a m. ſec.

300 ARVIS INFERRE) *Arvis referre* Venetus.

303 INFLICTA) *Infricta* alter Hamburgicus. *pendit* Menagianus prior, Zulichemius et Hugenianus. *iamque* Hugenianus.

Anceps ſuſtentata diu, fluctuſque fatigat,
Solvitur, atque viros mediis exponit in undis:
Fragmina remorum quos et fluitantia tranſtra
Inpediunt, retrahitque pedem ſimul unda relabens.
Nec Turnum ſegnis retinet mora: ſed rapit acer
Totam aciem in Teucros, et contra in litore ſiſtit.
Signa canunt. Primus turmas invaſit agreſtes
Aeneas,[1] omen pugnae; ſtravitque Latinos,
Occiſo Therone, virum qui maximus ultro
Aenean petit. Huic gladio perque aerea ſuta,
Per tunicam ſqualentem auro, latus haurit apertum.
Inde Lichan ferit, exſectum iam matre peremta,
Et tibi, Phoebe, ſacrum; caſus evadere ferri
Quod licuit parvo. Nec longe, Ciſſea durum,
Inmanemque Gyan, ſternentes agmina clava,
Deiecit leto: nihil illos Herculis arma,
Nec validae iuvere manus, genitorque Melampus,
Alcidae comes, uſque gravis cum terra labores

Prae-

nus. mox *fatigant* prior Hamburgenſis et Zulichemius.

306 REMORVM QVOS) *Remorumque et* Mentelii prior. *effluitantia* tertius Rottendorphius. *fluctuantia* Dorvill.

307 PEDEM) Sic Mediceus a manu ſecunda. etiam Menagianus prior et Montalbanius ex noſtris. ex Pierianis conplures. placet. Et Leidenſis a manu prima.

309 LITORE) *Litora* Hugenianus et primus Moreti. *in* deeſt tertio Rottendorphio. et Dorvill.

313 PETIT) *Petiit* Francianus et Lubec.

314 SQVALENTEM) *Suadentem* ſecundus Rottendorphius. *hauſit* alter Hamburgicus. vid. H. Steph. diſſ. de Criticis p. 88. inf. XII. 87.

315 LYCAM) *Licum* Dorvill. *Litban*, *Lychan*, *Lican* codices. *exemplum* alter Menagii. *exceptum* alter Hamburgicus. *Excetum* Leidenſis.

316 CVI LICVIT) *Quo* Marklandus ad Stat. I. Silv. II 188. *quoi* Ed. pr. *cui* Mediol.

317 CISSEA) *Ceſea*, *Ciſea*, *Ciſſaea*, *Sciſſea*, *Sciſea* varie codices. *cui licuit*, et *Cyſſea* Dorvill.

318 INMANEMQVE) *Finalemque* Bigotianus. *Gian*, et *Gyan*, codices. Segraeus *Cyan* legit. *Gyam* Dorvil.

320 NEC VALIDAE) *Comes ille* prior Hamburgicus pro varia lectione. *dum tractat* idem et Ald.

322 INER-

Praebuit. Ecce Pharo, voces dum iactat inertis,
Intorquens iaculum clamanti sistit in ore.
Tu quoque, flaventem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon;
Dardania stratus dextra, securus amorum,
Qui iuvenum tibi semper erant, miserande, iaceres:
Ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci
Progenies, septem numero, septenaque tela
Coniiciunt. Partim galea clipeoque resultant
Inrita; deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus. Fidum Aeneas adfatur Achaten:
Suggere tela mihi, (non ullum dextera frustra
Torserit in Rutulos) steterunt quae in corpore Graium

Iliacis

322 INERTIS) *Inertes.* an hoc ex glossa pro *inanes* irrepserit, dubium facit Serv. ad I. Aen. 102. ubi citat *voces dum iactat inanes*, id est *inertes.* et in Leid. erat. *iactat inertes*, id est *inanes*.

323 CLAMANTI) *Clamantis* Ed.P.Daniel. et aliae. *Clamantis* et Parrhasianus, Dorvil. Ald.

324 TV) *Tum* Francianus.

325 CLYTIVM) *Clicium*, *Licium*, *Clycium*, *Liciam*, *Litium*, *Ditium*, *Elicum*, scripti. pro *Cydon Clidon* Zulichemius.

326 SECVRVS] Illud *indulgens* est a mala manu in Servio, et explicatur male: nam est post mortem nulla sollicitudine aut cura ergo amores vexatus et adfectus. et mortuos *securos* vocasse docet Tertull. de Testim. Animae cap. IV. et hinc in titulis SECVRITATI PERPETVAE. et ex eo illud in IV. Aeneid. 34. *id manes credis curare sepultos.*

327 IVVENVM) *Iuvenes* Parrhas. male. vide ad Ovid. XVI. Epist. 241.

328 OBVIA PHORCI) *Obvia cohorti* Ed. pr.

329 NVMERO) *Numeros* Mediceus.

330 CONIICIVNT) *Continuit* alter Hamburgicus. *confiliunt* Rufin. de Schem. Lex. p. 32. *clipeo galeaque* Dorvil.

332 STRINGENTIA) *Stridentia* Mediceus a manu prima.

333 SVGGERE) Barthius ad Stat. VII. Theb. 593. citat ex veteri Scholiaste: *Suffice tela mihi (non ullum dextera frustra Sparserit in Rutulos.) Nullum dextra mea frustra* Excerpta nostra. Achates hic est, qualem *ad arculas sedere, et tela agentibus subministrare*, describit Quinctil. XII. de Inst. Orat. 3.

334 STETERVNT) *Corpora* alter Hamburgicus. *steterunt in corpore* Francianus.

336 AERA)

Iliacis campis. Tum magnam conripit haſtam,
Et iacit. Illa volans clipei transverberat aera
Maeonis, et thoraca ſimul cum pectore rumpit.
Huic frater ſubit Alcanor, fratremque ruentem
Suſtentat dextra: traiecto miſſa lacerto
Protinus haſta fugit, ſervatque cruenta tenorem:
Dexteraque ex humero nervis moribunda pependit.
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Aeneam petiit: ſed non et figere contra
Eſt licitum, magnique femur perſtrinxit Achatae.
Hic Curibus, fidens primaevo corpore, Clauſus
Advenit, et rigida Dryopen ferit eminus haſta,
Sub mentum graviter preſſo, pariterque loquentis
Vocem animamque rapit, traiecto gutture; at ille
Fronte ferit terram, et craſſum vomit ore cruorem.

Tris

336 AERA) *Aerea* Mentelii prior a manu priore. *oras* Parrhaſ.

337 RVMPIT) *Rupit* Parrhaſ. Venetus et alter Mentelii a m. ſec. *pectora* alter Hamburgicus a manu prima.

339 SVSTENTAT) *Subſtentat* alter Hamburgicus. *ſuſtentant* Francianus. *lacertos* Mediceus.

340 HASTA FVGIT) *Subit* in primo Moretano, et in Sprotiano a manu ſecunda. Sed praeceſſerat modo id verbum. et *fugit* vim torquentis notat, quod poſt vulnus nihil tardius volaret. Lucan. III. 468. de lancea ex balliſta torta, *ſupereſt telo poſt vulnera curſus.*

341 DEXTERAQVE EX) *Dextraque per humeros* ſecundus Rottendorphius. *pudibunda* Hugenianus.

343 NON ET FIGERE CONTRA) *Effigere* Sprotianus a manu ſecunda, *ſed non effingere* Francianus. *effigere* Parrhaſ. Dorvil. et Regius, Ald. vid. VII. 736. mox *perſtringit* prior Hamburgenſis et ſecundus Rottendorphius.

345 CLAVSVS) *Lapſus* Sprotianus, Hamburgenſis alter. *Laurus* Mediceus a manu prima. *Lauſus* Edd. pr. Ald. et Mediol.

346 ADVENIT) *Advolat* in Hamburgico priore, et ſecundo Rottendorphio. Et ita Leidenſis. *Driopem* Parrhaſ. et Regius. *Dyopen* Ald. *rigidam* male explicat Servius. nam *eminus* notat emiſiſſe manu. V. Barth. ad Stat. XI. Th. 542.

347 PARITERQVE) *Graviterque* Parrhaſ.

349 FERIT) *Premit* Mentelius prior et ſecundus a manu ſecunda. et ita Leidenſis, et Bigotianus, et Pariſienſis.

350 TRIS

Tris quoque Threicios Boreae de gente suprema,
Et tris, quos Idas pater et patria Ismara mittit,
Per varios sternit casus. Adcurrit Halaesus,
Auruncaeque manus: subit et Neptunia proles,
Insignis Messapus equis: expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipso
Ausoniae. Magno discordes aethere venti
Proelia ceu tollunt, animis et viribus aequis.

Non

350 TRIS) Valer Prob. ad Gell. XIII. 19. *tres* exhibet. *Tris* utrobique Parrhas.

352 HALAESVS) Pro quo interdum *Falesus.* Erat Sabinorum linguae peculiare ut aspirationem in F. mutarent. Sic antiquis *borda*, et *forta*, *fercti* et *bercti*, *fariolus* et *bariolus*, *fostia* et *bostia*, *fostis* et *bostis*, *folus* et *bolus*. aliaque de quibus Festus. *Halesus* Ed. pr. *Alesus* Mediol. utraque *occurrit.*

354 INSIGNIS) *Insanis* Parrhas.

355 LIMINE) *Limite* Zulichenius. *limina in ipsa* Gudianus a manu prima. *certant* Venetus. *certantur* Dorvil.

356 MAGNO AETHERE) Quia mox sequitur *non mare*, suspicor scripsisse Maronem *magno aequore*, id est tempestuoso, et agitato ventis. de quo ad Valer Flac. I. 50. ita III. 196. *Continuo venti volvunt mare, magnaque surgunt Aequora. Aequor* vero et *Aethera* centies confuderunt librarii. vid. I. Ecl. 60. VII. Aen. 65. et saepe apud Ovidium. et ita apud Manil. II. 447. *Agnoscitque suos Neptunus in aethere pisces* correxit Bentleius, et diu ante eum natum Columna ad Enn. pag. 165.

357 ANIMIS ET VIRIBVS AEQVIS] Mallet forte critica prurigine laborans hic legere *aequi*, id est pares inter se, et firmare illis Valer. Flac. IV. 621. *Sed te non animis, nec solis viribus aequum.* neque aliter Livius VIII. 38. *contra instruunt hostes, et animis et viribus pares.* et ita forte alios locutos esse posset quis ostendere. nec nego utrumque satis defendi posse. vulgatam tamen lectionem magis placuisse Maroni credo, qui saepe *viribus aequis* nobis dedit. ut II. Georg. 286. infr. v. 431. v. 809. XII. 218. et libri X. 459. dixit *viribus imparibus*, ubi nihil mutari potest. Liv. XXV. 31. *cum qua viribus aequis certabatur.* Curtius V. IV. 9. *aequis viribus stare.* haec vero duo *animi* et *vires*, et mentis et corporis robur et praestantiam absolvunt, ideoque saepe quasi ex formula iungi solent. ut II. Aen. 617. V. 191. IX. 717. 763. Valer. Flac. I. 243. *Vos quoque nunc vires, animosque adferte paternos.* Livius XXIV. 8. *Fidens animo et viribus.* Plaut. Capt. II. III. 27. *id persequar corde, et animo atque viribus.* quorum alterum si desit, insignis bellator esse nequit. et hoc est quod saepius Vlixes Aiaci exprobrat apud

Ovid.

Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedunt;
Anceps pugna diu: stant obnixi omnia contra.
Haud aliter Troianae acies aciesque Latinae
Concurrunt: haeret pede pes, densusque viro vir.
At parte ex alia, qua saxa rotantia late
Inpulerat torrens, arbustaque diruta ripis,
Arcadas, insuetos acies inferre pedestris,
Vt vidit Pallas Latio dare terga sequaci.
Aspera quîs natura loci dimittere quando
Suasit equos; unum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:
Quo fugitis, socii? per vos, et fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, devictaque bella,

Spem-

Ovid. lib. XIII. Metam. ut v. 363. *Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri, etc.* sibi vero tribuit *consilium* et *manum* v. 205. et 360. Livius XXXIV. 25. *adolescens maioris animi quam consilii.* et passim etiam alii. sic etiam *arma* et *animos* coniungit Maro lib. XII. 788.

358 CEDIT) *Nunc ipsi i. s. n. n. nunc mare cedit* Excerpta nostra et Edd. pr. et Mediol. Ald. vid. ad lib. IX. 619.

359 OBNIXI) *Obnoxia* secundus Rottendorphius. *obnixa* Edd. pr. et Mediol.

360 TROIANAE) *Teucrorum* secundus Rottendorphius.

361 PEDE) *Pedi* Parrhas. *haerent* Dorvil. a m. pr.

363 INTVLERAT) *Impulerat* Mediceus, cum Schefferiano et quarto Moretano, quod verum est. Et ita Ald. *deruta* Sprotianus. *intulerant* Dorvil.

364 INSVETOS) V. Guell. *Arcades* Ed. pr. et N. Heinsii.

365 SEQVACI) *Sequenti* Vratislaviensis.

366 QVIS) *Quos* Gudianus. quod defendi posset ex iis quae notavimus ad Phaedr. I. 15. sed quia sequitur *equos*, et ita ambigua fieret sententia, nihil muto. *quod restat rebus* duo Hamburgici.

Ibid. DIMITTERE) *Demittere* Sprotianus, et Leidensis cum Excerptis nostris. sed perperam. nam Servius Romanae militiae esse notat. quod et probatur ex Suet. Caes. LX. *Ancipiti praelio equos dimittebat, et in primis suum. quondam* Parrhas.

368 ACCENDIT) *Extendit* Parrhas.

369 QVO FVGITIS) *Quos* Gudianus a manu prima. ut v. 742. *Quem fugis.* ubi et *quo fugis* codex Parrhas. et VI. 466. et Ecl. II. 60. sed inf. 649. *Quo fugis, Aenea? fortia facta* illustrat Lambin. ad Lucret. III. 910.

371 LAV-

Spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudi,
Fidite ne pedibus. Ferro rumpenda per hostis
Est via, qua globus ille virûm densissimus urguet:
Hac vos, et Pallanta ducem patria alta reposcit.
Numina nulla premunt: mortali urguemur ab hoste
Mortales: totidem nobis animaeque manusque.
Ecce, maris magna claudit nos obiice pontus:
Deest iam terra fugae. Pelagus Troiamne petemus?
Haec ait, et medius densos prorumpit in hostis.
Obvius huic primum, fatis adductus iniquis,
Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pondere saxum,
Intorto figit telo, discrimina costis
Per medium qua spina dedit: hastamque receptat
Ossibus haerentem. Quem non super occupat Hisbo,
Ille

371 LAVDI) Ita omnes fere scripti. sed *laudis* Ald.

372 FERRO RVMPENDA) *Ferro rapienda via*, prior codex Ecclesiae Hamburgensis. Sed et *rumpere viam* passim occurrit. vid. ad Valer. Flac. I. 3. et ita lib. II. 494. *rumpunt aditus*, ubi Fabricius etiam ex suo codice praefert *rapiunt*. *rapere viam* de celerrimo itinere melius dicitur. sed hic per hostes *rumpere* melius dici puto, et ubicumque obstant aliqua.

374 REPOSCIT) *Reposcat* Parrhasianus. *arma* prior Hamburgicus. an *alma*?

376 NOBIS) *Nobisque* Montalbanius. *in nobis* alter Menagii et Zulichemius, *nobis totidem* Dorvill.

377 MAGNA OBICE) *Magni* Sprotianus et Dorvil. sed *magna* Serv. ad VIII. 227.

378 PELAGO TROIAMNE) *Pelagus Troiane* Leidensis. *Troiam pelagusne* Montalbanius. *petamus* Bigotianus, Hugenianus et tertius Mentelii, Parrhas. et Regius cum Excerptis nostris. non intelligo haec satis. et Cerda confodere malebat hoc hemistichium. *deest terra* secundus Rottendorphius. *Pelagus terramne* Ed. pr. *pelagos Troiamne* Mediol.

379 PRORVMPIT) *Proruppit* Parrhasianus.

380 PRIMVM) *Fatis primum deductus* Venetus. *advectus* Parrhas.

381 MAGNO) *Vellit magno* Gudianus, Mentelius prior, multi alii. Et sic Regius Dorvil. et duo Moretani.

383 DEDIT) *Dabat* Parrhasianus. *hostemque retemptat* Dorvil. et in ora *receptat*.

384 OCCVPAT) *Occubat* notaverat Pierius in ora codicis et duo Moretani. *Hismon*, *Hybon*, *Hispon*, *Isbom*, *Iston* in scriptis.

quem

Ille quidem hoc ſperans: nam Pallas ante ruentem,
Dum furit incautum crudeli morte ſodalis,
Excipit, atque enſem tumido in pulmone recondit.
Hinc Sthenelum petit, et Rhoeti de gente vetuſta
Anchemolum, thalamos auſum inceſtare novercae.
Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in arvis,
Daucia, Laride Thymberque, ſimillima proles,
Indiſcreta ſuis, gratuſque parentibus error.
At nunc dura dedit vobis diſcrimina Pallas:
Nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abſtulit enſis:
Te deciſa ſuum, Laride, dextera quaerit;
Semanimeſque micant digiti, ferrumque retractant.
Arcadas accenſos monitu, et praeclara tuentes

Facta

quem deſuper o. Vsbon, ſed cum raſura in prima ſyllaba, Dorvil.

387 IN PVLMONE) *In* deeſt Veneto.

388 STHELENVM) *Stimum* Sprotianus, *Sthelenum* Venetus. *Stelenum* quatuor. *Stenium* Ed. pr. *Steium* Leidenſis. *Steneum* quartus Moreti. deinde *Raethi*, *Reheti*, *Reti*, *Rethi*, *Hroeti* alii. *Hinc Sthenelum petit*, *hinc* Parrhaſ.

389 ANCHEMOLVM) *Anthemolum*, *Achemodum*, *Anchelamum*, *Archemodum* varie codices. *Ancelomum* Parrhaſ. *Archemorum* quaedam Edd. apud Iuven. VII. 234. vide Grangae.

Ibid. THALAMOS) *Thalamumque auſum* Ed. pr.

390 ARVIS) *Agris* Parrhaſ. Regius et Dorvill. *armis* Leidenſis.

391 DAVCIA, LARIDE) *Daunia* Zulichemius a manu ſecunda. qui et *Lauride*, ut et Montalbanius, Dorvill. et alter Hamburgicus. *Laridae* Mentelii prior. mox 395. *Lauridae* Dorvil. deinde *Thymbraeque* Sprotianus. *Tyberque*, *Thiberque*, *Tymberque*, *Tiberque* alii.

392 ERROR) Vide ad Quinctil. Declam. VIII. 3. Plin. XXXV. 10. de Apelle. *Imagines adeo ſimilitudinis indiſcretae pinxit, ut incredibile dictu.*

393 DVRA) *Dira* Sprotianus pro varia lectione, et Zulichemius a manu prima. *et nunc* Dorvill.

394 ENSIS) *Enſes* Mediceus.

395 DECISA) *Deſciſſa* Montalbanius et alter Menagii.

Ibid. SVVM) Recte Servius, et hoc imitatus videtur Ovid. VI. Met. 559. *Vtque ſalire ſolet mutilatae cauda colubrae, Palpitat et moriens dominae veſtigia quaerit.* Silius XIII. 240. -- *Deiectum protinus enſe Ante pedes Domini iacuit caput.* vide Lucret. III. 651.

396 RETRACTANT) Vid. Guellius.

Facta viri, mixtus dolor et pudor armat in hostes.
Tum Pallas, biiugis fugientem Rhoetea praeter
Traiicit. Hoc spatium, tantumque morae fuit Ilo:
Ilo namque procul validam direxerat hastam:
Quam medius Rhoeteus intercipit, optime Teuthra,
Te fugiens, fratremque Tyren: curruque volutus
Caedit semanimis Rutulorum calcibus arva.
Ac velut optato, ventis aestate coortis,
Dispersa inmittit silvis incendia pastor:
Correptis subito mediis, extenditur una
Horrida per latos acies Volcania campos:
Ille sedens victor flammas despectat ovantis.
Non aliter sociûm virtus coit omnis in unum:
Teque iuvat, Palla. Sed bellis acer Halesus
Tendit in adversos, seque in sua colligit arma.
Hic mactat Ladona; Pheretaque, Demodocumque:
Strymonio dextram fulgenti deripit ense
Elatam in iugulum: saxo ferit ora Thoantis,
Ossaque dispersit cerebro permixta cruento.

Fata

398 MISTVS) Eadem varietas lib. IV. 91. vid. ad Quinctil. Decl. I. I.

399 PRAETER) Vid. ad Ovid. V. Met. 159.

400 ILO) *Illo* Parrhas.

402 TEVTHRA) *Teucra* Dorvill.

404 ARVA) *Arma* Mentelii primus.

405 OPTATO) *Optata aestate* primus Moretanus, et Montalbanius et Schefferius. Et Zulichemius, Bigotianus, et Vratislaviensis. *optatu* secundus Rottendorphius.

406 DISPERSA) *Dispersam* Parrhas.

409 DESPECTAT) *Dispectat* Leidensis.

410 IN VNVM) Pro in unum locum. vid. notas ad Serv. II. Georg. 382.

411 PALLA) *Pallas* omnes fere vetustiores.

Ibid. HALESVS) *Alesus* *Alaesus*, *Halaesus* codices. vid. lib. VII. 724.

413 PHERETAQVE) *Feretaque*, *Pharetaque*, *Pharetraque*, *Phereaque* codices. *Dedocumque* secundus Moreti. *Demodumque* Francianus, qui et *Laudonu*. *Dedemocumque* Parrhas. *Hinc* Dorvil.

417 FATA

Fata canens silvis genitor celarat Halesum;
Vt senior leto canentia lumina solvit.
Iniecere manum Parcae, telisque sacrarunt
Euandri. Quem sic Pallas petit ante precatus:
Da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro,
Fortunam atque viam duri per pectus Halesi.
Haec arma exuviasque viri tua quercus habebit.
Audiit illa Deus: dum texit Imaona Halesus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non caede viri tanta perterrita Lausus,
Pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem
Oppositum interimit, pugnae nodumque moramque.
Sternitur Arcadiae proles; sternuntur Etrusci;
Et vos, o Graiis inperdita corpora, Teucri.
Agmina concurrunt ducibusque et viribus aequis.

Extremi

417 FATA CANENS) *Cavens* pro diversa lectione prior Hamburgicus. Ita Waddel. Anim. Critic. p. 35. *facta canens* secundus Moreti.

418 VT SENIOR) *Vt genitor* secundus Rottendorphius, ex glossa.

420 PRECATVS) *Paratus* alter Hamburgicus.

421 THYBRI) *Tybre* Zulichemius. *Tymbri* prior Hamburgicus. *Timbre* Dorvil. a m. pr. *ferri* Sprotianus.

422 FORTVNAM ATQVE) *Fortunamque* Excerpta nostra. *diri* Mentelius prior. *Fortuna atque via* Francianus.

423 HABEBIT) *Habebat* Mediceus a manu prima.

424 TEXIT) Catroeus praeteritum a *tego* capit.

Ibid. IMAONA) *Imabora* Mentelius primus et alter Menagii. *Himaona* nonnulli. *Himagona* Zulichemius. *Imeona* Montalbanius et alter Hamburgicus. *Himoana* primus Moreti.

425 INERMVM) *Inerme* Sprotianus et prior Hamburgicus pro varia lectione et Bigotianus. *iuveni dat* alter Hamburgicus. *dat telo* secundus Moreti.

427 ABANTEM) *Abanta* Leidensis. *sunt agmina* Francianus.

428 INTERIMIT) *Interemit* Mentelii primus et Gudianus. *pugnae interimit* Dorvil.

429 ARCADIAE) *Arcadia* Parrhas.

430 TEVCRI) *Teucrum* Scholiastes Statii Theb. III. 84. *A Graiis* duo Leidenses, Bigotianus et Vratislaviensis. mox *ducibus et* Venetus, tertius Rottendorphius, Oudartii et Dorvill.

 434 HINC

Extremi addenſent acies: nec turba moveri
Tela manuſque ſinit. Hinc Pallas inſtat et urguet,
Hinc contra Lauſus, (nec multum diſcrepat aetas)
Egregii formae; ſed quîs fortuna negarat
In patriam reditus. Ipſos concurrere paſſus
Haud tamen inter ſe magni regnator Olympi:
Mox illos ſua fata manent maiore ſub hoſte.
Interea ſoror alma monet ſuccurrere Lauſo
Turnum; qui volucri curru medium ſecat agmen.
Vt vidit ſocios: Tempus deſiſtere pugnae.
Solus ego in Pallanta feror; ſoli mihi Pallas
Debetur: cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet.
Haec ait; et ſocii ceſſerunt aequore iuſſo.
At Rutulûm abſceſſu iuvenis; tum iuſſa ſuperba
Miratus, ſtupet in Turno, corpuſque per ingens
Lumina volvit, obitque truci procul omnia viſu.
Talibus et dictis it contra dicta tyranni:
Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis,

Aut

434 HINC) *His* Francianus.

438 ILLOS) *Illi* Hugenianus, *maiora* Leidenſis.

439 SVCCVRRERE) *Succedere* nonnulli Codices Heinſii, unde recepit Catroeus. eadem diſcrepantia apud Ciceron. de Lege Manil. cap. II. *Lucullum a tanto bello diſcedere, hnic qui ſucceſſerit non ſatis eſſe paratum ad tantum bellum adminiſtrandum.* ubi alii *ſuccurrerit*, quod Heumannus praetulit, et cupide ſuccedere, ſine ullo exemplo exponit. ſed ibi *ſucceſſerit* retinendum; diſceſſerat enim ab eo bello Lucullus, ſucceſſit ergo Glabrio, non ſuccurrit adhuc bellanti, et hic Turnus Lauſo deſiſtenti pugnae ſuccedit. firmatur etiam ex v. 690. 847. IX. 667.

441 SOCIOS) *Sociis*, vel *ſocii* Waddel. Animad. Critic. p. 36.

Ibid. PVGNAE) Perperam nonnulli codices *pugna*. nam *deſiſtere pugnae* ſecundo caſu, ut *deſinere irarum*. de quo ad Silium lib. XI. 350. egit Heinſ. Et X. 84. et XV. 190.

442 FEROR) *Ferar* Bigotianus.

443 PARENS) *Pater* Parrhaſianus.

445 IVSSO) *Iuſſi* Ed. Venet. Ald. Dorvill. Sil. X. 447.

445 AT) *Et* Dorvill. pro *tum*, *tunc* aut *cum* varie legitur in Servio ad XI. 15.

Ibid. TVM IVSSA SVPERBA) *Ea iuſſa* Parrhaſ. *Dum* Excerpta noſtra. *tamen ipſa* alter Menagii.

446 MIRATVS) *Miratur* Regius, Dorvill. et Ed. pr.

Ibid. STVPET IN TVRNO) Imitatus Val. Flac. I. 262. *ſtupet in ducibus.*

449 LAV-

Aut leto insigni. Sorti pater aequus utrique est.
Tolle minas. Fatus medium procedit in aequor,
Frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis.
Desiluit Turnus biiugis: pedes adparat ire
Comminus. Vtque leo, specula cum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem in proelia taurum,
Advolat; haud alia est Turni venientis imago.
Hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae,
Ire prior Pallas, si qua fors adiuvet ausum
Viribus inparibus; magnumque ita ad aethera fatur:
Per patris hospitium, et mensas, quas advena adisti,
Te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis:
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
Victoremque ferant morientia lumina Turni.
Audiit Alcides iuvenem, magnumque sub imo
Corde premit gemitum, lacrimasque effudit inanes.
Tum Genitor natum dictis adfatur amicis:

Stat

449 LAVDABOR) *Laetabor* Bigotianus.

450 VTRIQVE EST). *Est* non habent uterque Hamburgicus, secundus Moreti, et Bigotianus.

451 PROCEDIT) *Processit* Menagii et Hamburgicus priores.

453 DESILVIT) *Dissiluit* Menagius uterque, Hamburgicus prior Dorvill. Sprotianus et quinque alii. et Ed. pr. *subsiluit* Excerpta nostra. male. Stat. I. Theb. 309. *desiluit*. ubi Scholiastes vulgatam agnoscit. vid. et Barth. ad III. Theb. 293. et ad Lucan.

454 MEDITANTEM PROELIA) *In praelia* Mediol. Ed.

456 ADVOLAT) *Evolat* Zulichemius. *venientis* fuisse qui cupiant prodit Cerda. vide ad Phaedr. I. fab. 21. infr. lib. XII. 510. et 595. et Ecl. IX. 13.

558 SI QVA FORS) *Sors* prior Hamburgicus et Venetus, et Zulichemins, et Francianus. *si quae* Bentleius ad Horat. II. Sat. VI. 10. *adiuvat* Mediceus, Menagii alter, et Hamburgicus alter, et Leidensis. *Ausum* vero potest esse nomen, pro audaci, temerario facto: ut VI. Aen. 624. et alibi. mox *coepta ingentia* vocat. sic Ovid. VII. Med. 178. *Adiuvet et praesens ingentibus adnuat ausis.*

462 CERNAT) *Cernant* in tertio Moretano *lumina* videlicet. *Cernant* etiam Zulichemius et Francianus. vid. ad VIII. Aen. 223.

466 TVM GENITOR) *Cum Genitor* Montalbanius. egregie hic Iupiter inducitur, quasi deprecaturus invidiam, quae ipsi fiebat ab aliis Diis, quasi suae proli parceret. vide egregie Valer.

Stat ſua cuique dies: breve et inreparabile tempus
Omnibus eſt vitae: ſed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Troiae ſub moenibus altis
Tot gnati cecidere Deûm: quin occidit una
Sarpedon, mea progenies. Et iam ſua Turnum
Fata vocant, metaſque dati pervenit ad aevi.
Sic ait, atque oculos Rutulorum reiicit arvis.
At Pallas magnis emittit viribus haſtam,
Vaginaque cava fulgentem deripit enſem.
Illa volans, humeri ſurgunt qua tegmina ſumma,
Incidit, atque viam clipei molita per oras,
Tandem etiam magno ſtrinxit de corpore Turni.
Hîc Turnus ferro praefixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur:
Adſpice, num mage ſit noſtrum penetrabile telum.
Dixe-

ler. Flac. IV. 114. et ſeq. ubi ſimiles Neptuni querelae de Amyco filio ſuo. plura vide apud Cerdam ad v. 470.

Ibid. ADFATVR) *Ita fatur* Ed. pr.

467 IRREPARABILE) *Irremeabile* Oudartii. V. III. Georg. 284.

468 FAMAM) Barth. ad Stat. IV. Theb. 33. citat *vitam, extendere* memoria nimis confidens. vid. ad lib. VI. 807. quae diximus. quibus adde Plin. V. Ep. 8. *quibus aeternitas debeatur, aliorumque famam cum ſua extendere.* Claudianus I. in Stilic. 36. *producere famam* dixit: ubi alii *protendere.* vid. Heinſii notas.

470 CECIDERE) *Periere* Oudartii pro varia lectione. *qui occidit* Francianus.

471 ET IAM) Sic Mentelianus ac caeteri meliores. *Manent* quod in Pierianis eſt, poſſet ex imitatione Val. Flac. IV. 120. defendi, *Vſque adeone meam, quacumque ab origine, prolem Fata manent.* ſed et noſter lib. XI. 96. *Nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli Fata vocant.* vid. ad Lucan. VII. 185. *etiam* Ed. Mediol.

473 REIICIT ARVIS) *Torſit in arvis* Ed. Venet. V. II. Aen. 690. ubi quidam apud Servium *reiecit.* ſed tunc legendum eſſet, *Rutulûm reiecit in arvis.*

474 EMITTIT) *Immittit* Oudartii.

477 VIAM) *Viam eſt* Mediceus.

478 STRINXIT) *Deſtrinxit* Bigotianus, ſecundus Moreti. *de pectore* Venetus. *ſtringit* prior Hamburgicus.

481 NVM MAGE SIT) *Nunc mage* tertius Rottendorphius pro varia lectione. et Bigotianus cum Excerptis noſtris. et ita videtur fuiſſe in Zulichemio, ubi erata ultima litera reſtat

Dixerat; at clipeum, tot ferri terga, tot aeris,
Cum pellis totiens obeat circumdata tauri,
Vibranti medium cuſpis transverberat ictu,
Loricaeque moras, et pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum fruſtra de volnere telum:
Vna eademque via ſanguis animusque ſequuntur.
Corruit in vulnus: ſonitum ſuper arma dedere:
Et terram hoſtilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus ſuper adſiſtens:
Arcades, haec, inquit, memores mea dicta referte
Euandro. Qualem meruit, Pallanta remitto.
Quiſquis honos tumuli, quidquid ſolamen human-
Largior. Haud illi ſtabunt Aeneia parvo [di eſt,)
Hoſpitia. Et laevo preſſit pede, talia fatus,

Exani-

ſtat *nun. non mage* Regius. *penetrabile ferrum* ſecundus Moreti et Francianus.

483 CVM PELLIS) *Quem pellis* Mediceus et Montalbanius cum Gudiano ac Veneto. Et ita Marklandus ad Stat. I. Silv. I. 40. qui vitium ex ſcribendi modo *Quom* irrepſiſſe putat. qui et v. 485. *pectus ingens* iungit.

Ibid. TOTIENS OBEAT) *Oberat totiens* Parrhaſ.

484 MEDIVM CVSPIS) Ita Gudianus et Voſſianus prior Et Parrhaſianus. *Cuſpis medium* Dorvill.

486 DE VVLNERE TELVM) *Corpore* Parrhaſ. vid. ad Ovid. V. Metam. 95. *ferrum* Bigotianus.

487 SANGVIS) *Sanguiſque* Sprotianus a manu pr. quod probat H. Steph. in Schediaſm. p. 61. et ita Dorvil.

488 SVPER) *Inſuper* Dorvil.

489 TERRAM PETIT ORE) Poſſet hic locus patrocinari lectioni, a quibusdam receptae apud Senec. Herc. Fur. 895. *Vltrice dextra fuſus adverſo Lycus Terram petivit.* ubi Gruterus *cecidit* tuetur. idem Oedipo 340. *Vnone terram vulnere adlicti petunt?* et 480. *ore deiecto petiere terram.*

490 QVEM TVRNVS SVPER ADSISTENS) *Cum voce ſuperba* Leidenſis unus addit.

491 INQVIT MEMORES) *Memores, inquit* prior Hamburgicus.

493 QVISQVIS HONOS) *Honor* prior Hamburgicus et Bigotianus. *humandi* omiſſo τῷ *eſt* alter Hamburgicus et Leidenſis. *ſi quid* Gudian. a m. pr. ſed quisquis pro quicumque non aevo poſteriori tantum uſitatum eſſe docui ad Sueton. Tib. LXV.

494 STABVNT) *Conſtant* Sprotianus.

 497 IM-

Exanimem, rapiens inmania pondera baltei,
Inpressumque nefas: una sub nocte iugali
Caesa manus Iuvenum foede, thalamique cruenti:
Quae Clonus Eurytides multo caelaverat auro:
Quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus.
Nescia mens hominum fati sortisque futurae,
Nec servare modum rebus sublata secundis.
Turno tempus erit, magno cum optaverit emtum
Intactum Pallanta, et cum spolia ista, diemque
Oderit. At socii multo gemitu lacrimisque
Inpositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atque decus magnum, rediture parenti;
Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert:
Cum tamen ingentis Rutulorum linquis acervos!
Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor,

Advo-

497 IMPRESSVMQVE NEFAS) Vid. ad VIII. 731.

498 FOEDE) *Phoebe* Mediceus. v. Guell.

499 CLONVS EVRYTIDES) *Lonus*, *Dorus*, *Conus*, *Cromis*, *Euritides*, *Euricides*, *Erytides* varie in scriptis. *bonus Eurytides*. Ed. pr. *bonus Eurycion* Mediol. *bonus Eurytion* Ald. *quem* Dorvil. *quam Clonus* Oudartii. *Clonus Euritides* Francianus. forte *Eurytion* more Graeco pro *Eurytides*. vid. ad Gratii Cyneg. 103. et in Catal. Argon. in Eurytion.

502 SVBLATA] Ita citat Lutatius ad Stat. II. Theb. 188. sed ad v. 689. *lassata* legit. sed Terent. Phorm. , *Quia paullulum accessit pecuniae sublati animi sunt.* et *servare* Regius et Dorvill.

504 ISTA) *Ipsa* Leidensis. et a manu prima Mediceus.

505 AT SOCII) *Ac* Dorvill.

506 FREQVENTES) *Sequentes* Zulichemius. *impositum Clypeo* Mss. et Ed. apud Serv. inf. v. 841.

507 PARENTI) Ita omnes: et si cum *reditur e* iungas, rectius. si cum *dolor* et *decus*, uterque casus posset admitti, ut ex imitatione Ausonii, qui in Parent. IX. dixit: *Et dolor atque decus coniugis Ausonii.* At in Professoribus XXV. *Tam decus omne tuis, quam mox dolor*. simul ibi exprimens illa ex Ecl. V. 34. *Tu decus omne tuis.*

508 HAEC EADEM) *Atque eadem* prior Hamburgicus.

509 CVM TAMEN) *Cui* Leidensis. *linquit* Leidensis alius.

510 AVCTOR) *Alter* alter Hamburgicus. mox *discrimine vitae* Bigotianus.

514 LI-

Advolat Aeneae, tenui discrimine leti
Esse suos: tempus versis succurrere Teucris.
Proxima quaeque metit gladio, latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro; te, Turne, superbum
Caede nova quaerens. Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis: mensae, quas advena primas
Tunc adiit, dextraeque datae. Sulmone creatos
Quatuor hic iuvenes; totidem, quos educat Vfens,
Viventis rapit, inferias quos inmolet umbris,
Captivoque rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam contenderat hastam;
Ille astu subit: at tremebunda supervolat hasta.
Et genua amplectens effatur talia supplex:
Per patrios manis, per spes surgentis Iuli,
Te precor, hanc animam serves natoque patrique.
Est domus alta: iacent penitus defossa talenta
Caelati argenti: sunt auri pondera facti,
Infectique mihi. Non hîc victoria Teucrûm
Verti-

514 LIMITEM) *Limen* Vratislaviensis.

Ibid. TE, TVRNE) *Te caede superbum Turne* Bigotianus.

516 OMNIA) *Omina* Excerpta nostra. male. vide ad Phaedr. IV. Fab. XXIII. 5. et sup. ad VI. Ecl. 34.

Ibid. PRIMAS) *Primas* Dorvil. a m. sec.

519 QVOS) *Quas* secundus Rottendorphius. *hinc iuvenes* Venetus.

521 MAGO PROCVL) *Procul Mago* Parrhas.

Ibid. INFENSAM CONTENDERAT) *Immensam* prior Hamburgicus pro varia lectione. *infensam contenderet* Francianus. *infestam* Parrhas.

522 ASTV) *Ictu* Zulichemius.. *astu evadit* secundus Rottendorphius. *hastam subit* alter Hamburgicus. *En tremebunda* et correctum *at* in Mediceo. et ita mox *en genua*.

523 EFFATVR) *Affatur* etiam alter Hamburgicus et Zulichemius. *tremebundam abietem* pro hasta dixit Statius IX. Theb. 552.

524 ET SPES SVRGENTIS) Vid. ad III. Aen. 600.

525 PATRIQVE) *Paterque* Francianus. *gnatoque* omnes fere.

528 MIHI) *Mali* Francianus.

Ibid. TEVCRVM) *Graium* prior Hamburgicus pro varia lectione.

Vertitur; aut anima una dabit discrimina tanta.
Dixerat. Aeneas contra cui talia reddit:
Argenti atque auri memoras quae multa talenta,
Gnatis parce tuis. Belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante peremto.
Hoc patris Anchisae manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatus galeam laeva tenet, atque reflexa
Cervice orantis capulo tenus adplicat ensem.
Nec procul Haemonides, Phoebi Triviaeque sacer-
Infula cui sacra redimibat tempora vitta, [dos,
Totus conlucens veste, atque insignibus armis.
Quem congressus agit campo, labsumque superstans
Inmolat, ingentique umbra tegit. Arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi, rex Gradive, tropaeum.
Instaurant acies, Volcani stirpe creatus

Caecu-

529 TANTA) *Tantum* secundus Rottendorphius.

530 CONTRA CVI) *Cui contra* Dorvill.

531 MVLTA TALENTA) *Magna* Leidensis.

532 GNATIS) *Gratis* alter Menagii.

537 HAEMONIDES) *Emenides* Menagii prior. v. ad Grat. 133. *Emonides* Dorvil.

538 REDIMIBAT) *Redimibant* Venetus. *redundabat* Menagii prior. *redimebat* alter Hamburgensis.

539 TOTVS COLLVCENS) Longam vestem indicat, quae totum corpus tegebat. et hinc forte apud Propert. II. I. 5. locus vexatissimus ita legi posset, *Sive illam Cois fulgentem incedere totam, Hoc totum ex Coa veste volumen erit.* sic et lib. III. Eleg. XI. 35. *Hinulei pellis totos operibat amantes.*

Ibid. INSIGNIBVS ARMIS) *Albis* prior Hamburgicus pro varia lectione. et ita edidit Aldus et Iunt.

540 CONGRESSVS AGIT) *Ait* Ed. pr. uti Maittaire mendose. melius forsan, *congressu agit*, ut in Mediol.

Ibid. LAPSVM) *Lassum* prior Hamburgicus. *campum* etiam Excerpta nostra. *lapsuque* Lutatius ad Statii VII. Theb. 710.

541 SERESTVS) *Segestus* Mentelii prior. *Serestus* alii et Editio Iuntina et aliae. et hoc agnoscit Donatus ad Terent. Phorm. I. II. 3. vid. Segraeum p. 53. qui *Cloantum* hic substituit. *Cerestus* petiit Masvicius ex Indice credo Erythraei, et vitiosa forsan aliqua editione, ne duo Seresti fuisse videantur.

542 LECTA) *Laeta* quartus Moretanus. *refert lateri* prior Hamburgicus a manu prima.

544 MON-

Caeculus, et veniens Marſorum montibus Vmbro,
Dardanides contra furit: Anxuris enſe ſiniſtram,
Et totum clipei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, vimque adfore verbo
Crediderat, coeloque animum fortaſſe ferebat;
Canitiemque ſibi et longos promiſerat annos.
Tarquitus exſultans contra fulgentibus armis,
Silvicolae Fauno Dryope quem nympha crearat,
Obvius ardenti ſeſe obtulit. Ille reducta
Loricam clipeique ingens onus inpedit haſta.
Tum caput orantis nequidquam, et multa parantis
Dicere deturbat terrae; truncumque tepentem
Provolvens, ſuper haec inimico pectore fatur:

Iſtic

544 MONTIBVS) *A montibus* Zulichem. *Iuvenis Marſorum* Bigotii.

Ibid. TROPAEVM) *Triumphum* Bigotianus.

545 FVRIT) *Ruit* Hamburgenſis alter.

Ibid. ANXVRVS) *Siniſtrum* Venetus. *Anſvris* Zulichemius et Parrhaſ. et Sprotianus. *Anxiris* Regius.

547 ALIQVID MAGNVM) Heinſius coniecerat, *aliquod magnum. vim affore* Francianus. *aliquid magicum* Guelf. et Catroeus. *ille* ſc. Vmbro. v. Cerd. *dixerat* ea fere forma qua apud Caeſar. de Bell. Civ. I. 2. *dixerat aliquis leniorem ſententiam.* Waddel. Anim. Critic. p. 36. *dictum erat illi aliquid.* de magnis dictis vide quae notavimus ad Valer. Flac. I. 262.

548 ANIMVM) *Animam* Leidenſis, Montalbanius et prior Hamburgicus. *coelumque animo* Venetus a manu prima. mox *permiſerat* Venetus.

550 TARQVITVS) *Traquitus* Venetus. *Tarquinus* ſecundus Rottendorphius.

551 FAVNO) *Faulo* in Gudiano a manu prima. Et ita Venetus.

552 SESE OBTVLIT) Heinſ. in ora codicis *ſeſe tulit.* de *reducta* vid. ad IX. 423.

553 IMPEDIT) An *impetit?* *Lorica* Venetus.

554 TVM) Hic verſus deerat Dorvilliano.

Ibid. MVLTA) *Plura* Parrhaſ.

555 DETVRBAT) *Deturpat* Mediceus a manu ſecunda. *plura parantis biſcere* Parrhaſ. non male. vid. ad Phaedr. Prolog. III. 35.

556 PROVOLVENS) *Pervolvens* etiam Sprotianus et Venetus et duo Moretani. *tepentem* Francianus.

556 HAEC) Deeſt Dorvilliano.

557 ISTIC

Iſtic nunc, metuende, iace. Non te optima mater
Condet humi, patriove onerabit membra ſepulcro:
Alitibus linquere feris: aut gurgite merſum
Vnda feret, piſceſque inpaſti volnera lambent.
Protenus Antaeum et Lucam, prima agmina Turni,
Perſequitur, fortemque Numam, fulvumque Camertem,
Magnanimo Volſcente ſatum: ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidûm, et tacitis regnavit Amyclis
Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenaſque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribuſque arſiſſe, Iovis cum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clipeis, tot ſtringeret enſis.
Sic toto Aeneas deſaevit in aequore victor,
Vt ſemel intepuit mucro. Quin ecce Niphaei
Quadriiuges in equos adverſaque pectora tendit:

Atque

557 ISTIC NVNC) *Non* prior Hamburgicus pro varia lectione. *nam te* Sprotianus. *patrioque* nonnulli, inter quos Mentelii prior et Parrhaſianus et alii. *onerabat* Menagii alter et Montalbanius. *oneravit* Gudianus. *ornabit* Hugenianus a manu ſecunda. *Honorabit* Dorvill. *Humo* etiam Mediceus et Dorvill. uterque a m. ſec.

559 LINQVERE) *Liquere* Dorvil. a m. ſec.

561 LVCAM) *Lincam*, *Lican*, *Licam* ſcripti.

562 FVLVVMQVE) *Flavumque* uterque Hamburgenſis. *Camentem*, *Careſtem*, *Caemetem* codices. *proſequitor* Vratislavienſis, prior Hamburgicus, Venetus cum Excerptis noſtris.

563 VOLSCENTE) *Vulcente*, *Vulſcente* alii. *ditiſſimus agris* Bigotianus. vid. ſupr. h. l. v. 201.

564 REGNAVIT) *Regnabat* Dorvillian.

566 ORIBVS) *Auribus* alter Hamburgicus pro varia lectione. *orbibus* Francianus.

567 IOVIS CVM FVLMINA) Vitioſe citat Lutatius ad Stat. II. Theb. 595. *Iovis cum fulmina contra me habeat.* vid. Barthium. *cum* deeſt Dorvill.

568 TOT STRINGERET) *Et ſtringeret* Sprotianus.

569 AEQVORE) *Agmine* Leidenſis.

570 QVIN ECCE NIPHAEI) In nonnullis exemplaribus *Nyphaei*. *Nipei*, *Riphei*, in aliis. *quin et Vſei* Ed. pr.

571 QVADRIIVGES IN EQVOS) *Quadriiugis in equis* Mediceus a manu prima et Mentelii prior. et Menagii prior a manu prima. *quadriiugos* Ed. pr.

572 ILLI

Atque illi longe gradientem, et dira frementem
Vt videre, metu versi retroque ruentes
Effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus.
Interea biiugis infert se Lucagus albis
In medios, fraterque Liger: sed frater habenis
Flectit equos: strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Aeneas tanto fervore furentes:
Inruit, adversaque ingens adparuit hasta.
Cui Liger:
Non Diomedis equos, nec currus cernis Achilli,
Aut Phrygiae campos: nunc belli finis et aevi
His dabitur terris. Vesano talia late
Dicta volant Ligeri: sed non et Troius heros
Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostem.
Lucagus, ut pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos: proiecto dum pede laevo
Aptat se pugnae, subit oras hasta per imas
Fulgentis clipei: tum laevum perforat inguen,
Excussus curru moribundus volvitur arvis.

Quem

572 ILLI) *Illum* Menagii prior. *dura* Dorvill. mox *retroque fluentes* alter Hamburgicus.

574 EFFVNDVNTQVE) *Effunditque* Serv. ad III. Aen. 470.

Ibid. AD LITORA) *In litore* Bigotianus, Gudianus, et prior Hamburgicus. *currum* optimi quique. mox *bigis* Gudianus et Venetus. *Lugagus* Excerpta nostra. mox Venetus *Leucagus*.

578 FVRENTIS) *Fruentes* alter Hamburgicus. *ruentes* Parrhasianus.

579 INRVIT) *Diruit* Ed. pr.

580 CVI LIGER) *Cui tum Liger ait* Ed. Venet. *cui Liger ait* Mentelii prior et Menagii alter.

581 NEC CVRRVS CERNIS ACHILLIS) *Achilli* Leidensis. vid. lib. IX. 12.

583 TERRIS) *Telis* Dorvill.

585 PARAT) *Parit* Leidensis pro varia lectione.

Ibid. NAM TORQVET) *Iam torquet* alter Hamburgicus et Dorvil. a m. sec. *contorquet* Oudartii. mox, *in verbere solo* Montalbanius.

586 PENDENS IN VERBERA) Vid. Cl. Drakenb. ad Sil. VIII. 285. et Markl. ad Stat. V. Silv. II. 115.

588 PER IMAS) *Sub imas* secundus Moreti.

590 ARVIS) *Agmen* Ed. Mediol.

591 AD-

Quem pius Aeneas dictis adfatur amaris:
Lucage, nulla tuos currus fuga fegnis equorum
Prodidit, aut vanae vertere ex hostibus umbrae.
Ipfe rotis faliens iuga deferis. Haec ita fatus
Adripuit biiugos. Frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delabfus eodem.
Per te, per qui te talem genuere parentes, [tis
Vir Troiane, fine hanc animam, et miferere precan-
Pluribus oranti Aeneas: Haud talia dudum
Dicta dabas. Morere, et fratrem ne defere frater.
Tum latebras animae, pectus, mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquae vel turbinis atri
More furens. Tandem erumpunt, et castra re-
linquunt

Afca-

591 ADFATVR) *Affatus* Dorvill.

592 LVCAGE) *Huc age* legitur apud Rufinian. de Schemat. Dian. p. 37.

593 VERTERE) *Advertere* Leidenfis. *perdidit* etiam Venetus.

595 ADRIPVIT) *Abripuit* Leidenfis et Menagii prior et Excerpta nostra. *inertes* Francian. Dorvil. et Ed. Venet.

596 DELABSVS) *Delatus* Sprotianus pro varia lectione. poft hunc verfum inferebatur infelicis ovi malus faetus *Tendebatque tales illi de pectore voces.*

597 PER TE, PER QVI TE TALEM GENVERE PARENTES) Ita hic verfus agnofcitur a Prifciano bis, a Scholiafte Statii et ab Alcuinio. Donatus tamen in Andriam Terentii citat, *per qui te tanti talem genuere parentes.* Scholiaftes Horatii Cruc-quianus lib. 1. Od. 1. *qui tanti talem genuere.* et lib. 1. Od. 10. *Aeneam tanti talem genuere parentes.* Credo Scholiaften Horatii locum hunc et alium ex lib. 1. Aen. 606. inter fe confudiffe.

600 NE DESERE) *Non* Bigotianus et Oudarti. *morere, fratrem* Ed. Mediol.

603 DVCTOR) *Victor* codices nonnulli. *ductor* tamen vetuftiores amplectuntur. *Victor* etiam Francianus, Regius et Ed. Mediol. et *doctor* Gudianus a manu prima.

604 FVRENS) *Forens* Mentelii prior. *fremens* alius.

Ibid. CASTRA) *Claustra* in priore Hamburgico. *Erumpit* primus Moreti. *claustra* Parrhafianus.

605 ASCA-

Afcanius puer, et nequidquam obfeffa iuventus
Iunonem interea conpellat Iuppiter ultro:
O germana mihi atque eadem gratiffima coniunx,
Vt rebare, Venus (nec te fententia fallit)
Troianas fuftentat opes: non vivida bello
Dextra viris, animufque ferox, patienfque pericli.
Cui Iuno fummiffa: Quid, o pulcherrime coniunx,
Sollicitas aegram, et tua triftia dicta timentem?
Si mihi, quae quondam fuerat, quamque effe decebat,
Vis in amore foret; non hoc mihi namque negares,
Omnipotens; quin et pugnae fubducere Turnum,
Et Dauno poffem incolumem fervare parenti.
Nunc pereat, Teucrifque pio det fanguine poenas.
Ille tamen noftra deducit origine nomen,
Pilumnufque illi quartus pater: et tua larga
Saepe manu, multifque oneravit limina donis.
Cui rex aetherii breviter fic fatur Olympi:
Si mora praefentis leti tempufque caduco
Oratur iuveni, meque hoc ita ponere fentis;
Tolle fuga Turnum, atque inftantibus eripe fatis.
Hacte-

605 ASCANIVS) *Afcaniufque puer* Dorvil.

609 TROIANAS) *Troianis* Sprotianus. *fubftentat* Venetus. *nam vivida* idem et Dorvil. qui et *dextra viri. nec* vel *nunc* prior Hamburgicus et alius. *nam* Francianus. *non invida* Parrhaf. *animofque* Gudianus a manu prima.

611 CVI IVNO) *Cum* prior Hamburgicus.

612 AEGRAM) *Me aegram* Excerpta noftra.

Ibid. DICTA) *Iuffu* Mediceus.

613 QVAMQVE) *Quemque* Montalbanius. mox *non haec* Iuntina editio et duo Moretani. *mihi nempe* Zulichemius et Bigotianus.

616 POSSEM) *Poffim* in utroque Rottendorphio. Et in Leidenfi. *vel Dauno* Oudartii.

617 PIO) *Suo* Dorvill.

618 DEDVCIT) *Deducet* Gudianus, duo Rottendorphii.

620 MVLTISQVE) *Multis oneravit* quartus Moreti et Parrhafianus.

623 HOC) *Haec* Leidenfis, quartus Moreti et Ed. Venet. deerat priori Hamburgico. *ponere fi vis* Dorvil. a m. fec.

627 PV-

Hactenus indulsisse vacat. Sin altior istis
Sub precibus venia ulla latet, totumque moveri
Mutarive putas bellum; spes pascis inanis.
Et Iuno adlacrumans: Quid si, quod voce gravaris,
Mente dares; atque haec Turno rata vita maneret?
Nunc manet insontem gravis exitus: aut ego veri
Vana feror. Quod ut o potius formidine falsa
Ludat, et in melius tua, qui potes, orsa reflectas!
Haec ubi dicta dedit, coelo se protenus alto
Misit, agens hiemem nimbo succincta per auras:
Iliacamque aciem, et Laurentia castra petivit.
Tum Dea nube cava tenuem sine viribus umbram
In faciem Aeneae (visu mirabile monstrum)
Dardaniis ornat telis; clipeumque iubasque
Divini adsimulat capitis: dat inania verba;
Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis.
Morte obita quales fama est volitare figuras,
Aut quae sopitos deludunt somnia sensus.

At

627 PVTAS) *Putes* Oudartii. *poscis* idem. *multarive* Mediceus.

628 CVI IVNO ILLACRVMANS) *Et Iuno allacrimans* Francianus. Ed. Mediol. *Quoi Juno allacrimans.* et Ed. Ald. *quae voce* Parrhas. Edd. pr. et Mediol.

Ibid. QVID SI) *Quod si* Gudianus et Sprotianus. *si quae* Venetus et secundus Rottendorph.

629 RATA VITA) Vid. sup. 472. et alibi.

630 AVT EGO) *Haud* Oudartii et Excerpta nostra.

631 FEROR) *Ferar* Dorvil. *veri* hic est Vaticinationis, et Servium refutat Barth. ad Stat. III. Theb. 488.

Ibid. QVOD VT O POTIVS) *Quod uti potius* Gudianus a manu prima. *quod ut o p. f. f. laudat* Francianus. *quid ut o* Ed. pr.

634 AVRAS) Post hunc versum sequebatur in secundo Moretano alter, *Ordine flammarum et late discriminat agros*, qui legitur lib. XI. 144.

637 MIRABILE) *Miserabile* Venetus.

638 DARDANIIS) *Dardanis* Dorvil. qui et *armat* pro diversa lectione. et *iubamque*.

640 GRESSVSQVE) *Gressumque* Mediceus. *Gressusque affigit* Venetus.

642 DELVDVNT SOMNIA) *Ludunt insomnia* Bigotianus, Dorvill. et Zulichenius. *deducunt*

At primas laeta ante acies exsultat imago,
Irritatque virum telis, et voce lacessit.
Instat cui Turnus, stridentemque eminus hastam
Coniicit: illa dato vertit vestigia tergo.
Tum vero Aenean aversum ut cedere Turnus
Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem:
Quo fugis, Aenea? thalamos ne desere pactos:
Hac dabitur dextra tellus quaesita per undas.
Talia vociferans sequitur, strictumque coruscat
Mucronem: nec ferre videt sua gaudia ventos.
Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, et ponte parato;
Qua rex Clusinis advectus Osinius oris.
Huc sese trepida Aeneae fugientis imago
Coniicit in latebras: nec Turnus segnior instat:
Exsuperatque moras, et pontis transilit altos.
Vix proram adtigerat; rumpit Saturnia funem,
Avolsamque rapit revoluta per aequora navem.
Illum autem Aeneas absentem in proelia poscit:
Obvia

cunt somnia Hugenianus. mox *laeti* Dorvill. *aut primas* Zulichemius et Editio Iuntae. et *aut voce* Bigotianus, uterque Hamburgicus et Venetus. *ac voce* Menagii prior.

644 IRRITATQVE) Vide ad lib. IV. 178.

647 AENEAM) *Versum Aenean* Sprotianus et Montalbanius. *Aenean versum incedere* alter Menagianus. *Aeneam adversum* Zulichemius et Editio P. Danielis et Iuntina. *ubi cedere* Parrhasianus.

648 HAVSIT) *Auxit* Leidensis.

652 NEC) *Vt* Francianus.

654 EXPOSITIS) *Inpositis* Hugenianus.

655 CLVSINIS) *Claustrinis* Ed. pr. *adventus* Venetus. *Onisius* Bigotianus pro varia lectione. *Osimius* Ondartii. *Osinus* Francianus, et Ald. *Clusiniis* etiam Mediceus a secunda manu.

656 HVC) *Huic* Mediceus. deinde *trepidam Aeneae* alter Hamburgicus. *Trepide* notaverat Pierius in ora codicis. *Aeneae trepida* Ald. mox *segnius* alter Hamburgicus. *in tenebras* Hugenianus. *in latebris* prior Menagii.

660 AVOLSAMQVE) *Evulsamque* Leidensis.

661 ILLVM AVTEM) *Ille autem* Gudianus, quod non capio. deinde *absentem Aeneas* in altero

Obvia multa virûm demittit corpora morti.
Tum levis haud ultra latebras iam quaerit imago
Sed ſublime volans nubi ſe inmiſcuit atrae;
Cum Turnum medio interea fert aequore turbo.
Reſpicit ignarus rerum, ingratuſque ſalutis,
Et duplices cum voce manus ad ſidera tendit:
Omnipotens genitor, tanton'me crimine dignum
Duxiſti, et talis voluiſti expendere poenas?
Quo feror? unde abii? quae me fuga, quemve reducet?
Laurentiſne iterum muros aut caſtra videbo?
Quid manus illa virûm, qui me meaque arma ſecuti:
Quoſne (nefas) omnis infanda in morte reliqui?
Et nunc palantis video, gemitumque cadentum
Adcipio. Quid ago? aut quae iam ſatis ima dehiſcat
Terra

altero Rottendorphio. Et in Excerptis noſtris.

662 DEMITTIT) *Dimittit* multi. *viro* etiam Parrhaſ.

664 ATRAE) *Arte* Francianus.

665 MEDIO INTEREA) *In medio* Montalbanius. *interea magnus fert* Venetus. *tum Turnum* etiam ſecundus Moreti, et Venetus.

666 SALVTIS) *Saluti* prior Hamburgenſis pro varia lectione.

667 CVM VOCE) Id eſt, ſimul clamans. vid. ad Sil. Ital. X. 432.

Ibid. TENDIT) *Tollit* in altero Mentelio, primo Moretano et in octo vel novem aliis. Et Franciano et Dorvil. Reg. et Ed. Venet.

668 TANTON'ME) *Tantum me* Zulichemius et Sprotianus. Ed. pr. *tante me* Francianus.

669 EXPENDERE) *Impendere* Venetus. *expandere* primus Moretanus.

670 QVEMVE REDVCET) *Reducit* Gudianus, prior Menagii et tres alii. ita Edd. pr. et Mediol. *quem me fuga, quaeve reducit* Zulichemius. mox *Laurenteſque* Edit. Dan. Heinſii. *quo me fuga, quove reducet. Reducit* Edit. Venet. *quaeve reducat* Dorvil.

673 INFANDA IN MORTE) *Infanda morte* etiam Parrhaſ. et Dorvill. *Relinquo* Francianus.

674 PALANTES) *Pallentes* Bigotianus et Mediceus a manu prima. *gemituſque* Vratiſlavienſis et Ed. pr.

675 QVID AGAM) *Ago* Parrhaſ. *Aſpicio, quid agam a. q. i. ſ. i. dehiſcit* Dorvil.

Ibid. ET

Terra mihi? vos o potius miserescite, venti.
In rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro)
Ferte ratem, saevisque vadis inmittite Syrtes:
Quo neque me Rutuli, nec conscia fama sequatur.
Haec memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat
An sese mucrone ob tantum dedecus amens [illuc;
Induat, et crudum per costas exigat ensem:
Fluctibus an iaciat mediis, et litora nando
Curva petat, Teucrumque iterum se reddat in arma.
Ter conatus utramque viam: ter maxima Iuno
Continuit; iuvenemque animi miserata repressit.
Labitur alta secans fluctuque aestuque secundo:
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.
At Iovis interea monitis Mezentius ardens

Succe-

Ibid. ET QVAE IAM SATIS IMA DEHISCAT) *Satis una* Bigotianus. *dehiscit* Zulichemius a manu prima. *dehiscet* Francianus.

677 IN RVPES, IN SAXA) *Volans* alter Hamburgicus. *ferre* prior.

678 SYRTES) *Syrtis* Ruaeus.

679 NEQVE CONSCIA FAMA SEQVATVR) *Sequantur* in priore Hamburgico, et in Leidensi et Excerptis nostris. ubi et *fata* a manu prima. *Rutulus* Edd. pr. et Mediol. *consciam* famam, loquacem, omnia indagantem et scientem explicat Barth. ad Statii IX. Theb. 733. sed ita loqui alios nescit.

680 ANIMO) *Animum fluctuat* in secundo Rottendorphio, altero Menagiano, Moretano quarto, tum et in priore Hamburgico pro diversa lectione. Ita et Bigotianus, Hugenianus, Leidensis, et tertius Mentelii et Pariensis.

681 MVCRONE) *Mucronem* Zulichemius. *mocronē* Leidensis. *an sese ob tantum mucrone dedecus* Parrhas. *imbuat* Ed. pr.

683 IACIAT) *Iaceat* primus Moreti, et Editio Iuntina. mox *Teucrum iterum* Zulichemius.

684 CVRVA) *Cornua* Mediceus a manu prima.

686 ANIMI) *Animo* uterque Vossianus et alii quatuor aut quinque. Et Parrhas. vid. H. Steph. Differt. de Critic. p. 209. sup. VI. 332. Stat. III. Theb. 679. *Sociumque animo miserata dolorem.* ubi vide Barth.

687 FLVCTVQVE AESTVQVE) Ita omnes scripti. *aestuque fluctuque* Editio P. Danielis vitiosissime. ita et Ed. Med.

688 ANTIQVAM) *Antiqui* Menagii et Hamburgensis secundi. *ad undam* prior Hamburgicus.

689 MONITVS) *Monita* Parrhas.

690 IN-

Succedit pugnae, Teucroſque invadit ovantis.
Concurrunt Tyrrhenae acies, atque omnibus uni,
Vni odiiſque viro, teliſque frequentibus inſtant.
Ille (velut rupes, vaſtum quae prodit in aequor,
Obvia ventorum furiis, expoſtaque ponto, [que:
Vim cunctam, atque minas perfert coelique mariſ-
Ipſa inmota manens) prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumque fugacem:
Sed Latagum ſaxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat os faciemque adverſam: poplite Palmum
Succiſo volvi ſegnem ſinit; armaque Lauſo
Donat habere humeris, et vertice figere criſtas.
Nec non Euanthen Phrygium, Paridiſque Mimanta
Aequa-

690 INVADIT) *Invaſit* Menagii et Hamburgicus priores.

691 VNI) *Vnus* Parrhaſ. et a m. ſec. Dorvill.

694 EXPOSTAQVE) *Expaſtaque* Ald.

695 PERFERT) *Praeſert* Leidenſis.

696 MANENS) *Manes* Francianus.

Ibid. PROLEM) *Proles* alter Hamburgicus. *Prolemque Licaonis* Montalbanius. *Dolychaonis*, *Dolicoonis*, *Dolichaonis*, *Delicaonis*, *Donichaonis* alii. *prolemque Lycaonis* Ed. Venet.

697 LATAGVM) *Lotagum* prior Hamburgenſis. *Lathagum* ſecundus Moreti. *Litagum* quartus. *ingentis montis* Zulichemius, Menagii prior, et Oudartii. ſed *Latago* malebat Heinſ.

699 ADVERSAM) *Adverſum* Gudianus a manu prima. *averſam* Francianus. *adverſo* Parrhaſ.

700 LAVSO) *Lapſo* Zulichemius. *involvi* Francianus.

702 EVANTEM) *Euvanthen* tertius Mentelii et duo alii. *Enantem Frigium Paridiſque Minanta* Vratislavienſis. *Paridis Mimanta* Excerpta noſtra. *nunc nou* etiam Francianus. et *Paridique Numata* idem. *Ovantem Phrygium*, *Paridiſque Minantem* Parrhaſ.

Ibid. MIMANTA) *Minantas* plurimi et Editio Iuntina. *Minantha* Menagii prior. *Minanti* Hugenianus. *Theana* Zulichemius. uterque Hamburgicus et Gudianus a manu ſecunda. et Parrhaſ. et Dorvill. *Theama* Venetus et tertius Rottendorphius. *Teana* Montalbanius. vid. Ruaeum. *Paridique Myantha* Ed. pr. *Paridiſque Minata* Mediol. *Minanta* Ald.

703 VNA

Aequalem comitemque: una quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, et face praegnans
Cisseis regina Parin creat: urbe paterna
Occubat: ignarum Laurens habet ora Mimanta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosque palus Laurentia, silva
Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos.
Nec cuiquam irasci propiusve accedere virtus:
Sed iaculis tutisque procul clamoribus instant.
Haud aliter, iustae quibus est Mezentius irae,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longe, et vasto clamore lacessunt.

Ille

703 VNA) *Vnam* Mediceus.

704 IN LVCEM) *In lucem, genitore Amyco, dedit, et face praegnans Cisseis regina Parin. Paris urbe* etc. Bentleius ad Horat. Epod. V. 28. vid. Iohnson. Aristarch. p. 11. p. 50. Markl. ad Stat. I. Silv. III. pag. 43.

Ibid. PRAEGNANS) *Praegnas* Editio Iuntina. mox *Parin crepat* Mediceus.

706 OCCVBAT) *Occupat* Sprotianus, Montalbanius, Menagii alter et secundus Rottendorphius, cum Excerptis nostris. *Minanta* Francianus et Parrhas.

707 MORSV) *Morsus* Servius ad XII. 4.

708 VESVLVS) *Venulus* Zulichemius. in Veneto erat hic ordo. *altis, Defendit multos Vesulus q. p. annos, Actus aper.*

709 MVLTOSQVE) *Multoque* Mediceus.

710 PASTVS) Bentleius d. l. *pascit*, vel *pavit*. *est* deest Sprotiano. *pastus* ad substitit referendum.

711 ARMOS) *Armis* Hugenianus et Oudartii a manu secunda. *feros* etiam prior Hamburgicus a manu secunda. mox *propiusque* Gudianus et Leidensis. *propius accedere* Excerpta nostra. imitatur haec Silius IX. 611.

713 TVTISQVE PROCVL CLAMORIBVS INSTANT) Magnus Scaliger Prolegomenis in Manilium contendit post hunc versum debere poni duos illos mox secuturos, quorum initium, *Ille autem impavidus.* Et ita Henr. Stephanus dissert. de Criticis p. 79. et in Diatribe III. Horatian. pag. 70. et in Schediasmate in Virg. pag. 77. vid. Guell. *totisque* duo Moretani, prior Hamburgicus et tertius Rottendorphius et Gudianus a manu prima.

716 VASTO) *Magno* Leidensis.

Ille autem inpavidus partes cunctatur in omnis,
Dentibus infrendens, et tergo decutit hastas.
Venerat antiquis Corythi de finibus Acron,
Graius homo; infectos linquens profugus hymenaeos:
Hunc ubi miscentem longe media agmina vidit,
Purpureum pennis et pactae coniugis ostro:
Inpastus stabula alta leo ceu saepe peragrans,
Suadet enim vesana fames; si forte fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua cervum;)
Gaudet hians inmane, comasque adrexit, et haeret
Visceribus super incumbens: lavit inproba teter
Ora cruor:
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
Sternitur infelix Acron, et calcibus atram
Tundit humum exspirans, infractaque tela cruentat.

Atque

718 DECVTIT) *Discutit* Bigotianus et prior Hamburgicus a m. sec. et Ed. pr.

719 ANTIQVIS) *Antiqui* Menagii prior. *Arcon* Bigotianus et Parrhas. a m. pr.

720 LINQVENS PROFVGVS) *Profugus linquens* duo Moretani. Et ita Montalbanius et Menagii prior. *infestos* Zulichemius.

722 PENNIS) *Pinnis* Gudianus, Mediceus et Editio Iuntina. *pannis* Bigotianus, et pro varia lectione Zulichemius et prior Hamburgicus. male. vid. Del Roa IV. Sing. 8.

723 IMPASTVS) *Inpactus* Zulichemius. *specula alta* Hugenianus et Leidensis et Parisiensis. *pererrans* prior Hamburgensis pro varia lectione. *cui saepe* Bigotianus.

725 CERVVM) *Et surgentem* secundus Moreti. pro *capream* Francianus *capram*. *taurum* Parisiens.

726 HIANS INMANE) *Hians inhiansque comas arrexit* Ed. pr.

Ibid. ARREXIT) *Comasque arrectus* in nonnullis exemplaribus Macrobii scriptis lib. V. Saturn. cap. 10. non inconcinno Graecismo. Sed pro vulgata stat Lutatius ad Statii Theb. II. 129. *erexit* Ed. Med.

727 SVPER ACCVMBENS) *Incumbens* Cod. ab Heinsio laudati. Et duo Leidenses. *improbus ater* Mediceus.

731 INFRACTAQVE] Posset *infracta*, ab *infringere*. ut *infringere* colaphum Terent. Adel. II. 1. vide de hoc verbo Heins. ad Petron. cap. XXII. sic Ovid. V. Met. 83. *cratera infregit viro*. ubi idem videndus Heinsius. et ad III. Met. 84. ubi ex Valer. Flac. III. 287. *infra-*

cta

Atque idem fugientem haud eſt dignatus Oroden
Sternere, nec iacta caecum dare cuſpide volnus:
Obvius adverſoque occurrit, ſeque viro vir
Contulit, haud furto melior, ſed fortibus armis
Tum ſuper abiectum poſito pede nixus et haſta:
Pars belli haud temnenda, viri, iacet altus Orodes
Conclamant ſocii laetum Paeana ſecuti:
Ille autem exſpirans: Non me, quicumque es, inulto,
Victor, nec longum laetabere: te quoque fata
Proſpectant paria, atque eadem mox arva tenebis.
Ad quem ſubridens mixta Mezentius ira;
Nunc morere. Aſt de me Divûm pater atque hominum rex
Viderit.

Ea pectore tela. ubi vide notata.

Ibid. CRVENTAT) *Cruentant* alter Menagii.

732 ORODEN) *Orodem* Mentelii prior, duo Leidenſes, Zulichemius, tres Moretani, et quatuor alii.

734 ADVERSOQVE) *Obverſoque* Sprotianus. Ita et Vratiſlavienſis. *averſoque* Oudartii.

735 FORTIBVS) *Fortior* duo Rottendorphii, Zulichemius et Oudartii pro varia lectione, et Ed. pr. ſed vulgata eſt apud Interpretem Horatii lib. IV. 6.

736 ABIECTVM) *Adiectum* Parrhaſ. et prior Menagii. *arrectum* Ed. pr.

737 VIRIS) Fabricius *viri. Viris* uterque Menagii, tres Moretani, Francianus, Parrhaſianus, Venetus, Leidenſis, Bigotianus, Zulichemius, et pro varia lectione prior Hamburgenſis, et Ed. Mediol. *haud metuenda* uterque Menagius. *temptanda* Sprotianus. *Herodes* alter Menagii. *Orontes* prior Hamburgicus pro diverſa lectione. et ita apud Serv. ad VI. 9.

Ibid. IACET ALTVS) *Actus Orodes* in Mediceo. *Altus Orontes* Serv. ad VI. Aen. 9. *Odores* ibi Mſſ. *viris* etiam Dorvill.

739 INVLTO) *Inulte* Parrhaſ.

740 LONGVM) *Longe* primus Moreti. male. Stat. X. Theb. 463. *Nec longum caede recenti Laetatus.*

Ibid. FATA) *Facta* Lutatius ad Statii VII. Theb. 701. *exſpectant* Parrhaſ.

741 MOX ARVA) *Mors arma* Dorvill. a manu prima.

742 AD QVEM) *Ad quae* Leidenſis, Hugenianus, et Bigotianus a manu ſecunda. in Franciano hic mediis omiſſis erat, *proſpectant paria, Aſt de me divum* etc. in Parrhaſiano *exſpectant.*

743 DE ME DIVVM PATER VIDERIT) Haec non congruere illis Mezentii infra v. 773. credit Barthius XVII.

 Adv.

Viderit. Hoc dicens eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos et ferreus urguet
Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.
Caedicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpen:
Partheniumque Rapo, et praedurum viribus Orſen:
Meſſapus Cloniumque Lycaoniumque Erichaten;
Illum infrenis equi labſu tellure iacentem,
Hunc peditem pedes. Et Lycius proceſſerat Agis:
Quem tamen haud expers Valerus virtutis avitae
Deiicit: Authronium Salius, Saliumque Nealces,
Inſignis iaculo et longe fallente ſagitta.

Iam

Adv. 4. ſed ironia eſt. v. Ruaeum.

744 HOC) *Haec* prîmus et ſecundus Moretani. Sic Parrhaſ.

745 DVRA) *Dira* et *oculis* prior Hamburgicus pro varia lectione. mox, *et aeternam* ſecundus Moreti. *in aeternum* Oudartii. *mortem* Bigotianus et pro varia lectione Zulichemius et Ed. pr. Cur autem *dura quies* et *ferreus ſomnus* dicatur perpetuus et ſempiternus, vid. apud Martin. de Roa II. Singul. 4. et ita laudat Serv. ad I. Aen. 254. *Dura quies oculos Horodi et* Ed. pr.

747 ALCATHOVM) *Alcathonum* Zulichemius et Mentelii prior, duo Moretani et plures. *Alchathoum* Excerpta noſtra. *Alchatonum* Regius.

Ibid. HYDASPEM) *Hydaſpen* Gudianus cum primo et ſecundo Moretanis. Mox *Orſam*, *Orſem*, *Orſon*, *Orſen* ſcripti. *Capo et praed.* Dorvill.

748 PARTHENIVMQVE) *Parthenumque* Francianus.

749 CLONVMQVE) *Chroniumque* Menagii prior. *Croniumque* Bigotianus. *Doniumque* Ed. pr. *Drionumque* Vratislavienſis.

Ibid. ERICHATEN) *Erichanten*, *Erychanten*, *Hericaten*, *Erichaten*, *Hericheten*, *Ericantem*, *Erichaten* libri.

751 PROCESSERAT) *Praeceſſerat* Venetus.

Ibid. AGIS) *Argis* Dorvil. et Regius in Servio. *Ages*, *Argus*, *Argis* Ald. *Agys*. mox *Valarus* primus Moreti. *virtutis iniquae* Zulichem.

753 ATRONIVM) *At Thronium* Leidenſ. *Achonium* Leidenſis alius. *Ac Tronium* Dorvill.

754 INSIGNIS IACVLO) In Gudiano *Inſidiit iaculo.* ſed emendatum *inſidiis*, quomodo et veterrimus Pierii Vaticanus. Et Mediceus a manu prima. *inſidiis* habet et Servius ad IV. Aen. 68. vid. infr. libr. XI. 783. Stat. II. Theb. 487. et VII. 642.

Ibid. LONGE FALLENTE) Id eſt, quae etſi longe veniebat, tamen praeter opinionem adverſariorum, qui ſe tutos ſpatio credebant, eos vulnerabat.

Iam gravis aequabat luctus et mutua Mavors
Funera: caedebant pariter pariterque ruebant
Victores victique: neque his fuga nota, neque illis.
Di Iovis in tectis iram miſerantur inanem
Amborum, et tantos mortalibus eſſe labores.
Hinc Venus, hinc contra ſpectat Saturnia Iuno.
Pallida Tiſiphone media inter millia ſaevit.
At vero ingentem quatiens Mezentius haſtam
Turbidus ingreditur campo: quam magnus Orion,
Cum pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna viam ſcindens, humero ſupereminet undas;
Aut ſummis referens annoſam montibus ornum,
Ingrediturque ſolo, et caput inter nubila condit:
Talis ſe vaſtis infert Mezentius armis.

Huic

rabat. vid. IX. 572. ita Silius IV. 34. *Alpes et pervia ſaxa Decepere.* idem IV. 401. *Iaculo tacitas, allente per auras.* id eſt occulte veniente, ſine ſtrepitu. ut ibid. v. 446. *tacitam pennam* dicit. lib. XI. 390. et 398. 422. 425. ita cape illa Martialis Spectac. XV. *Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.*

755 AEQVABAT LVCTVS ET MVTVA MAVORS FVNERA) Hunc locum ſibi imitandum propoſuiſſe Statium lib. IX. Theb. 566. ubi male *vulnera* pro *funera* legitur, recte notavit Markland. ad lib. V. Silv. I. 18.

Ibid. MAVORS) *Martis* alter Hamburgicus.

756 CEDEBANT) Servius praeter hanc lectionem, etiam *caedebant* agnoſcit. et ſic Mentelianus uterque et Editio Florentina Iuntarum. Haec eſt equeſtris praelii facies. Sall. frag. incert. p. 517.

757 NEC ILLIS) *Neque illis* ſcripti. ita Lactant. de mort. Perſec. XLIV.

758 MISERANTVR) *Miſerentur* Ed. P. Daniel.

761 MILLIA) *Limina* Montalbanius.

763 CAMPO) Vid. IV. 177. *ceu magnus* Leidenſis et prior Hamburgicus pro varia lectione. *quem* Parrhaſ.

764 INCEDIT) *Incendit* Gudianus. *dum pedes* Leidenſis.

766 ANNOSAM) *Annoſum* Montalbanius. *At ſimul infrenans annoſum* Ed. pr.

767 SOLO) *Solum* pro varia lectione prior Hamburgicus. vid. v. 763. *intra nubila* alter. vid. lib. IV. 177. ubi etiam *ſolum* Macrobius legit. Catroeus de arbore capit.

Huic contra Aeneas, ſpeculatus in agmine longo,
Obvius ire parat. Manet inperterritus ille,
Hoſtem magnanimum opperiens, et mole ſua ſtat:
Atque oculis ſpatium emenſus, quantum ſatis haſtae:
Dextra mihi deus, et telum, quod miſſile libro,
Nunc adſint: voveo praedonis corpore raptis
Indutum ſpoliis ipſum te, Lauſe, tropaeum
Aeneae. Dixit. Stridentemque eminus haſtam
Iniicit: illa volans clipeo eſt excuſſa, proculque
Egregium Antorem latus inter et ilia figit:
Herculis Antorem comitem, qui miſſus ab Argis
Haeſerat Euandro, atque Italia conſederat urbe.
Sternitur infelix alieno volnere, coelumque
Adſpicit, et dulcis moriens reminiſcitur Argos.
Tum pius Aeneas haſtam iacit: illa per orbem
Aere

769 AGMINE LONGO) *Agmine magno* prior Hamburgicus. *hunc* Dorvil. a m. ſec.

773 ET TELVM) *In telum* Venetus. *miſibile* Dorvil.

Ibid. LIBRO) Scholiaſtes Statii agnoſcit *libro*, ad III. Theb. 615. et IX. 548. nondum vibrabat. ſed mox v. 776. vid. Oud. ad Lucan. IV. 40.

774 NVNC) *Huc* Hugenianus. ut Ecl. II. 45. *Huc ades, o formoſe puer*, et alibi ſaepe. ſic et Ovidius et alii.

775 INDVTVM) *Inductum* Leidenſis. *triumphum* Bigotianus et pro varia lectione prior Hamburgicus.

777 IECIT: AT ILLA VOLANS) *Iecit illa* Excerpta noſtra. *iecit at illa* Reg. Dorv. et Ald. *coniicit illa* Parrhaſ.

Ibid. CLIPEO EST) *Clypeoque* Leidenſis, Montalbanius, prior Hamburgicus et Moreti primus. *expulſa* Zulichemius et alter Menagii.

778 ANTOREM) *Anteorem* Regius et tertius Mentelii. *Antoren* duo Rottendorphii. *Anthenorem* ſecundus Moreti. *Actorem* Parrhaſ. *Antonem*, unde *Antonii*, Alciatus apud Cerdam. *Anthores* Ald.

779 MISSVS) *Iuſſus* Francianus.

780 CONSEDERAT) *Conſiderat* Gudianus a manu prima. et ita tertius Mentelius. *Italia* Regius.

782 DVLCIS MORIENS) *Moniens dulces* in priore Menteliano, altero Menagiano et Veneto. et Zulichemio. *agros* Dorvil. a manu prima.

783 TVM) *At* prior Hamburgicus a manu ſecunda. et ita Bigotianus.

Ibid. ILLA PER) *Et per* Leidenſis. *lignea* Sprotianus et priores

Aere cavum triplici, per linea terga, tribusque
Transiit intextum tauris opus, imaque sedit
Inguine, sed vires haud pertulit. Ocius ensem
Aeneas, viso Tyrrheni sanguine laetus,
Eripit a femine, et trepidanti fervidus instat.
Vt vidit, Lausus; lacrimaeque per ora volutae.
Hîc mortis durae casum, tuaque optima facta,
(Si qua fidem tanto est operi latura vetustas)
Non equidem nec te, iuvenis memorande, silebo.
Ille pedem referens, et inutilis, inque ligatus
Cedebat, clipeoque inimicum hastile trahebat
Prorumpit iuvenis, seseque inmiscuit armis:
Iamque adsurgentis dextra plagamque ferentis
Aeneae subiit mucronem, ipsumque morando
Sustinuit. Socii magno clamore sequuntur;
Dum genitor nati parma protectus abiret:
Telaque coniiciunt, proturbantque eminus hostem

Dum

res Moreti et Hamburgicus, et pro varia lectione Zulichemius. Ed. pr. *lignea* recepit Catroeus.

785 IMAQVE SEDIT) Erythraeum *sedet* in textu, in margine *sedit* dedisse testatur H. Steph. Schediasm. p. 57. sed in edit. Sylburgii *sedit* in textu, *sedis* in marg.

788 FEMINE) *Femine* in membranis, non *femore*, excepto primo Moretano, Vossiano altero et Veneto. *Femine* etiam Hugenianus, Zulichemius, et tertius Mentelii et Ald. vid. Brouck. ad Tibul. I. IX. 26. Pierius hic laudat C. Iulium Romanum, cum verba sint ex Charisio. Iulium illum nescio.

789 CARI GRAVITER) *Graviter cari* Dorvill.

790 VOLVTAE) *Solutae* Bigotianus. *volutant* Excerpta nostra, et Dorvil. a m. pr.

792 TANTO EST OPERI) *Est* deest Hamb. pr. defendit Maronem ab arrogantia, qua opus hoc suum nimis extulisset, Barth. ad Stat. IX. Theb. 555.

794 INQVE) *Atque* Venetus, Bigotianus et Dorvill.

796 PRORIPVIT) *Prorumpit* in Vaticano Pierii veterrimo. *Proripuit* Regius, Dorvill. et Parrhas. et Edd. pr. et Mediol. et Ald. vid. ad Liv. II. 23. et VIII. 6.

797 DEXTRAE) *Dextra* Mediceus et Gudianus, et prior Hamburgicus pro diversa lectione. *Dextrae* Regius, Dorvill. Parrhas. et Excerpta nostra et editiones plures.

798 MORANDO) *Morantem* Serv. ad VII. 161.

801 PROTVRBANTQVE) *Perturbantque* Mediceus et Parrhasia.

Miſſilibus. Furit Aeneas, tectuſque tenet ſe.
Ac velut, effuſa ſi quando grandine nimbi
Praecipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis et agricola, et tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi,
Dum pluit; in terris ut poſſint, ſole reducto,
Exercere diem: ſic obrutus undique telis
Aeneas nubem belli, dum detonet, omnem
Suſtinet, et Lauſum increpitat, Lauſoque minatur:
Quo moriture ruis, maioraque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. Nec minus ille
Exſultat demens. Saevae iamque altius irae
Dardanio ſurgunt ductori, extremaque Lauſo
Parcae fila legunt: validum namque exigit enſem
Per medium Aeneas iuvenem, totumque recondit.
Tranſiit et parmam mucro, levia arma, minacis,
Et tunicam, molli mater quam neverat auro:
Inplevitque ſinum ſanguis: tum vita per auras
Con-

rhaſianus, Ed. Mediol. *perturbant* Ed. pr.

802 TECTVSQVE) *Clypeoque* alter Hamburgicus.

803 EFFVSA) *Effuſi* Zulichemius. *effuſo* Oudartil. *effuſam* Francianus.

804 DIFFVGIT) *Difugit* Dorvill.

805 OMNIS ET AGRICOLA TVTA) Vid ad Caton. I. Diſt. 26.

Ibid. TVTA LATET ARCE) Hic verſus deerat Mentelio ſecundo, a manu prima. *arte* Parrhaſ. *Agricola, tuta* Ed. Venet. *Agricola tute* Dorvil. v. H. Steph. Schediaſm. p. 54.

807 VT POSSINT) *Poſſit* Francianus, Ald. *in terras* Ed. pr.

809 DVM DETINET) *Dum detinet atque ſuſtinet* Zulichemius pro varia. lectione. *dum retinet omnis* Excerpta noſtra. *dum detinet omnes* Dorvill. Schottus iam lib. II. Obſ. 2. veram lectionem protulit et explicuit.

812 FALLIT) *Fallet* Gudianus a manu prima. *Fallit et in tantum pïëtas tua nec unius illa exaltat d. ſ. iam altius* Francianus.

813 EXSVLTAT) *Exſultans* a manu ſecunda Mediceus.

817 TRANSIIT) *Tranſiliit* Francianus. *tranſilit* Regius et Ed. pr. et Ald. v. Sil. XII. 165. *minantis* Venetus.

819 SINVM) *Sinus* in Mediceo a manu prima. *Sinus* etiam Bigotianus, Leidenſis, Pariſienſis.

820 CON-

Conceſſit maeſta ad manis, corpuſque reliquit.
At vero ut voltum vidit morientis et ora,
Ora modis Anchiſiades pallentia miris,
Ingemuit miſerans graviter, dextramque tetendit:
Et mentem patriae ſtrinxit pietatis imago.
Quid tibi nunc, miſerande puer, pro laudibus iſtis,
Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma, quibus laetatus, habe tua: teque parentum
Manibus et cineri, ſi qua eſt ea cura, remitto.
Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem;
Aeneae magni dextra cadis. Increpat ultro
Cunctantis ſocios, et terra ſublevat ipſum,
Sanguine turpantem comtos de more capillos.
Interea genitor Tiberni ad fluminis undam
Volnera ſiccabat lymphis, corpuſque levabat
Arboris adclinis trunco. Procul aerea ramis
Depen-

820 CONCESSIT) *Cum ceſſit* et *relinquit* Francianus et Dorvill.

823 MISERANS GRAVITER) Vid. ſupr. v. 789. unde patet *graviter* ad *ingemuit* referendum.

827 PARENTVM) *Peremtum* Venetus. *parentum* manes et cineres de patrio ſepulchro interpretor.

831 CVNCTANTIS) *Cunctatos* alter Hamburgicus.

832 TVRPANTEM) *Turbantem* Zulichemius. Commentator Crucquianus ad Horat. IV. Od. 13. producit *turpantem pulvere crines.* memoriae, credo, vitio confundens locum ex lib. XII. 99. *foedare in pulvere crines.* vid. et mox v. 844.

833 VNDAM) *Vndas* Bigotianus et ſecundus Rottendorphius.

835 ADCLINIS) *Levabat* Francianus a manu prima. *adclinus*, Regius. *obnixus* Dorvill. *adclivus* Bigotianus. *aclinis* Francianus. *acclivis* et *levabat* placet Valeſio in Valeſianis pag. 84. in Pariſ. erat *vulnera ſiccabat: lymphis corpuſque levabat* (correctum *lavabat*) *Arboris adclinus trunco.* *adnixus* in Parrhaſiano. vide Claudian. Conſul. Olyb. 115. *lavabat* et *adclivis* Ed. pr. et Ald. ſed *vulnera ſiccabat lymphis*, non divellendum docet imitatio Statii I. Theb. 527. *ſiccati vulnera lymphis.*

835 AEREA) *Aenea* Hugenianus. mox *galea*, *prato* Zulichemius.

Ibid. RAMIS) *Ramo* Serv. ad VI. Ecl. 16. *dum pendet* Dorvill.

837 AN-

Dependet galea, et prato gravia arma quiefcunt.
Stant lecti circum iuvenes: ipfe aeger, anhelans
Colla fovet, fufus propexam in pectore barbam:
Multa fuper Laufo rogitat, multofque remittit,
Qui revocent, maeftique ferant mandata parentis.
At Laufum focii exanimem fuper arma ferebant
Flentes, ingentem, atque ingenti volnere victum.
Adgnovit longe gemitum praefaga mali mens.
Canitiem multo deformat pulvere, et ambas
Ad coelum tendit palmas, et corpore inhaeret.
Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,
Vt pro me hoftili paterer fuccedere dextrae,
Quem genui? Tuane haec genitor per volnera fervor,
Morte tua vivens? Heu, nunc mifero mihi demum
Exfilium infelix! nunc alte volnus adactum!

Idem

837 ANHELANS) *Anhelus* Zulichemius. mox *in corpore* Gudianus. *ftant leti* Dorvil. a m. pr. qui et, *atque ipfe aeger.*

838 PROPEXAM) *Perpexam* Francianus Ed. Mediol. *perpeffam* Ed. pr.

840 MANDATA) *Refponfa* Leidenfis. *ferent* etiam Excerpta noftra et Francianus.

841 EXANIMVM) *Exanimem* cum fcriptis. recte. dictum lib. IV. Aeneid. 8. *Exanimum focii* Parrhaf. et Dorvill.

843 AGNOVIT) *Agnofcit* alter Hamburgicus. Stat. VI. Theb. 178. *Hypfipylen agnovit longe.* et lib. IX. 546. *Agnovit longe, preffitque dolorem Magnanimus Capaneus.* Ovid. X. Metam. 718. *Agnovit longe gemitum morientis.*

844 IMMVNDO DEFORMAT PVLVERE) *Deformavit* Zulichemius. vid. ad Claudian. III. Rapt. 177.

845 CORPORE) *Corpori* in fecundo Moretano. Et fic alter Menagius, et Zulichemius a manu prima.

846 VOLVPTAS) *Voluntas* Venetus, Bigotii, Oudartii, et a manu fecunda prior Hamburgicus.

849 VIVENS) *Iuvenis* Zulichemius, et pro varia lectione prior Hamburgicus.

850 EXSILIVM) *Exicium* Francianus. *exitium* Regius et Parrhaf. a m. pr. et Ald. *nunc autem vulnus* Dorvil.

Ibid. ALTE VVLNVS ADACTVM] Ex hoc loco nuperus editor Lucretii tuetur iugulatum a Lambino et aliis verfum lib. III. 172. ubi *vis teli intus adacta* dicitur. et certe fi nihil aliud obftet, iniuria eiicitur verfus:

Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen,
Pulſus ob invidiam ſolio ſceptriſque paternis.
Debueram patriae poenas, odiiſque meorum:
Omnis per mortes animam ſontem ipſe dediſſem.
Nunc vivo: neque adhuc homines lucemque relinquo:
Sed linquam. Simul hoc dicens adtollit in aegrum
Se femur; et, quamquam vis alto volnere tardat,
Haud deiectus, equum duci iubet. Hoc decus illi,
Hoc ſolamen erat: bellis hoc victor abibat
Omnibus. Adloquitur maerentem, et talibus infit:
Rhoebe, diu (res ſi qua diu mortalibus ulla eſt)
Viximus. Aut hodie victor ſpolia illa cruenta,
Et caput Aeneae referes, Lauſique dolorum
Vltor eris mecum: aut, aperit ſi nulla viam vis,
Occumbes pariter. Neque enim, fortiſſime, credo
Iuſſa aliena pati, et dominos dignabere Teucros.
Dixit,

verſus: nam intus eſt in ipſa viſcera, quod plus notare quam *intro* conſtat. ſic idem Poëta lib. IV. *humor membris adſumitur intus*. et VI. 18. et 23. et alibi. ita utitur noſter lib. IX. 579. de ſagitta, -- *abditaque intus Spiramenta animae letali vulnere rupit.* Ovid. IX. Met. 539. *Quamvis animo grave vulnus habebam, Quamvis intus erat furor igneus.* de verbo *adigere* vid. ad Valer. Flac. VI. 183.

851 MACVLAVI) *Violavi* legit Lutatius ad Stat. III. Theb. 697. qui huic verſui ſubiicit alterum ex lib. XI. 539. *pulſus ob invidiam regno.* niſi hic pro *ſolio* legerit *regno*.

853 MEORVM) *Malorum* Montalbanius.

854 DEDISSEM) *Dediſſet* Dorvil. a m. pr.

855 LVCEMQVE) *Vitamque* Sprotianus.

856 HAEC) *His dictis* Parrhaſianus.

857 TARDAT) *Tardet* Francianus, et Regius, Dorvil. et Edd. pr. et Mediol.

859 ERAT) *Habebat* Montalbanius. vid. ad XII. 17.

862 AVT HODIE) *Haut hodie* Lutatius ad Stat. I. Theb. 461.

863 DOLORVM) *Laborum* tertius Moretanus. vide lib. VII. Aen. 481. in Gudiano praeterea, *ut caput Aeneae. Illa cruenti* Hugenian. *dolorem. Vltor* Regius.

865 OCCVMBES) *Occumbens* Venetus, ſecundus Rottendorphius et Gudianus a manu prima.

867 EX-

Dixit, et exceptus tergo consueta locavit
Membra, manusque ambas iaculis oneravit acutis;
Aere caput fulgens, cristaque hirsutus equina.
Sic cursum in medios rapidus dedit. Aestuat ingens
Vno in corde pudor, mixtoque insania luctu,
[Et Furiis agitatus amor, et conscia virtus:
Atque hic Aenean magna ter voce vocavit.
Aeneas adgnovit enim, laetusque precatur:
Sic pater ille Deum faciat, sic altus Apollo,
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, et infesta subit obvius hasta.
Ille autem: Quid me erepto, saevissime, nato
Terres? haec via sola fuit, qua perdere posses.
Nec mortem horremus, nec Divûm parcimus ulli.
Desine. Iam venio moriturus, et haec tibi porto
Dona prius. Dixit, telumque intorsit in hostem:
Inde aliud super atque aliud figitque volatque
Ingenti gyro: sed sustinet aureus umbo.

Ter

867 EXCEPTVS) *Acceptus* Excerpta nostra.

871 IMO IN CORDE PVDOR) *Puer* vel *pavor* Sprotianus, vid. supr. v. 398. *una* etiam Gudianus et secundus Moreti. *Imo* Edit. pr. Ald. Comel. et aliae.

872 ET FVRIIS) Abest hic versus a Mediceo. etiam a manu prima codicis Gudiani. et censeo tollendum esse, cum libro XII. 668. iterum occurrat. In Menagiano legebatur post versum 875.

873 MAGNA TER) *Magna sic* Ed. Venet. *ter magna* Dorvill.

874 AENAEAS AGNOVIT EVM) *Agnovit enim* ex iisdem scripsis. eleganter. Ita et Ed. pr. vid. Heins. ad Ovid. III. Amor. II. 73.

875 ALTVS APOLLO) *Magnus* Oudartii. *laetus* secundus Moreti. vulgata est apud Serv. ad VI. 9.

876 INCIPIAS) *Incipies* Hugenianus. *manus* secundus Rottendorphius. vid. X. 283. in Excerptis nostris plenus erat *Incipias conferre manum et mihi iungere pugnam.* et ita in Franciano. *manum mecum* Dorvil.

877 SVBIT OBVIVS) *Subiit cominus* Francianus.

878 SAEVISSIME) *O saevissime* Zulichemius.

881 IAM VENIO) *Nam* Ed. Mediol.

Ibid. ET HAEC) *At haec* Waddel. Anim. Crit. p. 37.

883 FIGITQVE VOLATQVE) *Fixitque* Leidensis. sed *volatque* tuetur non male Cerda. et ita Ald. *aliudque fugitque* Venetus.

885 TER)

Ter circum adſtantem laevos equitavit in orbis,
Tela manu iaciens: ter ſecum Troius heros
Inmanem aerato circumfert tegmine ſilvam.
Inde ubi tot traxiſſe moras, tot ſpicula taedet
Vellere, et urguetur pugna congreſſus iniqua;
Multa movens animo, iam tandem erumpit, et inter
Bellatoris equi cava tempora coniicit haſtam.
Tollit ſe adrectum quadrupes, et calcibus auras
Verberat, effuſumque equitem ſuper ipſe ſecutus
Inplicat, eiectoque incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt coelum Troeſque, Latinique.
Advolat Aeneas, vaginaque eripit enſem,
Et ſuper haec: Vbi nunc Mezentius acer, et illa
Effera vis animi? Contra Tyrrhenus, ut auras
Suſpiciens hauſit coelum mentemque recepit:
Hoſtis amare, quid increpitas, mortemque minaris?
Nullum in caede nefas. Nec ſic ad proelia veni,
Nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lauſus.
Vnum hoc, per, ſi qua eſt victis venia hoſtibus, oro;
Corpus

885 TER) *Tum* Francianus. *Laevos orbes* dixit ob naturalem flexum equi in laevum. vid. ad Valer. Flac. II. 386. ſic ad Stat. II. Theb. 604. notat Barthius. vid. et ad Sil. Ital. VII. 654.

887 TEGMINE) *Agmine* Gudianus a manu ſecunda. de qua variatione vid. ad Valer. Flac. III. 670.

888 TRAXISSE) *Riſiſſe* Bigotianus. *tranſiſſe* Francianus.

890 ERVMPIT) *Erupit* tertius Rottendorphius, et Hugenianus, et Parrhaſ. *intra* Venetus.

892 ARRECTVM) *Arrectus* alter Hamburgicus et Montalbanius. imitari Silium lib. IX. 595. notavit Heinſius,

894 EIECTOQVE) *Eiectumque* Zulichemius. *deiectoque* ſecundus Mentelius et Gudianus a manu ſecunda. Cerda conſtruit, equus eiecto Mezentio incumbit cernuus armo ſuo.

897 SVPER HAEC) *Hoc* Ed. pr.

898 VT AVRAS) *Et auras* Mediceus a manu ſecunda. *Et illi* Hugenianus. *et auras* Leidenſis, Francian. et Pariſ. *ſuſcipiens* ſecundus Rottendorphius.

901 AD PROELIA) *In proelia veni* Zulichemius et Dorvill.

902 FOEDERA) *Foedere* Francianus. *Nec meus tecum haec* Parrhaſ.

903 VENIA) *Veniam* in priore Menteliano, utroque Hamburgico, Montalbanio, et ſecundo

Corpus humo patiare tegi. Scio acerba meorum
Circumſtare odia: hunc (oro) defende furorem:
Et me conſortem nati concede ſepulcro. [enſem,)
Haec loquitur, iuguloque haud inſcius adcipit
Vndantique animam diffundit in arma cruore.

cundo Rottendorphio. Et Bigotiano et Parrhaſiano.

904 CORPVS HVMO) Quomodo hae preces conveniant contemtori Deum, vid. Segraeum.

905 CIRCVMSTARE) *Circum adſtare* Excerpta noſtra.

907 HAEC) *Hoc* Francianus.

908 DIFFVNDIT) *Defundit* Gudianus a manu prima. *in arva* Menagii prior. et Ed. pr.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS.
LIBER VNDECIMVS.

OCEANVM interea surgens Aurora reliquit.
Aeneas, quamquam et sociis dare tempus humandis
Praecipitant curae, turbataqua funere mens est,
Vota Deûm primo victor solvebat Eoo.
Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezentl ducis exuvias; tibi, magne, tropaeum,
Bellipotens: aptat rorantis sanguine cristas,
Telaque trunca viri, et bis sex thoraca petitum
Perfossumque locis: clipeumque ex aere sinistrae
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.

Tum

2 ET SOCIIS) *Et* deest Parrhas. et Ed. pr. et Ald. *humandi* Zulichemius. mox *Funera* Excerpta nostra et Mediceus.

5 INGENTEM QVERCVM) Hoc tropaeum conferendum cum Epigrammate primo libri 1. cap. 3. Anthologiae, et ibi videndus Obsopaeus. *constituit* Catroeus non aliunde transplantatum hoc in loco statuisse, sed lectam inter multas arbores, praetulisse aliis. sed repugnat vox *tumulo*, qui ante paratus fuit aggesta terra, et ei superposita quercus. et *constituit* notat in loco, ubi antea non fuit. posuisse. ut inf. 185. *constituere pyras.*

7 EXVVIAS) *Eximias* Francianus.

Ibid. TROPAEVM) *Triumphum* prior Hamburgensis pro varia lectione.

9 VIRI) *Virum* Lucatius ad Stat. 11. Theb. 710.

10 SINISTRAE) *Sinistra* a manu prima Venetus, et duo Moretani. a secunda prior Hamburgicus. sed Gudianus *sinistris* vel *sinistra*. utrumque dici posse credo. *effossumque* Dorvill.

11 EBVRNVM) Capulum explicat Barth. ad Stat. III. Theb. 88.

15 ET

Tum ſocios, namque omnis eum ſtipata tegebat
Turba ducum, ſic incipiens hortatur ovantis:
Maxima res effecta, viri. Timor omnis abeſto.
Quod ſupereſt: haec ſunt ſpolia, et de rege ſuperbo
Primitiae: manibuſque meis Mezentius hic eſt.
Nunc iter ad regem nobis muroſque Latinos.
Arma parate, animis et ſpe praeſumite bellum:
Ne qua mora ignaros, ubi primum vellere ſigna
Adnuerint Superi, pubemque educere caſtris,
Inpediat; ſegniſque metu ſententia tardet.
Interea ſocios inhumataque corpora terrae
Mandemus: qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.
Ite, ait; egregias animas, quae ſanguine nobis
Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis
Muneribus: maeſtamque Euandri primus ad urbem
Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
Abſtulit atra dies, et funere merſit acerbo.

Sic

15 ET DE REGE SVPERBO PRIMITIAE: MANIBVSQVE MEIS MEZENTIVS HIC EST) *Et* deeſt Veneto et ſecundo Rottendorphio. *hic* eſt talis, occiſus. Ruaeus adverbium eſſe credit.

17 NVNC) *Tunc* Leidenſis, Francianus.

18 PARATE ANIMIS) Mihi diſtinctio Servii magis placet, *Arma parate, animis et ſpe praeſumite bellum. arma parate,* ut *paratus miles* ſupra. ſed *animis parare arma* non ſatis eleganter dici credo. inf. 491. *Exſultatque animis et ſpe iam praecipit hoſtem.*

19 AVELLERE) *Evellere* Dorvill.

20 ADNVERINT) *Annuerant* Ed. pr. *pubeſque* Venetus.

21 SEGNESQVE) *Segni* al. unde *ſegnique* Maittaire. *ſegniſque* Dorvil.

23 SVB IMO EST) Omiſit verbum ſubſtantivum alter Hamburgicus. Et Ed. pr.

24 AIT) Vitioſum eſſe Servius notat. ſed prior pars orationis ad Duces fuit habita, qui eum ſtipabant v. 13. nunc ad alios, qui funera curarent, ſe convertit. ut v. 34. *famulum manus Troianaque turba.* et hoc *τὸ ite*, quo militibus aut famulis imperat, ut IV. Aen. 593.

Ibid. PEPERERE) *Pepigere ſuo* Bigotianus. *egregiaſque* etiam Venetus. *et decorate* Oudartii.

28 MERSIT) *Vertit* Vratislavienſis.

29 INLA-

Sic ait inlacrimans, recipitque ad limina gressum:
Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acoetes
Servabat senior: qui Parrhasio Euandro
Armiger ante fuit; sed non felicibus aeque
Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.
Circum omnis famulûmque manus, Troianaque turba,
Et maestum Iliades crinem de more solutae.
Vt vero Aeneas foribus sese intulit altis,
Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
Pectoribus, maestoque inmugit regia luctu.
Ipse caput nivei fultum Pallantis et ora
Vt vidit, levique patens in pectore vulnus
Cuspidis Ausoniae, lacrimis ita fatur obortis:
Tene, inquit, miserande puer, cum laeta veniret,
Invidit

29 INLACRIMANS) *Et lacrimans* Ed. pr.

30 EXANIMI) *Exanime* Leidensis. *postum* Bigotianus. Heinsius coniiciebat, *exanimum positi*. et ita Cerda quosdam legere ait, at improbat. *Acetes*, *Acetas*, *Acestes* codices.

34 CIRCVM) *Circa* Leidensis et secundus Moreti.

35 MAESTAE ILIADES CRINEM DE MORE SOLVTAE) *Maestum* codices vetusti constanter. ut apud Claudianum Bell. Gild. 408. *Si maestae squalore comae, lacrimisque senatum, In Numidas pulsus solio commovit Adherbal.* Statius Thebaid. XII. *Maestarumque super libamina secta comarum.* ita scribendum pluribus monuit Heins. ad Epicedium Drusi v. 98. cum in optimis membranis legatur, *libamina serta.* Sic Epicedio Drusi *indignas Livia solve comas.* inf. 189. et Ovid. IV. Fast. 855. *Maostas Acca soluta comas.* *maestam barbam* dixit Lucan. II. 376.

37 TVNSIS) *Tonsis* Dorvill. Francianus, Parrhas. Venetus, Leidensis et duo Moretani. *tusis* primus Moreti. *tollit* alter Hamburgicus. mox *immugiit* Mentelii prior et secundus cum Excerptis nostris. *immugit* pro *immugiit*. ut saepe.

39 FVLTVM] *Fulvum* primus Moretanus et alter Hamburgensis, *vultum* Leidensis pro varia lectione.

40 LEVIQVE) *Lenique* Oudartii. *in corpore* primus Moreti. mox *sic fatur* Hugenianus et prior Hamburgicus.

42 CVM LAETA) *Cui* Hugenianus. *fortuna tibi* Zulichemius a manu prima. *ne regna venires* alter Hamburgicus a secunda manu.

Invidit Fortuna mihi, ne regna videres
Noſtra, neque ad ſedes victor veherere paternas?
Non haec Euandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam: cum me complexus euntem
Mitteret in magnum imperium, metuenſque moneret
Acris eſſe viros, cum dura proelia gente
Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani
Fors et vota facit, cumulatque altaria donis.
Nos iuvenem exanimum, et nil iam coeleſtibus ullis
Debentem, vano maeſti comitamur honore,
Infelix, nati funus crudele videbis.
Hi noſtri reditus, exſpectatique triumphi?
Haec mea magna fides? At non, Euandre, pudendis
Volneribus pulſum adſpicies: nec ſoſpite dirum

Opta-

46 DEDERAM) *Dederim* a m. pr. Dorvill. *compreſſus* Vratislavienſis.

47 MONERET) *Moveret* Parrhaſ.

48 DVRA PROELIA) *Ad proelia* Leidenſis.

50 FORS ET) *Forſet* pro forte antiquum Horat. lib. I. Satyr. VI. mutata litera, *forſit honorem iure mihi invideat quivis*. Hoc Priſcianus libro XV. illud Servius agnoſcit. *Fors et* firmat Rufinian. de Schem. Lex. p. 33. vid. Scal. et Brouckh. ad Propert. II. VII. 33. Lamb. ad Horat. I. Od. 28. Erythr. in *ſat*, *forſit*, pro *forſitan* dictum credit.

51 EXANIMVM) *Exanimem* Edd. pr. et Mediol.

52 DEBENTEM) Nimis ſubtilia videntur, quae Servius habet. ſimpliciter de mortuo infeliciter, qui iam nullas poenas, incommoda etc. amplius debet Diis immitibus, quoniam morte ſua ſatisfecit iis.

Ibid. COMITAMVR) *Comitamus ἀρχαϊκῶς* in priore Moretano. quomodo et frequenter Naſo, de quo ad illum lib. I. Triſt. El. VIII. 31. et XIII. Met. 55. *Amore* Oudartii. *ab ore* primus Moreti a manu prima. *comitantur* Francianus et Parrhaſianus. et ita Commentator Crucquianus Horatii lib. II. Od. 20. et Serv. ad X. 828.

53 FVNVS) *Vulnus* Parrhaſ. *funus nati* Rufinian. de Schemat. Lex. p. 33.

54 EXSPECTATIQVE) *Expectatique* Menagii prior.

55 HAEC MEA) *Haec mora* primus Moreti. *pudendus* V. *paſſum* Francianus. male. recte citat Scholiaſt. Horat. II. Od. 4.

56 NEC SOSPITE) *Non ſoſpite* Venetus. *ne* Zulichemius et Leidenſis. *durum* Bigotianus, Menagii prior. *diro* Excerpta noſtra. *volneribus paſſum* prior Hamburgicus.

57 HEI

Optabis nato funus pater. Hei mihi, quantum
Praesidium Ausonia, et quantum tu perdis, Iule!
Haec ubi deflevit, tolli miserabile corpus
Imperat, et toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui supremum comitentur honorem,
Intersintque patris lacrimis; solatia luctus
Exigua ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes alii cratis, et molle feretrum
Arbuteis texunt virgis, et vimine querno,
Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant.
Hîc iuvenem agresti sublimem stramine ponunt:
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violae, seu languentis hyacinthi:
Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit:
Non iam mater alit tellus, viresque ministrat.
Tunc geminas vestis, auroque ostroque rigentis
Extu-

57 HEI MIHI) In multis codicum *heu mihi*. *Ei* Leidensis. sed *hei* vindicat Donatus ad Terent. Phorm. I. III. 26.

58 ET QVANTVM) *Et* deest Ed. pr.

59 DEFLEVIT) Id est flendo finem fecit. Canneg. ad Avian. Fab. I. *Heu ubi* alter Hamburgicus.

61 COMITENTVR) *Comitantur* secundi Rottendorphius, Hamburgicus, Oudartii et Leidensis

65 ARBVTEIS) *Arboreis* Venetus.

66 INVMBRANT) *Obumbrant* Leidensis. eadem diversitas IV. Georg. 20. et apud Claud. II. Rapt. 26.

67 SVBLIMEM IN STRAMINE) *Sublimem stramine* Zulichemius et Gudianus. *Hinc iuvenem* Ald.

68 DEMESSVM) *Demissum* Gudianus a manu prima. *poplite* Venetus. *messum de pollice* Serv. ad II. Georg. 274. *decissum* Dorvil. a m. sec.

70 NEC DVM) *Non dum* Venetus. *nec non* prior Hamburgicus. *sua fama* Hugenianus. mox, *iam non* Leidensis. mox, *nec iam mater* Dorvill.

72 TVNC GEMINAS) *Tum* scripti, et *auroque ostroque rigentes*, quod perperam improbat Pierius. nam et apud Claudianum habes *texta ostro rigentia*. sed tamen vulgata scriptura in secundo Moretano exstabat. Sed lib. I. 648. *pallam signis auroque rigentem.* in quibusdam *auroque ostroque*. de quo vid. ad IV. Aen. 134. Barth. ad Stat. II. Theb. 406. *nitentes* citat, memoriae vitio.

 73 LABO-

Extulit Aeneas: quas illi laeta laborum
Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, et tenui telas diſcreverat auro.
Harum unam iuveni, ſupremum maeſtus honorem,
Induit, arſuraſque comas obnubit amictu:
Multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
Aggerat, et longo praedam iubet ordine duci.
Addit equos, et tela, quibus ſpoliaverat hoſtem.
Vinxerat et poſt terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, caeſo ſparſuros ſanguine flammam:
Indutoſque iubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre duces, inimicaque nomina figi.
Ducitur infelix aevo confectus Acoetes,
Pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora:
Sternitur et toto proiectus corpore terrae.
Ducunt et Rutulo perfuſos ſanguine currus.
Poſt bellator equus, poſitis inſignibus, Aethon
It lacrimans, guttiſque humectat grandibus ora.
Haſtam alii galeamque ferunt: nam cetera Turnus
Victor

73 LABORVM) *Bonorum* citat Rufinian. de Schemat. Lex. pag. 33. vid. ad lib. 1. 441.

74 QVONDAM MANIBVS) *Manibus quondam* in primo Moretano et ſecundo Rottendorphio. Et Franciano et Parrhaſ.

75 FECERAT) *Texerat* Venetus.

76 SVPREMVM) *Supremo honore* Parrhaſian. *ſupremus* alter Menagii.

77 ARSVRASQVE) *Hirſutaſque* Venetus.

80 SPOLIAVERAT) *Spoliaverit* Dorvil.

82 SPARSVROS) *Sparſuras* Francianus. *flammas* Dorvil. Ed. Venet. et Mediol.

83 INDVTOSQVE) *Inductoſque* Gudianus a manu prima.

84 FIGI) *Fingi* prior Hamburgicus, Francianus. *numina* Gudianus a manu prima. *nomina figi* eſt in ferculo ſcripta circumferri.

85 ACOETES) *Aceſtes* alter Hamburgicus. et ita Edit. Steph. et quidam apud Servium.

87 PROIECTVS) *Proſtratus* in altero Voſſiano, et priore Hamburgico. *Deiectus* Oudartii.

88 PERFVSOS) *Perfuſus* ſecundus Rottendorphius. *perfoſſos* Bigotianus a manu ſecunda. *curſus* Hugenianus. *cultus* Zulichemius.

91 FERVNT) *Gerunt* Sprotianus.

93 TYR-

Victor habet. Tum maesta phalanx, Teucrique sequuntur,
Tyrrhenique duces, et versis Arcades armis.
Postquam omnis longe comitum processerat ordo,
Substitit Aeneas, gemituque haec addidit alto;
Nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli
Fata vocant. Salve aeternum mihi, maxume Palla,
Aeternumque vale. Nec plura effatus ad altos
Tendebat muros, gressumque in castra ferebat.
Iamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleae, veniamque rogantes:
Corpora, per campos ferro quae fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terrae:
Nullum cum victis certamen et aethere cassis:
Parceret hospitibus quondam socerisque vocatis.
Quos

93 TYRRHENIQVE DVCES) Heinsii codices, exceptis Montalbanio, duobus Moretanis et Veneto, *Tyrrhenique omnes.* quod ex subsequenti versu irrepsit perperam. Et Francianus et Regius *omnes.*

94 PROCESSERAT) *Omnis comitum longe* Parrhas. vid. VIII. 462. *praecesserat* Edd. pr. et Mediol.

95 ADDIDIT) *Gemitu haec edidit* Francianus. *edidit* Parrhasianus.

96 NOS) Imitatus Statius IV. Theb. 601. vide Lutat.

Ibid. ALIAS) *Aliter* Venetus.

97 PALLA) *Pallas* Hugenianus. sed *Palla* agnoscit Donatus ad Terent. Andr. IV. 11. 13. ita *Doryla* Calpurn. Ecl. 11. 96.

99 FEREBAT) *Cedebat muros g. in tecta* Ed. pr. *ferebant* Gudianus. *gressusque* Oudartii et Dorvill.

100 EX VRBE) *De gente* Bigotianus.

101 ROGANTES) *Precantes* Parrhas. et Venetus. et ita Serv. X. 31.

103 SVCCEDERE) *Succedere dextrae* Parrhas. a m. pr. desumtum ex lib. X. 847. Tacit. 11. Ann. 20. *ut si murum succederent.* ubi nihil mutandum. sic *subire muros* IX. 171.

104 VICTIS) *Vinctis* Bigotianus.

Ibid. AETHERE) *Aere* Mentelii tres et septem alii. *agere* Excerpta nostra.

105 SOCERISQVE) *Sociisque* Venetus pro diversa lectione.

Quos bonus Aeneas, haud adspernanda precantis,
Prosequitur venia, et verbis haec insuper addit:
Quaenam vos tanto Fortuna indigna, Latini,
Inplicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem me exanimis, et Martis sorte peremtis
Oratis? equidem et vivis concedere vellem.
Nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent;
Nec bellum cum gente gero: rex nostra reliquit
Hospitia, et Turni potius se credidit armis.
Aequius huic Turnum fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Adparat; his mecum decuit concurrere telis:
Vixet; cui vitam Deus aut sua dextra dedisset.
Nunc ite, et miseris subponite civibus ignem.
Dixerat Aeneas. Olli obstupuere silentes;
Conversique oculos inter se atque ora tenebant.
Tum senior semperque odiis et crimine Drances
Infensus iuveni Turno sic ore vicissim
Orsa refert: O fama ingens, ingentior armis,
Vir Troiane, quibus coelo te laudibus aequem?

Iusti-

106 ADSPERNANDA) *Aspernenda* Oudartii.

107 PROSEQVITVR) *Persequitur* Zulichemius. *praesequitur* Hugenianus.

109 QVI NOS) *Quid nos* prior Hamburgicus et Zulichemius.

110 PACEM NE EXANIMIS) *Pacem me e. e. M. s. parentis* Francianus.

111 EQVIDEM ET VIVIS) *Vivis equidem* Oudartii.

113 CVM GENTE) *De gente* alter Hamburgicus. *relinquit* Francianus.

114 CREDIDIT) *Contulit* unus codex. in Gudiano erasa vetus lectio.

115 TVRNVM) Ita omnes praeter Montalbanium. *Marti* Sprotianus. *Morti* Bigotianus et a manu secunda alter Hamburgicus. *se ponere* Oudartii. *Turnum* et *Marti* Francianus. vid. supr. IX. 599. *hinc* Venetus. scriptum fuerat *Turnom.* unde *Turno.* ut et Ed. Mediol.

118 AVT SVA) *Et sua* Menagii prior.

120 OLLI) *Illi* Dorvill.

122 ET CRIMINE) *Sed crimine* Donatus ad Terentii Hecyr. V. 11. 13. Ed. Lind. *infestus* alter Menagii et Gudianus. *infensis* Mentelii prior. *infensi* Hugenianus et a manu prima Mediceus.

126 IV-

Iustitiaene prius mirer, belline laborum?
Nos vero haec patriam grati referemus ad urbem:
Et te, si qua viam dederit Fortuna, Latino
Iungemus regi. Quaerat sibi foedera Turnus.
Quin et fatalis murorum adtollere moles,
Saxaque subvectare humeris Troiana iuvabit.
Dixerat haec, unoque omnes eadem ore fremebant.
Bis senos pepigere dies, et pace sequestra
Per silvas Teucri, mixtique inpune Latini,
Erravere iugis. Ferro sonat icta bipenni
Fraxinus: evertunt actas ad sidera pinus:
Robora nec cuneis, et olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

Et

126 IVSTITIAENE) *Iustitiane p. m. b. labore?* Regius. *bellive* Parrhas. sed *Iustitiae* fuisse videtur et erasa ultima litera. Graecam constructionem subintellecto ἕνεκα. vel caussa, facit Christ. Rufus in Antexeg. Tom. II. Thes. Crit. p. 596. et Linacer lib. VI. de Hellenismo p. 324. Ed. Gryph.

127 GRATI) Superscriptum *leti* in Zulichemio. *hoc* Bigotianus et Menagii prior.

129 FOEDERA) *Foedere* Mentelii prior.

131 SVBVECTARE) *Subvectari* et *Troiane* Regius et Dorvil. *iuvabat* Francianus. vulgata est apud Lutatium ad Stat. I. Theb. 701.

134 SILVAS) *Silvam* Mediceus.

135 SONAT ALTA) *Alta* vel *acta* Zulichemius. mox *ictos pinus* primus Moreti. *alta* Bigotianus, Hugenianus, Venetus, et a secunda manu uterque Hamburgicus, et Zulichemius. *evertuntque* etiam prior Hamburgicus a manu secunda. *alta bipenni* Edd. pr. *icta* Francianus. vid. lib. II. 627. al. *pinos*. vid. X. 230. *actas* non mutandum. vid. ad Gratii Cyneg. 324. *altas* Dorvill.

137 CVNEIS ET) *Caedere* in Veneto. *Et* deest Dorvill. *scindere quercum* primus Moreti. *findere* Gudianus a manu secunda.

Ibid. OLENTEM CEDRVM) Culpant Virgilium, quia cedrus in Italia non nascitur, quod negat etiam Catroeus: ideoque Victorius XXXVIII. Var. cap. I. *Iuniperum* assimilem cedro intelligit. sed et Italicam cedrum esse, et ita dictam probat ex Hierocle Bodaeus ad Theophrast. III. 12. p. 197. vid. Segraeum, et Cerdam. *olentem* vero est odoratam. ut dicit III. Georg. 414. et VII. Aen. 13.

138 ORNOS) *Ornus* Sprotianus.

139 VO-

Et iam Fama volans, tanti praenuntia luctus,
Euandrum, Euandrique domos et moenia conplet,
Quae modo victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, et de more vetuſto
Funereas rapuere faces. Lucet via longo
Ordine flammarum, et late diſcriminat agros.
Contra turba Phrygum veniens plangentia iungunt
Agmina. Quae poſtquam matres ſuccedere tectis
Viderunt, maeſtam incendunt clamoribus urbem.
At non Euandrum potis eſt vis ulla tenere:
Sed venit in medios. Feretro Pallanta repoſto
Procumbit ſuper, atque haeret lacrimanſque gemenſque,
Et via vix tandem voci laxata dolore eſt:

Non

139 VOLANS) *Volat* Bigotianus.

140 DOMOS ET MOENIA CONPLET) *Replet* Dorvil. Parrhaſianus et Regius cum Excerptis noſtris. et Ed. Mediol.

141 QVAE MODO) *Quae non* Ed. pr.

142 ARCADES) *Arcadas* Bigotianus. *Arcades* et alter Menagii. vid. Quinctil. lib. VIII. de Inſt. Orat cap. VI. pag. 736. ubi in notis vitio operarum *Arcades ut portis* pro *at. Ad portam* Ed. pr.

144 DISCRIMINAT) *Diſterminat* quartus Moretanus.

146 SVCCEDERE) *Accedere* prior Hamburgicus pro varia lectione.

149 PALLANTA) *Pallante* Dorvill.

150 PROCVMBIT) *Procubuit* Francianus. etiam Mediceus et Regius. Dorvill. a m. pr.

Ibid. HAERET) *Haerens* Leidenſis, Menagii prior, Bigotianus et pro varia lectione pror Hamburgicus.

151 ET VIA) *Et via mox* Zulichemius a manu prima. *eſt* deeſt Veneto. *vocis* Gudianus.

Ibid. DOLORE) *Dolori* volebat Heinſ. ad Ovid. XV. Epiſt. 113. ſed quid tum fiet *voci?* quare nihil muto. ſimilia reperies apud Barth. ad Stat. II. Theb. 315. ubi Lutatius verſum Virgilii adducit, *incluſitque dolor lacrimas.* quem apud Virgilium non exſtare recte notat Barthius. ſed, vide humanae memoriae imbecillitatem, quem in Virgilio fruſtra quaeſivit, in Statio ſuo potuiſſet reperire, qui lib. XII. 318. *et dolor incluſit lacrimas* habet. homines ſumus. *includere vocem* in ſubitis perturbationibus, et etiam aliis caſibus illuſtravit Cl. Drakenb. ad Liv. II. II. 8.

152 DE-

Non haec, o Palla, dederas promissa parenti,
Cautius ut saevo velles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis,
Et praedulce decus primo certamine posset.
Primitiae iuvenis miserae, bellique propinqui
Dura rudimenta. et nulli exaudita Deorum
Vota precesque meae! tuque, o sanctissima coniunx,
Felix morte tua, neque in hunc servata dolorem!
Contra ego vivendo vici mea fata, superstes
Restarem ut genitor. Troum socia arma secutum
Obruerent Rutuli telis: animam ipse dedissem,
Atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret.
Nec vos arguerim, Teucri, nec foedera, nec, quas
Iunximus hospitio, dextras: sors ista senectae
Debita erat nostrae. Quod si inmatura manebat
Mors natum, caesis Volscorum millibus ante,
Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuvabit.

Quin

152 DEDERAS) *Dederam* quidam apud Serv. ad VIII. Aen. 537.

154 PRIMO CERTAMINE) Mox *in certamine* Venetus. et quartus Moreti. et Edit. pr. *possit* secundus, et Menagii prior, Bigotianus et Francianus.

156 PROPINQVI) Id est finitimi, vicini. ut Iust. I. I. *longinqua, non finitima bella gerebant.*

157 DEORVM) *Priorum* alter Hamburgicus. *clara rudimenta* etiam secundus Rottendorphius. Barth. ad Stat. I. Achil. 478. *cruda* citat.

160 VICI) *Vinci* vel *vinco* Montalbanius. *mea facta* Zulichemius. *vixi m. fata* Menagii prior.

162 SECVTVM OBRVERENT RVTVLI TELIS) *Secutus* Menagianus prior. *obruerint* Excerpta nostra. *obruerunt* Hugenianus. *telis Rutuli* Sprotianus, sed Francianus *telis Rutuli etc.*

163 PALLANTA) *Pallante* Mentelii prior. *Pallanta dedisset* Leidensis, et Zulichemius a manu secunda.

Ibid. REFERRET) *Dedisset* Regius.

164 ARGVERIM) *Arguerem* Gudianus a manu prima. *non vos* prior Hamburgensis.

165 DEXTRAS) *Dextrae* Gudianus a manu prima. vid. ad lib. III. 83. *fors* Zulichemius.

166 INMATVRA) *Matura* Francianus.

168 IN LATIVM) *In Latio* Oudartii et Parrhas.

169 DI-

Quin ego non alio digner te funere, Palla,
Quam pius Aeneas, et quam magni Phryges, et quam
Tyrrhenique duces, Tyrrhenûm exercitus omnis.
Magna tropaea ferunt, quos dat tua dextera leto.
Tu quoque nunc ſtares inmanis truncus in armis,
Eſſet par aetas, et idem ſi robur ab annis,
Turne. Sed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, et haec memores regi mandata referte:
Quod vitam moror inviſam, Pallante peremto,
Dextera cauſſa tua eſt; Turnum gnatoque patrique
Quam debere vides. Meritis vacat hic tibi ſolus
Fortunaeque locus. Non vitae gaudia quaero,
Nec fas: ſed nato manis perferre ſub imos.
Aurora interea miſeris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores.
Iam

169 DIGNER TE) *Dignor* Sprotianus.

170 ET QVAM) *Et quod* alter Menagii.

171 TYRRHENVMQVE EXERCITVS) Deeſt copula Franciano et omnibus fere Heinſio viſis. *Turnumque exercitus* Venetus.

172 FERVNT) Hunc verſum confodiebat Ortuinus. ſed eſt ellipſis *tropaea eorum, quos dat* pro dedit. *ferant* Ed. pr.

173 TRVNCVS IN ARMIS) Pierius notat, ex ſuis *arvis*. ſed *armis* Priſcianus agnoſcit lib. XVI. ſed quia paullo poſt *armis* ſubſequitur denuo, praetulit Heinſ. hic loci *arvis*, quod Moretanus tertius exhibebat, et pro diſcrepante ſcriptura alter Hamburgicus. Vbi vero Pierius? in ſequenti verſu *robur ab armis* Francianus et Zulichemius a manu prima. *robur in annis* Montalbanius, Dorvill. et Excerpta noſtra. *idem ſit* Editio Ald. et Iuntina. *robor* Mentelii prior.

175 QVID DEMOROR) *Quod* Leidenſis. unde Heinſius legebat, *quo. qui* uterque Hamburgicus a manu prima. *cur* Ed. Mediol.

177 INVISAM) *Invitam* Montalbanius a manu prima. *quod viſam moror* Parthaſ.

179 VACAT HIC) *Vacat his* volebat Ortuinus. *ſolum* Sprotianus.

179 QVAM) *Quem* ſecundus Moreti. *quod* alter Menagii.

182 ALMAM) *Alma* Gudianus a manu prima et Oudartii. *interea Aurora* Parrhaſ.

184 IN

Iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon
Conſtituere pyras. Huc corpora quiſque ſuorum
More tulere patrum: ſubiectiſque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine coelum.
Ter circum accenſos, cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos: ter maeſtum funeris ignem
Luſtravere in equis, ululatuſque ore dedere.
Spargitur et tellus lacrimis, ſparguntur et arma.
It coelo clamorque virum, clangorque tubarum.
Hinc alii ſpolia occiſis derepta Latinis
Coniiciunt igni; galeas, enſiſque decoros,
Frenaque, ferventiſque rotas; pars munera nota,
Ipſorum clipeos, et non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora Morti;
Saetigeroſque ſues, raptaſque ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes: tum litore toto
Ardentis ſpectant ſocios, ſemiuſtaque ſervant
Buſta:

184 IN LITORE) *In* deeſt alteri Hamburgico. *corvo* Mediceus.

186 MORE) Vid. III. Georg. 177. ita Sueton. Domit. XIV. apud Plin. Paneg. XIII. *patrio more* male de patria Traiani capiunt. et ita ſaepe *more parentum*. ut VI. 223. Stat. II. Theb. 253.

Ibid. SVBIECTISQVE) *Subiectis ignibus* prior Hamburgicus a manu prima.

187 TENEBRAS) *Tenebris* Bigotianus, et a ſecunda manu Zulichemius. vid. ad Ovid. XIV. Met. 176. malim *atras conditur in tenebras*. ſic Lucan. I. 541. *condidit ardentes atra caligine currus*. ſed et *ignes atros* dici vidimus ad Lucan. II. 301. quare illa epithetorum permutatio arbitraria, ſaepe a nobis notata, non cogit lectorem, ut eam probet.

188 CINCTI) *Cuncti* Parrhaſ.

189 DECVRRERE) *Diſcurrere* Excerpta noſtra. hic verſus abeſt a Franciano. de terna decurſione vide Comm. ad Valer. Flac. III. 347. ubi Maronem aemulatur.

190 ORE] *Vlulatus ora* Mentelii prior et Menagius alter. *ora* etiam Hugenianus.

193 HINC ALII) *Hic* Zulichemius et tertius Mentelii et Francianus, Regius, Parrhaſ.

195 NOTA) *Vota* Francianus.

197 CIRCA MACTANTVR) *Circum* prior Hamburgicus. *mactabant* Venetus.

199 FLAMMAM) *Flammas* Parrhaſ.

Busta: neque avelli possunt; nox humida donec
Invertit coelum stellis fulgentibus aptum.
Nec minus et miseri diversa in parte Latini
Innumeras struxere pyras, et corpora partim
Multa virûm terrae infodiunt, avectaque partim
Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt.
Cetera, confusaeque ingentem caedis acervum,
Nec numero nec honore cremant; tunc undique [vasti)
Certatim crebris conlucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam coelo dimoverat umbram:
Maerentes altum cinerem et confusa ruebant
Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terrae.
Iam vero in tectis praedivitis urbe Latini

Prae-

202 FVLGENTIBVS) *Ardentibus* Dorvill. Edd. pr. et Mediol.

203 DIVERSA) *Diversi* Hugenianus. *in* deest Franciano.

204 PARTIM) *Passim* secundus Moreti, et tertius Rottendorphius pro varia lectione. *terrae fodiunt* Gudianus a manu prima. *infodiunt terrae* secundus Rottendorphius. *advectaque* Venetas. Menagii vero prior hunc versum non habet. Leidensis postponit sequenti 206. ut et Zulichemius. *Advectaque* Parrhasianus.

207 INGENTEM) Vid. inf. 384. et VI. 504. ubi eadem varietas. et Lucan. X. 539. *nec magnae stragis acervo Vincendus tunc Caesar erat*. qui tamen lib. VII. 722. *altum caedis cumulum* dixit.

208 TVNC) *Nunc* Venetus. *neque honore* Regius.

209 AGRI) *Atris* Parrhas.

210 DIMOVERAT) *Demoverat* Zulichemius a manu prima. aliter Scholiastes Horatii. *coelo gelidam* Dorvil.

211 ET CONFVSA) *Et* deest Parrhas.

212 TEPIDOQVE) *Trepidumque* Mentelii prior a manu prima.

213 IN TECTIS) *Et tectis* etc. *praecipimus* Francianus. Hunc locum gravi mendo laborare ait Marklandus ad Statii V. Silvar. praefat. sed non sanat, nec in qua voce labes haereat monet. illustrat vero illam locutionem *pars maxima luctus*. an *in tectis* et *urbe* offenderit nescio, et forte epitheton aliquod reponi vellet, ut exempli gratia *in tristi praedivitis urbe Latini*, vel *in tectis et divitis urbe*. ut VIII. 425. *manibus iam parte polita* Servius supplet per *in manibus*. *praedivitis* non est incongruum epitheton. maior enim luctus apud divites quam apud pauperas (ut Evander erat) esse solet. Ruaeus explicat in urbe per domos.

214 LON-

Praecipuus fragor, et longi pars maxima luctus.
Hîc matres, miseraeque nurus, hîc cara sororum
Pectora maerentum, puerique parentibus orbi,
Dirum exsecrantur bellum, Turnique hymenaeos:
Ipsum armis, ipsumque iubent decernere ferro;
Qui regnum Italiae, et primos sibi poscat honores.
Ingravat haec saevus Drances, solumque vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contra variis sententia dictis
Pro Turno, et magnum reginae nomen obumbrat:
Multa virum meritis sustentat fama tropaeis.
Hos inter motus, medio in flagrante tumultu,
Ecce, super maesti magna Diomedis ab urbe
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum inpensis operum: nil dona, neque aurum,
Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis

Quae-

214 LONGE PARS MAXIMA LVCTVS) *Longi* Med. Vat. Pierii Gud. et Schefter. recte, quia non cito exolescit et attenuatur, cum matres filios, uxores maritos, sorores fratres desiderent.

217 DIRVM) *Durum* Sprotianus, Menagii prior, Leidensis et Oudartii.

220 INGRAVAT HAEC) *Ingravat et* in Gudiano. quomodo et vetustae editiones apud Pierium. *Hic* Montalbanius. *saevis* Bigotianus. *an gravat* Francianus pro *aggravat*. sed *ingravat* recte, quo verbo et activo significatu utitur Ovid. III. Trist. IV. 60. *haec solus Dr*. Ed. pr.

221 SOLVM) *Soli* Venetus. vid. inf. 434.

222 SENTENTIA) *Certamina* alter Hamburgensis.

225 MEDIO IN FLAGRANTE) In nonnullis, ut Regio et Ed. pr. una voce *inflagrante* legitur. *magno flagrante* Parrhas. *in* deest Ald.

226 MAGNA] *Magni* in aliis. Diomedes Grammaticus stat pro recepta lectione, et Priscianus libro XIV. mox *neque* aurum pro *nec*, quod in vulgatis est, scripti potiores. *Magna urbe* praestat. vid. ad Ovid. XI. 137. et XIV. 457. et alibi. sic contra *parva urbs* lib. VIII. 545. et ita *magnas Mycenas* dixit lib. II. 331. sedem regiam Agamemnonis. ubi et vide v. 295. sed hic *maesti* epitheton excludit *magni*. alia ratio supr. VIII. 9.

227 RESPONSA) *Mandata* Zulichemius a manu secunda.

228 NEQVE) *Nec* Dorvil. et Ald.

229 NEC MAGNAS) *Nil magnas* prior Hamburgicus pro varia lectione. et ita Parrhas.

230 PE-

Quaerenda, aut pacem Troiano ab rege petendam.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
Fatalem Aenean manifesto numine ferri,
Admonet ira Deûm, tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primosque suorum
Imperio adcitos, alta intra limina cogit.
Olli convenere, fluuntque ad regia plenis
Tecta viis. Sedet in mediis et maxumus aevo,
Et primus sceptris, haud laeta fronte, Latinus.
Atque hîc legatos Aetola ex urbe remissos,
Quae referant, fari iubet, et responsa reposcit
Ordine cuncta suo. Tum facta silentia linguis,

Et

230 PETENDAM) *Petendum* bene e Heins. Cod. Moretanus prior, non *petendam*. etiam Vossianus prior et Menagianus prior cum Leidensi. Sed si placuerit hoc Maroni, cur etiam non *arma quaerendum* dixit? praestantiores omnes hic *petendam* habent. sed *petendum* agnoscit Donatus ad Terent. Andr. I. v. 19. et Eunuch. I. II. 17. et Adelph. IV. VIII. II. et alii Grammatici. ex quibus tamen non colligi potest *petendum* esse necessario legendum. immo forte contra. *a rege* Dorvil. et Parrhas. *petendum* Rufinian. de Schem Lex. p. 35. vid. ad Sil. XI. 562. et supr. Serv. ad X. 628.

233 ADMONET) *Admovet* Mediceus a manu prima.

234 CONCILIVM) *Consilium* Regius et Dorvill.

235 ACCITOS) *Accintos* Zulichemius. *inter limina* Venetus et duo Rottendorphii, Edd. pr. et Mediol.

236 OLLI) *Illico* Leidensis, Hugenianus, secundus Moreti, Mentelii prior, Sprotianus, et alter Menagii. quod corruptum ex *illi convenere*.

Ibid. FLVVNTQVE) *Ruuntque* Mediceus, Vossianus prior et Venetus. sed *fluuntque* retinendum. Sic supra X. 143. *adfluit*, et infra v. 828. eadem diversitas Sil. XII. 619. V. Drak. *ruitque* Ed. pr.

237 ET MAXIMVS AEVO) Ita scripsit Fabr. ex bonis codicibus. Aetatis enim provectu, et regia dignitate venerabilem Latinum tristem consedisse ait, ab eius persona duplicem affectum movens. Et ita Mentelii prior et maxima pars codicum.

238 ET PRIMVS) *Et primos* Mentelii prior. *et laeta* Ed pr.

239 HIC) *Hinc* Zulichemius. *quae referunt* prior Hamburgensis. *referent* alter. *quid referans* Excerpta nostra.

242 ET

Et Venulus dicto parens ita farier infit:
Vidimus, o cives, Diomede Argivaque castra;
Atque iter emensi casus superavimus omnis;
Contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus.
Ille urbem Argyripam, patriae cognomine gentis,
Victor Gargani condebat Iapygis arvis.
Postquam introgressi, et coram data copia fandi;
Munera praeferimus, nomen patriamque docemus:
Qui bellum intulerint, quae caussa adtraxerit Arpos.
Auditis ille haec placido sic reddidit ore:
O fortunatae gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonii, quae vos fortuna quietos
Sollicitat, suadetque ignota lacessere bella?
Quicumque Iliacos ferro violavimus agros,
(Mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premat ille viros) infanda per orbem
Supplicia, et scelerum poenas expendimus omnes,
Vel

242 ET VENVLVS) *At Venulus* Leidensis.

242 INFIT) *Inquit* Ed. pr. sed vide Guel.

243 DIOMEDEM) *Diomeden* Mediceus, prior Vossianus, Moretanus quartus; et Gudianus. *Diomedem* Parrhas. Reg. et Dorvill.

246 ARGYRIPAM) *Agrippam* Francianus. *Agripam* Parrhasianus.

247 AGRIS) *Arvis* quatuor Moretani, Vossianus et Hamburgicus uterque, cum Mentelio priore ac Veneto. Et ita Zulichemius, Bigotianus et nonnulli alii. *Garganis condiderat I. arvis* Francianus. *Garganii* Mediceus, alter Mentelii, Parrhas. et *Dorvill.*

249 DOCEMVS) *Docentes* Excerpta nostra.

250 QVI BELLVM) *Quid* Gudianus a manu prima. *abtraxerit* Venetus. *attraxerat* Mentelii prior. deinde *auditis?* duo Leidenses. *audistis?* Sprotianus. *ille bis* Oudartii.

251 REDDIDIT) *Edidit* Mediceus et Francianus.

254 LACESSERE) *Accessere* alter Hamburgensis. an *arcessere?* ut supr. X. 11.

255 VIOLAVIMVS) *Vastavimus* Menagii prior.

256 MITTO EA, QVAE) *Mitto quae* Dorvil. *axacta*. Ed. Vener.

257 PREMET) *Premat* fere omnes scripti.

Vel Priamo miseranda manus: ſcit triſte Minervae
Sidus, et Euboicae cautes, ultorque Caphereus.
Militia ex illa diverſum ad litus adacti,
Atrides Protei Menelaus aduſque columnas
Exſulat, Aetnaeos vidit Cyclopas Vlixes.
Regna Neoptolemi referam, verſoſque penatis
Idomenei? Libycone habitantes litore Locros?
Ipſe Mycenaeus magnorum ductor Achivom
Coniugis infandae prima intra limina dextra
Oppetiit: devictam Aſiam ſubſedit adulter.
Invidiſſe Deos, patriis ut redditus oris, [rem?)
Coniugium optatum et pulchram Calydona vide-
Nunc

259 MANVS) *Domus* Bigotianus et Parrhaſ. vid. Lucan. VI. 819. *ſic triſte* Ed. Dan. Heinſii. *ſtat* Excerpta noſtra.

260 CAPHAREVS) *Caphereus* Regius vid. ad lib. I. Aen. 45. in notis ad Servium.

261 DIVERSVM AD LITTVS ABACTI) Primus Moretanus *adacti*. *Abacti* plurimi codices et Ed. Mediol. *abactis* Parrhaſ.

263 EXSVLAT) *Exolat* Gudianus et Mediceus a manu prima. Schol. Lucan. IX. 654.

265 LIBYCOVE) *Libycone* ex ſcriptis potioribus. *Libycove* Serv. ad III. Aen. 399. *et Libycone* Dorvil. mox, *Meceneus* idem.

267 CONIVGIS INFANDAE) *Infandum* Macrobius lib. IV. Sat. cap. 4. ut per parentheſin *τὸ infandum* capiatur. idem duobus locis, *inter limina*, et ſic ſex ſeptemve ex codicibus Heinſii. *Lumina* Zulichemius.

268 DEVICTA ASIA SVBSEDIT ADVLTER) *Devicta Aſiamque obſedit* Leidenſis. *devicta Aſia permanſit* Ed. Venet. *devicta Aſiaque obſedit* Menagius prior. *Aſia ſub fedus* Excerpta noſtra. Perizon. ad Val. Max. IX. III. Ext. I. *devictam Aſiam* explicat gloriam devictae Aſiae. v. Gronov. I. Obſ. 17. vulgata eſt apud Serv. ad V. Aen. 498.

269 PATRIIS VT REDDITVS ORIS) *Patriis ne redditus aris* prior Hamburgicus. ſed Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 476. videtur *Argis* probaſſe, ut in Pierianis fuit. *Oris* agnoſcit Donatus ad Terent. Andr. III. v. 4. et Phorm. III. I. 2. et Ed. pr. Ald. ſed *aris* Parrhaſ. Regius et Dorvill. mox v. 281. iterum *patriae orae* occurrunt. *Argis* defendi poteſt ex lib. II. 95. et ex imitatione ut videtur Ovidii XIV. Met. 476. ubi vide notas, ubi et de *aris* monui.

270 PVLCHRAM) *Pulchrum* prior Hamburgicus et Parrhaſ. *Pulchra* Excerpta noſtra. Dorvill. ſequentem verſum huic praeponebat.

272 ET

Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur,
Et socii amissi petierunt aethera pennis,
Fluminibusque vagantur aves (heu dira meorum
Supplicia!) et scopulos lacrimosis vocibus implent.
Haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, cum ferro coelestia corpora demens
Adpetii, et Veneris violavi volnere dextram.
Ne vero, ne me ad tales inpellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama, nec veterum memini, laetorve malorum.
Munera, quae patriis ad me portatis ab oris,
Vertite ad Aenean: stetimus tela aspera contra,
Contulimusque manus: experto credite, quantus
In clypeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam.
Si duo praeterea tales Idaea tulisset
Terra viros, ultro Inachias venisset ad urbes
Darda-

272 ET SOCII AMISSI PETIERVNT AETHERA PENNIS) Schottus II. Observ. 59. malebat *amissis pennis* pro *emissis*, antiqua locutione. ut apud Terent. Heaut. III. I. *prius quam abs te amittas filium. amissi* Edd. pr. et Mediol. Ald. *admissis* Guell. *admisi* Venetus a manu pr. *admissis* Davis. ad Caes. I. B. G. 22.

273 DIRA) *Damna* Parrhas.

274 LACRIMOSIS) *Clamosis* Oudartii.

275 HAEC ADEO) *Haec eadem* Zulichemius. deinde *tempore, quo* prior Hamburgicus pro varia lectione. et ita Bigotianus.

278 NE VERO) *Nec vero* Venetus. *nunc vero* Dorvil. et Ed. Venet.

279 BELLVM) *Bellum est* priores Mentelius ac Vossianus, cum quatuor aliis. Et ita Hugenianus et Zulichemius. *dirupta bellum est* Dorvill. Parrhas. et Ed. Mediol. *diruta, et bellum est. diruta* alter Hamb. vid. ad Ovid. I. Epist. 51.

280 LAETORVE) *Laetorque* Leidensis. vid. inf. v. 416. *memini veterum* Dorvill.

281 PORTATIS) *Portastis* Edd. pr. et Mediol. Ald. Dorvil. Paris. *desertis* Parrhasianus.

283 MANVS) *Manum* Menagii prior. sup. X. 876. post hunc versum in Dorviliano sequebantur v. 336. usque ad 352.

285 DVO) Recte pro *duos*, ut *ambo* Ecl. VI. 19. vid. Eryth. Corrad. de L. L. p. 101. Malasp. ad Cicer. IV. ad Att. 18. et alios multos.

286 INACHIAS] *Achaicas* Menagii alter. *ad umbras* Parrhasianus. *Dardanus* pro *Dardani* positum notat Servius Ful-

densis

Dardanus, et verſis lugeret Graecia fatis.
Quidquid apud durae ceſſatum eſt moenia Troiae,
Hectoris Aeneaeque manu victoria Graiûm
Haeſit, et in decumum veſtigia retulit annum.
Ambo animis, ambo inſignes praeſtantibus armis:
Hic pietate prior. Coeant in foedera dextrae,
Qua datur: aſt, armis concurrant arma, cavete.
Et reſponſa ſimul quae ſint, rex optime, regis
Audiſti, et quae ſit magno ſententia bello.
Vix ea legati: variuſque per ora occurrit
Auſonidum turbata fremor: ceu ſaxa morantur
Cum rapidos amnis, fit clauſo gurgite murmur,
Vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.

Vt

denſis ad II. Aen. 19. vid. et IV. 662. ubi pro *Dardanio* ponitur.

287 FATIS) *Campis* ſecundus Rottendorphius male. verſa eſſent fata, in favorem Troianorum, qui fatis victi fuere a Graecis, ut Ovid. 1. Epiſt. *Illi victa ſuis Troia fata canunt.* ubi vid. et ita poſtea vice rerum ait Manilius I. 512. *Fatis Aſiae iam Graecia preſſa eſt*, ubi inepte Faius Aſiae minoris explicat. ſed Fata Aſiae ibi ſunt Romanorum ex Troianis, Aſiae olim dominis oriundorum, qui nunc Graeciam premunt ſervitio.

288 CESSATVM EST) Aſterius in Mediceo codice caſtigarat *certatum.* ſed fruſtra. *τὸ ceſſatum* optime exprimit tarditatem belli. ab altero Voſſiano et priore Hamburgico abeſt verbum ſubſtantivum. Ita Senec. Suaſor. II. ubi Meſſala ait, debuiſſe Virgilium poſt *haeſit* deſinere, reliqua *et in decimum etc.* eſſe explementum.

290 VESTIGIA RETVLIT) *Victoria redegit* Menagii prior. *veſtigia diſtulit* Vratiſlavienſis et Dorvill.

293 CONCVRRANT) *Concurrent* Mediceus a manu prima.

294 REGIS) Sic omnes fere codices. ſed *regum* Dorvill.

296 VARIVSQVE] Vel *validuſque* Schefferianus. *Varius ſuper ora* quartus Moreti. *turbata tremor* Bigotianus et prior Hamburgicus. *fremur* ſecundus Rottendorphius. obſervationi eruditae ex Euſtathio a Cerda adductae addendus ſimilis locus lib. X. Aen. 96. *Cunctique fremebant Coelicolae adſenſu vario; ceu flamina prima, Cum deprenſa fremunt ſilvis, et caeca volutant Murmura.* ubi *fremere* repeti videmus, et *varius fremor* adſeritur. iteratam hic per quatuor verſus literam *R* obſervat Barth. ad Stat. I. Theb. I. vide ſupr. ad I. Aen. 87. deinde *cucurrit* illuſtrat idem Barth. ad Stat. IV. Theb. 804.

299 CREPITANTIBVS] Numquam dubitavi an *Latine* dicatur *aqua crepitare*, quod vir doctus

Vt primum placati animi, et trepida ora quierunt,
Praefatus Divos folio rex infit ab alto:
Ante equidem fumma de re ftatuiffe, Latini,
Et vellem, et fuerat melius; non tempore tali
Cogere concilium, cum muros adfidet hoftis.
Bellum inportunum, cives, cum gente Deorum,
Invictifque viris, gerimus; quos nulla fatigant
Proelia, nec victi poffunt abfiftere ferro.
Spem, fi quam adfcitis Aetolûm habuiftis in armis,
Ponite; fpes fibi quifque. Sed haec, quam angufta,
Cetera qua rerum iaceant perculfa ruina, [videtis.)
Ante oculos interque manus funt omnia veftras.
Nec quemquam incufo. Potuit quae plurima virtus
Effe,

doctus mihi adfingit, fed in Quinctil. Declam. XIII. 3. dixi non eleganter ibi id verbum adhibitum, quia ibi agit de apibus, a quibus omnis crepitus et ftrepitus abeffe debet. ideoque an *fatis eleganter*, id eft non iudicio bono et recto, (hoc enim novit vir doctus *eleganter* fignificare) dicantur ibi *crepitare aquae*, dubitavi. ideoque praetuli Mſſ. lectionem *trepidantibus*. eodem modo ad Rutilium I. 280. dixi haec duo verba confundi, fed debere rei de qua agitur convenire. ita et apud Lucan. IV. 405. pro *trepidum*, praetuli *tepidum Iader* propter Zephyros, quorum ibi mentio. et in Ovid. X. Met. 604. fervavi lectionem vulgarem, *Rivus cum murmure labens Invitat fomnos crepitantibus unda lapillis.* ubi ineptum effet *trepidantibus* refcribere.

300 PLACATI) *Pacati* pro diverfa lectione in priore Hamburgico. Et ita Vratislavienfis.

Ibid. TREPIDA) *Tepida* Zulichemius.

301 INFIT) *Dixit* Zulichemus. *praefatus* verbum follemne, ut oftendit Corradus ad I. Aen. 8. ex Livii XXXIX. 15.

302 QVIDEM) *Equidem hos fumma* prior Hamburgicus a manu fecunda. *Latinis* Montalbanius.

307 FERRO) Sonorum magis videtur, quam *bello*, ut citat Helenius. *Abfiftere* exftat et apud Scholiaften Horatii IV. Od. 4.

308 ACCITIS) *Adfcitis* cum gloffa, id eft *invitatis*, Menagianus et alii. *accitis* Edd. primae Ald. *adcitis* Dorvil. vid. ad Claud. Bell. Gild. 172.

310 PERCVLSA) *Percuffa* in Moretano tertio, ac tribus aliis. Et ita Zulichemius et Bigotianus et Francianus. *rerum ruina*, ut apud Manil. lib. IV. 63. *Quid numerem everfas urbes, rerumque ruinas.*

311 VESTRAS) *Noftras* Francianus.

Esse, fuit. Toto certatum est corpore regni.
Nunc adeo, quae sit dubiae sententia menti,
Expediam, et paucis (animos adhibete) docebo.
Est antiquus ager, Tusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, finis super usque Sicanos,
Aurunci Rutulique serunt, et vomere duros
Exercent collis, atque horum asperrima pascunt.
Haec omnis regio, et celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiae Teucrorum: et foederis aequas
Dicamus leges, sociosque in regna vocemus:
Considant, si tantus amor, et moenia condant.
Sin alios finis, aliamque capessere gentem
Est animus, possuntque solo decedere nostro:
Bis denas Italo texamus robore navis,
Seu pluris conplere valent: iacet omnis ad undam
Materies: ipsi numerumque modumque carinis
Praecipiant; nos aera, manus, navalia demus.

Prae-

313 REGNI) *Regnum* Ed. Venet.

314 NVNC ADEO) *Hinc* secundus Rottendorphius.

Ibid. QVAE SIT DVBIAE) *Dubiae quae sit* Dorvill.

315 ET PAVCIS) *Et* non habet Leidensis, nec Regius, nec Gudianus. nec Edd. pr. Mediol.

316 MIHI) Vel *qui* Zulichemius.

317 IN OCCASVM) *In occasu* secundus Moreti. *Super usque* reddidit feliciter ex imitatione Virgiliana, Statio IV. Theb. 568. *fugit ille per avia Lethes Et Stygios super usque lacus* Barthius. *usque sub Arcto* dixit Lucan. X. 48.

320 HAEC) *Hic* Francianus.

324 SIN ALIOS) *Si in alios fines* vel *leges* Zulichemius. *aliamve* Leidensis, Gudianus, Menagius prior, Mentelius tertius et duo alii.

325 POSSVNTQVE) *Poscuntque* legebat Heins. olim, quod confirmat secundus Moretanus. nunc nihil mutandum censet. *Poscuntque* etiam Bigotianus, et ita Waddel. Anim. Critic. pag. 37. *discedere* prior Hamburgensis pro varia lectione. *descendere* Francianus. qui et *bissenas*. *desistere* Ed. pr. *possunt* recte, quia fato prohibentur.

327 VALENT) *Volunt* Menagii prior. *implere* prior Hamburgicus pro varia lectione. et ita secundus Moreti.

328 NVMERVMQVE) *Numerosque* Sprotianus.

330 FE-

Praeterea, qui dicta ferant, et foedera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisque manu praetendere ramos;
Munera portantis aurique, eborisque talenta,
Et sellam, regni, trabeamque, insignia nostri.
Consulite in medium, et rebus succurrite fessis.
Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua invidia stimulisque agitabat amaris,
Largus opum, et lingua melior, sed frigida bello
Dextera, consiliis habitus non futilis auctor,
Seditione potens (genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)
Surgit, et his onerat dictis, atque aggerat iras:
Rem nulli obscuram, nostrae nec vocis egentem,
Consulis, o bone rex. Cuncti se scire fatentur,
Quid Fortuna ferat populi; sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatusque remittat,
Cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros
(Dicam

330 FERANT) *Ferunt* Gudianus a manu prima. *firmant* prior Hamburgicus.

331 LATINOS) *Latini* Sprotianus, Leidensis, Bigotianus, et pro varia lectione prior Hamburgicus.

332 RAMOS) *Ramum* secundus Moretanus.

333 EBORISQVE, AVRIQVE) Cuiacius lib. XIV. Obs. 24. Chiasmi genus esse docet. quem vide.

336 INFENSVS) *Infessus* pro *infestus* Venetus.

337 STIMVLISQVE) *Stimulis* Francianus.

338 BELLO) *Bellum* secundus Rottendorphius. *bella* manus prima Mentelii secundi. *opum*, *lingua* Parrhas.

341 FEREBAT) *Ferebant* alter Mentelianus a prima, Gudianus a secunda manu. etiam Hugenianus.

342 AGGERAT) *Agregat* Dorvil.

344 SE SCIRE) *Te scire* Dorvil. a m. sec.

345 FERAT) *Petat* prior Mentelius, cum decem aliis. etiam Gudianus, sed a secunda manu. *Petat* etiam Zulichemius, Bigotianus, Paris. tres Leidenses et alii. *populis et* Sprotianus. *ferat* est postulet. ut *fert aetas* et similia in Terentio Andr. II. VI. II. *tempus* Adelph. V. III. 53. et passim. inde illud *petit* a Glossatore irrepsit.

347 AVSPICIVM) *Auspicium infaudum* Leidensis. pro

 vulgata

(Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)
Lumina tot cecidiſſe ducum, totamque videmus
Conſediſſe urbem luctu: dum Troia tentat
Caſtra, fugae fidens, et coelum territat armis.
Vnum etiam donis iſtis, quae plurima mitti
Dardanidis dicique iubes, unum, optime regum,
Adiicias; nec te ullius violentia vincat,
Quin natam egregio genero dignisque hymenaeis
Des pater, et pacem hanc aeterno foedere iungas.
Quod ſi tantus habet mentis et pectora terror;
Ipſum obteſtemur, veniamque oremus ab ipſo:
Cedat, ius proprium regi, patriaeque remittat.
Quid miſeros toties in aperta pericula civis
Proiicis, o Latio caput horum et cauſſa malorum?
Nulla ſalus bello: pacem te poſcimus omnes,
Turne;

vulgata ſtat Donatus ad Terent. Phorm. II. 1. 2. *infauſtum auſpicium* Parrhaſ.

350 LVCTV) *In luctu* Montalbanius, Venetus, ſecundus Rottendorphius, et primus Moreti, cum Excerptis noſtris. *in luctus* Parrhaſ. *conſidiſſe* etiam Zulichemius. *Troica* alter Hamburgicus. *captat* Leidenſis.

352 QVAE PLVRIMA MITTI DARDANIDIS DVCIQVE IVBES) *Mittis* Francianus: male *dici* ad mandata refert Cerda. vid. ad Ovid. VI Faſt. 394.

354 VIOLENTIA) *Sententia* Bigotianus et prior Hamburgicus pro diverſa lectione.

355 DIGNISQVE) *Dignis* Dorvil.

356 DES PATER) *Das pater* primus Moreti. *hanc* deeſt Veneto. *firmes* primus Moreti, Parrhaſianus, et pro varia lectione Zulichemius, et prior Hamburgicus. *finges* ſecundus Rottendorphius a manu prima. *huic aeterno* Francianus. mox, *habet metus et pectore* idem.

Ibid. IVNGAS) Mox ad v. 363. *firmes* Servius habet. et Dorvill.

358 OBTESTEMVR) *Obteſtamur* Gudianus a manu prima. *rogemus* Zulichemius. *precemur* ſecundus Rottendorphius.

359 PROPRIVM) Vel *patrium* Zulichemius.

360 APERTA) Deerat haec vox Franciano.

361 MALORVM) *Laborum* in Moretano quarto. vide lib. VII. Aeneid. 481. *A Latio* Francianus. vulgatam agnoſcit Donatus ad Terent. Andr. II. VI. ult.

362 TE POSCIMVS) *Depoſcimus* Ed. Venet. *pacem bello te* Dorvil. vid. ſupr. v. 102.

364 PRI-

Turne; simul pacis solum inviolabile pignus.
Primus ego (invisum quem tu tibi fingis, et esse
Nil moror) en supplex venio. Miserere tuorum;
Pone animos, et pulsus abi. Sat funera fusi
Vidimus, ingentis et desolavimus agros.
Aut, si fama movet, si tantum pectore robur
Concipis, et si adeo dotalis regia cordi est;
Aude, atque adversum fidens fer pectus in hostem.
Scilicet, ut Turno contingat regia coniunx,
Nos, animae viles, inhumata infletaque turba,
Sternamur campis. Et iam tu, si qua tibi vis,
Si patrii quid Martis habes, illum adspice contra,
Qui vocat.
Talibus exarsit dictis violentia Turni:
Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces:
Larga

364 PRIMVS EGO) *Primus age* Venetus. *fingis obesse* alter Menagii. *inesse* Venetus. *veniam* etiam Zulichemius a manu prima. *et supplex* Francianus.

366 FVNERA FVSI) *Funere fuso* Gudianus a manu prima. Et Mentelius tertius, *funere fusi, fusus abi. sat funere fusi* Parrhas. *funere fusi.* Reg. *fusis* Mediceus.

367 DESOLAVIMVS) *Despoliavimus* Gudianus a manu prima.

368 MOVET) *Monet* Montalbanius. *robor* Gudianus.

369 ET SI ADEO) *Aut si* Mediceus. *at si* prior Hamburgicus. mox *fer pectora in hostem* alter Mentelius a manu prima. Et ita Excerpta nostra. *est* deest Veneto.

370 FIDENS FER) *Fer fidens* Francianus.

371 SCILICET) *Si licet* Dorvill.

372 INHVMATA) *Infleta, inhumataque* Ed. pr.

373 STERNAMVR) *Sternemur c. et tu iam* Ed. pr.

Ibid. ETIAM) *Et iam* cum membranis. *Iam deest* Zulichemio. *si, et tu si qua* Dorvil.

374 ILLVM) *Solum* Waddel. Anim. Critic. p. 73.

375 QVI VOCAT) Supplebat Leidensis, *audacem solum te in proelia dura. quid vocat* Gudianus et tertius Rottendorp. a m. pr.

377 IMO PECTORE) In Mentelii priore erasa erat vetus lectio, sed videbatur fuisse, *imo a pectore. rumpitque imo de* Oudartii. in secundo Moretano deerant voces *has imo. imo de pectore* alter Hamburgensis. *rupitque* Paris. et Parrhas.

378 LAR-

Larga quidem, Drance, semper tibi copia fandi,
Tum, cum bella manus poscunt; patribusque vocatis
Primus ades: sed non replenda est curia verbis,
Quae tuto tibi magna volant, dum distinet hostem
Agger moerorum, nec inundant sanguine fossae.
Proinde tona eloquio, solitum tibi: meque timoris
Argue tu, Drance; quando tot stragis acervos
Teucrorum tua dextra dedit, passimque tropaeis
Insignis agros. Possit quid vivida virtus,
Experiare licet: nec longe scilicet hostes
Quaerendi nobis: circumstant undique muros.
Imus in adversos? quid cessas? an tibi Mavors
Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus istis,
Semper erit?

Pulsus

378 LARGA QVIDEM) *Longa quidem* Zulichemius a manu secunda. qui et *Drances.*

380 REPLENDA) *Complenda* Francianus.

381 DISTINET) Vid. ad lib. X. 24. *detinet* Dorvil.

383 TONA ELOQVIO) *Sona eloquio* Vratislaviensis. *solito* Oudartii, Sprotianus, Bigotianus, Parrhas. et Dorvil. a secunda manu, ut et prior Hamburgicus. *meque furoris* Montalbanius, qui et *Drances.* ut et Bigotianus, et primus Moreti. sed vulgata est apud Rufinian. de figuris pag. 24.

384 ARGVE TV) *Arguito Dr.* Ed. pr.

Ibid. TOT STRAGIS ACERVOS) *Caedis acervos* habet Quinctil. lib. IX. 2. p. 781. ut lib. X. 245. et supr. h. l. 207.

385 TEVCRORVM) *Teucrum tot tua* secundus Moreti. *tua tela* Zulichemius a manu prima.

386 INSIGNIS) *Insignis tot agros* Zulichemius. *insignes* Sprotianus, Montalbanius, et Mentelius secundus. *insignis campos* duo Rottendorphii. *sparsit quid* Sprotianus pro varia lectione. *quod* Zulichemius a manu prima. mox *libet* Menagii prior. *non longe* prior Hamburgicus. *longo* Excerpta nostra.

388 QVAERENDI NOBIS) *Quaerendi vobis* Zulichemius a manu secunda, *circumdant* a prima. et Sprotianus et alter Menagii. et Ald. vide Donat. ad Terent. Phorm. II. III. 43.

391 SEMPER ERIT) Mediceus supplementi loco addit, *nequiquam armis terrebimus hostem.* Leidensis, *numquamne fines fallacia verba.*

392 AVT

Pulſus ego? aut quiſquam merito, foediſſime, pulſum
Arguet, Iliaco tumidum qui creſcere Thybrim
Sanguine, et Euandri totam cum ſtirpe videbit
Procubuiſſe domum, atque exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias et Pandarus ingens,
Et quos mille die victor ſub Tartara miſi,
Incluſus muris, hoſtilique aggere ſeptus.
Nulla ſalus bello. Capiti cane talia demens
Dardanio, rebuſque tuis. Proinde omnia magno
Ne ceſſa turbare metu, atque extollere vires
Gentis bis victae; contra premere arma Latini.
Nunc et Myrmidonum proceres Phrygia arma tre-
Nunc et Tydides, et Lariſſaeus Achilles: [miſcunt,
Amnis et Hadriacas retro fugit Aufidus undas.

Vel

392 AVT QVISQVAM) *An quiſquam* Leidenſis. *an merito quiſquam* Parrhaſ. *arguit* Oudartii. *aut quiſnam* Ed. pr.

394 TOTAM CVM STIRPE) *Tota cum ſtirpe* primus Moretanus, et prior Hamburgicus pro diverſa lectione. Et Parrhaſ.

395 EXVTOS) *Exhauſtos* prior Hamburgicus pro varia lectione. et ita Oudartii. *Arcades* Dorvill.

396 HAVD) *Aut ita*, et poſt *miſi* nota interrogationis Ed. Venet. *Bandarus* Dorvil.

397 QVOS) *Quo* Francianus.

398 HOSTILIQVE) *Vtilique* Excerpta noſtra.

399 CANE) Simile aliquantum illud Papinii lib. XI. Theb. 299. *Canere illa patrem et iactare decebat*. vid. et lib. III. 648. et ibi Lutatium.

400 PROINDE) *Proin* Oudartii.

403 TREMISCVNT) *Tremeſcunt* Mediceus, Regius, Mentelii prior, et multi alii. Trappius pro *tremuerunt* capit. vid. lib. VII. 363.

404 NVNC ET) *Et nunc* prior Hamburgenſis.

405 AVFIDVS) Lege *Appulus*, inquit Faber. Sed refutat vir doctus in Obſerv. Miſc. Critic. Vol. I. p. 23. Obſervandum vero, hic Virgilium *amnem Aufidum* dicere. quod Geographi potius eſſe quam Poëtae dicit Bentlei. ad Manil. III. 272. cui *amnis Nilus* non placet, et ut ſolet, Manilio obtrudit longe alia verba, ſine ulla Mſſ. auctoritate. ergo nec *flumen Ganges* apud Ovid. V. Met. 47. tolerari deberet, nec *Frigidus amnis* apud Claudian. III. Conſ. Honor. 99. *Amnis ad Hadriacas* Parrhaſ. et Dorvill.

406 VEL

Vel cum ſe pavidum contra mea iurgia fingit
Artificis ſcelus, et formidine crimen acerbat.
Numquam animam talem dextra hac(abſiſte moveri)
Amittes: habitet tecum, et ſit pectore in iſto.
Nunc ad te, et tua magna, pater, conſulta revertor.
Si nullam noſtris ultra ſpem ponis in armis;
Si tam deſerti ſumus, et ſemel agmine verſo
Funditus occidimus, neque habet Fortuna regreſſum;
Oremus pacem, et dextras tendamus inertis.
Quamquam, o, ſi ſolitae quidquam virtutis adeſſet,
Ille mihi ante alios fortunatuſque laborum,
Egregiuſque animi, qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, et humum ſemel ore momordit.
Sin et opes nobis, et adhuc intacta iuventus,
Auxilioque urbes Italae, populique ſuperſunt;

Sin

406 VEL CVM SE PAVIDVM CONTRA MEA IVRGIA FINGIT) *Iurgia iactat* Bigotianus. et ita Quinctilian. vid. Toll. ad Longin. XXVII. Geſnerus archaiſmum in particula *vel* quaerit, et certum habet aliqua in Quinctiliano praeceſſiſſe de particulis, quae interciderunt.

407 ACERBAT) *Acervat* Francian. Dorvil.

408 DEXTRA HAC) *Dextra ac aſſiſte* Dorvil.

410 MAGNE PATER CONSVLTA) *Ad te, tua magne* Mentelii primus. *revertar* Leidenſis.

412 DESERTI) *Deſerto* Hugenianus. *et ſi ſemel* alter Hamburg. *ſimul* Gudianus, Ed pr.

413 NEC HABET) *Neque* ex ſcriptis. praeterea *recurſum* Leidenſis. *regreſſus* in altero Hamburgico. Vid. ad Ovid. VI. Met. 450.

414 DEXTRAS TENDAMVS INERMES) Vid. lib. X. 595. et inf. 672. *reddemus* Zulichemius a manu prima. in Servio forte legendum *foeditatem rei verbis expreſſit*, pro *felicitatem*, quae huc nihil facit.

416 LABORVM) *Malorum* alter Hamburgicus.

418 HVMVM SEMEL ORE MOMORDIT) *Simul* Zulichemius a manu prima. et Ed. Venet.

419 SIN ET) *Quin et* Montalbanius pro varia lectione. *ſunt et opes* Ed. Venet. et Dorvil. a m. ſec.

420 SVPERSVNT) Servii explicationem veram adſtruunt illa quae adtuli ad Ovid. II. Triſt. 69. et ad Val. Flac. V. 237.

421 SVNT

Sin et Troianis cum multo gloria venit
Sanguine; funt illis fua funera, parque per omnis
Tempeftas; cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies variique labor mutabilis aevi
Retulit in melius: multos alterna revifens
Lufit, et in folido rurfus Fortuna locavit.
Non erit auxilio nobis Aetolus, et Arpi.
At Meffapus erit, felixque Tolumnius, et quos
Tot populi mifere duces. Nec tarda fequetur
Gloria delectos Latio et Laurentibus agris.
Eft et Volfcorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, et florentis aere catervas.
Quod fi me folum Teucri in certamina pofcunt,
Idque placet, tantumque bonis communibus obfto:
Non adeo has exofa manus Victoria fugit,
Vt tanta quidquam pro fpe tentare recufem.
Ibo animis contra: vel magnum praeftet Achillem,
Factaque Volcani manibus paria induat arma
Ille licet. Vobis animam hanc foceroque Latino
Turnus

422 SVNT ILLIS) *Sint illis* prior Hamburgicus. Heinfius corrigebat *fin. illi* Leidenfis a manu prima. et ita edidit Dan. Heinf. *vulnera* Bigotianus.

425 VARIVSQVE LABOR MVTABILIS AEVI) *Variifque* Dorvill. *alterna recufos* Francian.

427 IN SOLIDO) *Solito* fecundus Rottendorphius. et Dorvil. a m. fec. *folio* Zulichemius et Parrhaf.

429 TOLVMNIVS) *Tolonius* Parrhaf.

430 NEC TARDA) *Nec tanta* Excerpta noftra. *fequentur* Bigotianus.

431 DELECTOS) *Deiectos* Moretanus tertius, uterque Hamburgicus, tertius Rottendorphius, Montalbanius, tum et prior Mentelius a prima, Gudianus a fecunda manu. ut ad Troianos referatur. Ita et Parifinus. in Mediceo hic verfus poftponebatur fequenti. *delectas* Parrhaf.

433 ET FLORENTIS) *Et* deeft Dorvil.

434 QVOD SI) Ita et Sprotianus. *Quos fi* Hugenianus. *in certamine* Mentelii prior et Francianus. v. fup. v. 221.

439 PARIA) *Patria* Dorvill. et Zulichemius a manu fecunda. *ille libet* Bigotianus. *illa licet* primus Moreti. . *ire licet* Parrhaf.

440 DE-

Turnus ego, haud ulli veterum virtute fecundus,
Devovi. Solum Aeneas vocat. Et, vocet oro.
Nec Drances potius, five eft haec ira deorum,
Morte luat: five eft virtus et gloria, tollat.
Illi haec inter fe dubiis de rebus agebant
Certantes: caftra Aeneas aciemque movebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnifque urbem terroribus inplet:
Inftructos acie Tiberino a flumine Teucros,
Tyrrhenamque manum totis defcendere campis.
Extemplo turbati animi, concuffaque volgi
Pectora, et adrectae ftimulis haud mollibus irae.
Arma manu trepidi pofcunt: fremit arma iuventus.
Flent maefti muffantque patres. Hic undique cla-
Diffenfu vario magnus fe tollit in auras. [mor
Haud fecus, atque alto in luco cum forte catervae
Confedere avium, pifcofove amne Padufae
Dant

442 DEVOVEO) *Devovi* ex fcriptis omnibus et Donato. *Devovi* etiam Serv. ad XII. 234. *Aeneas folum* alter Hamburgenfis.

Ibid. ORO) *Orat* Hugenianus. *omen* fecundus Rottendorphius.

443 IRA) *Cura* Montalbanius. *haec eft* Francianus.

444 TOLLAT) Referat fructum et laudem. ita *tollere* ex agris. vid. ad Ovid.

445 ILLI) *Olli inter fefe dubiis* Ed. pr.

Ibid. DVBIIS) *Variis* Parrhafianus. forte. *dubiis dum rebus agebant.*

446 ACIEMQVE) *Acieque* Venetus. *vocabat* Oudartii pro varia lectione.

Ibid. MOVEBAT). *Movebant* Dorvil.

447 TECTA) *Caftra* fecundus Moretl.

448 INPLET) *Implent* Hugenianus. *magnis urbem* Parrhaf.

450 DESCENDERE) *Decedere* Hugenianus.

451 CONCVSSAQVE) *Confufaque* Parrhaf.

453 HAVD MOLLIBVS) *Non mollibus* Bigotianus. *mollibus aures* Montalbanius. *arreptae* Zulichemius. mox *hinc undique* plures. *fic undique* Dorvill. *Diffeffu* tertius Rottendorphius.

456 IN LVCO) *In* deeft Excerptis noftris. pro *forte*, *fronte* alter Hamburgicus. *confidere* Hugenianus et tertius Mentelii. *pifcofoque* Leidenfis, Mentelii prior et fex feptemve alii. *pifcofaeve* Oudartii.

457 AVIVM) *Amni* Parrhaf. *confidere* Regius.

458 LO-

Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.
Immo, ait, o cives, adrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium, et pacem laudate sedentes:
Illi armis in regna ruant. Nec plura locutus
Corripuit sese, et tectis citus extulit altis.
Tu, Voluse, armari Volscorum edice maniplis:
Duc, ait, et Rutulos. Equitem Messapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus urbis firment, turresque capessant:
Cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma:
Illicet in muros tota discurritur urbe.
Concilium ipse pater et magna incepta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus tempore differt:
Multaque se incusat, qui non acceperit ultro
Darda-

458 LOQVACIA CYCNI) *Nivei* Moret. qu. et Vratislaviensis. *liquentia* Bigotianus et Ed. Venet. *loquentia* Codd. apud Serv. ad VIII. Ecl. 22. *liquencia* Dorvill. vid. H. Steph. Diss. de Criticis p. 74.

460 SEDENTES) *Sequentes* Bigotianus. *et* deest quarto Moreti.

461 RVVNT) *Ruant* praefert Heins. quod in nonnullis suorum Pierius exstare monet, quamquam pro vulgata scriptura digladiatur ipse. sed *ruant* ex Heinsii etiam Hamburgicus prior, et alter Vossianus, cum Schefferio et Leidensi. *in tecta ruunt* legitur apud Scholiasten Statii lib. Theb. VII. 612. Et ita Ed. Mediol. *ad tecta ruunt* Ed. pr.

463 TV, VOLVSE) *Tum Volsce* Ed. Venet. *Tu Volsce* Dorvil. et Ed. Mediol.

Ibid. EDICE) *Dice* alter Hamburgicus. *dux*, *ait* Venetus. *dixerat* Bigotianus.

465 DIFFVNDITE) *Effundite* Francianus.

466 FIRMENT) *Firmant* prior Hamburgicus et Venetus, qui et *capessunt* habet. *firmet* et *capescet* Ed. pr. *capessant* Ald.

Ibid. IVSSO) *Iubeo* Vratislaviensis. *qui iusso* Bigotianus. *iusso* est pro *iussero*. Senec. Epist. LVIII. vid. ad Sil. Ital. XII. 175. et ad Caton. d. R. R. XIV.

468 ILICET) Charis. lib. II. de Inst. Gr. p. 180.

Ibid. DISCVRRITVR) *Distrabitur* Francianus, contra metrum.

469 CONCILIVM) *Consilium* Regius.

470 TEMPORE) *Pectore* Ed. Mediol. Ald.

471 QVI NON ACCEPERIT) *Quod non acceperit* Gudianus et Venetus. item Mentelianus prior a manu secunda. *Acceperat* Bigotianus. *quod* etiam Excerpta nostra.

Dardanium Aenean, generumque adsciverit urbi.
Praefodiunt alii portas, aut saxa sudesque
Subvectant: bello dat signum rauca cruentum
Buccina. Tum muros varia cinxere corona
Matronae puerique: vocat labor ultimus omnis.
Necnon ad templum summasque ad Palladis arces
Subvehitur magna matrum regina caterva,
Dona ferens: iuxtaque comes Lavinia virgo,
Caussa mali tanti, oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, et templum ture vaporant;
Et maestas alto fundunt de limine voces:
Armipotens, praeses belli, Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygii praedonis, et ipsum
Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in proelia Turnus.
Iamque adeo Rutulum thoraca indutus aënis
Horrebat squamis, surasque incluserat auro,

Tempo-

473 PRAEFODIVNT) *Perfodiunt* Venetus et quartus Moretanus et Francianus.

474 SVBVECTANT) *Subiiciunt* Catrocus.

476 VOCAT) *Labor vocat* Parrhas.

477 AD TEMPLVM) *Et templum* Leidensis. *magnasque ad* Ed. pr.

479 IVXTA) Scil. sedens. ut Cerdae scrupulus tollatur.

480 CAVSSA MALI TANTI) *Mali tantique* Parrhas. *malis tantis* Regius. hoc quidem recte. vid. ad IV. Aen. 290. et ad Ovid. Ep. XVIII. 200. et alibi. sed hic ob sequentes voces in *s* exeuntes *mali tanti* praestat. vid. et sup. VI. 90. *oculis deiecta decoris* secundus Rottendorphius. *atque* est in Franciano et Ald. et agnoscit Serv. ad XII. 66.

481 TVRE) *Tura* Mentelii prior, ut *tura* sit nominativi casus.

482 DE LIMINE) *De pectore* in nonnullis Heinsii. Ita Parrhasianus.

483 BELLI PRAESES) *Praesens belli et Saturnia virgo* Parrhas. sed hoc a m. sec. *praesens belli Trit.* Ed. pr. *portisque*, vel *pontisque* Leidensis.

485 PRONVM) *Sterne solo pronum* Parrhas. *solo et portis* Ed. pr. *sub ipsis* prior Hamburgensis a manu secunda.

486 CERTATIM IN PROELIA) *Certatim proelia* Gudianus. quomodo, *lateri cingitur ensem.* ut sit Graecismus. *In funera* prior Hamburgicus a manu prima.

491 PRAE-

Tempora nudus adhuc; laterique adcinxerat ensem,
Fulgebatque alta decurrens aureus arce:
Exsultatque animis, et spe iam praecipit hostem.
Qualis, ubi abruptis fugit praesepia vinclis,
Tandem liber equus, campoque potitus aperto,
Aut ille in pastus armentaque tendit equarum,
Aut adsuetus aquae perfundi flumine noto
Emicat, adrectisque fremit cervicibus alte
Luxurians: luduntque iubae per colla, per armos.
Obvia cui, Volscorum acie comitante, Camilla
Occurrit, portisque ab equo regina sub ipsis
Desiluit. Quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis. Tum talia fatur:
Turne, sui merito si qua est fiducia forti,
Audeo, et Aeneadum promitto occurrere turmae,
Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, et moenia serva.
Turnus ad haec, oculos horrenda in virgine fixus:
O de-

491 PRAECIPIT) *Praeripit* Vratislaviensis. et ita Inrerpres Statii II. Theb. 133. vide sup. lib. X. 277. vid. et sup. v. 18. *exsultans animis* etiam II. 386.

492 ABRVPTIS) *Adruptis* Regius.

493 CAMPOQVE) *Pratoque* Dorvil. *potitur* Catroeus praetulit.

494 IN PASTVS) *Impastus a. t. aquarum* Francianus. *impastus* etiam Parrhal. et Dorvill.

495 AQVAE) *Equae* Bigotianus. *profundi* Venetus. *toto* Zulichemius a manu prima et Ed. pr. *nando* prior Hamburgicus. *cervicibus altis* secundus Rottendorphius. *Luxorians* Gudianus. *luduntque comae* Oudartii.

498 VOLSCORVM ACIE) *Grege Volscorum* Sprotianus.

500 DESILVIT) *Dissiluit* nonnulli scripti, et Ed. pr. mox *deflexit* alter Hamburgicus. *cum talia* Montalbanius.

502 FIDVCIA) *Audacia* Venetus.

503 TVRMAE) *Turbae* Bigotianus.

506 SVBSISTE) *Obsiste* Hugenianus.

507 HORRENDA IN VIRGINE FIXVS) *Horrenda virgine fixis* Mediceus a manu prima. in primo Moretano ac Vossiano priore, *oculos fixos*. ut fortasse scribendum sit, *oculis h. in virgine fixis*. nam Pierius *fixit* in nonnullis invenit. *Fixit* Spro-

O decus Italiae, virgo, quas dicere gratis,
Quasve referre parem? sed nunc, est omnia quando
Iste animus supra, mecum partire laborem.
Aeneas, ut fama fidem missique reportant
Exploratores, equitum levia inprobus arma
Praemisit, quaterent campos: ipse ardua montis
Per deserta iugo superans adventat ad urbem.
Furta paro belli convexo in tramite silvae,
Vt bivias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem conlatis excipe signis:
Tecum acer Messapus erit, turmaeque Latinae,
Tiburnique manus: ducis et tu concipe curam.
Sic ait, et paribus Messapum in proelia dictis
Hortatur, sociosque duces; et pergit in hostem.
Est curvo amfractu valles, adcommoda fraudi
Armo-

Sprotianus et prior Hamburgicus pro varia lectione. *fixos* Hugenianus. *Fixus* Francianus et Parrhas. vid. lib. XII. 172.

509 QVASVE) *Quasque* Venetus.

510 ISTE ANIMVS SVPRA, MECVM) Mediceus a manu prima. *Iste animus super: at mecum partire laborem. Ista* volebat idem Heinsius.

514 PROPERANS) *Iugum superans* alter Hamburgicus. *superas* alter Menagii. *advenit* Oudartii. *iugo superans* Francianus. sive vero *ad* vel *in urbem* legas, satis infestum animum prodit. vid. ad Phaedr. I. Fab. 21. *ad* praeferrem tamen, quia ad moenia et muros venit. ut ita *ad urbem* esse, pro in suburbanis passim dicitur.

515 BELLI) Hic distinguebat Zulichemius. *convexa* Leidensis.

516 VT BIVIAS) *Armato ut binas* Ed. pr. *ut binas* Vratislav. *obsidant* Mediol. et ita Lutat. ad Stat. I. Theb. 609. *obsidem* Leidensis.

517 EXCIPE) *Accipe* Ed. pr.

519 TIBVRTIQVE MANVS) *Tiburnique* vetustiores Heinsii cum Donato. Montalbanius addit glossam *a Castro*. Mentelianus *a loco*. nonnulli adscriptum habent *Catillus et Coras*. distinguunt praeterea, *Tiburnique manus ducis*, praeter Menagianum. *Tiburni manus* ad Tiburnum fluvium Tibur alluentem refer. *Tiburtique* Regius, Dorvil. Ald.

521 PERGIT) Vel *tendit* prior Hamburgicus. *in hostes* vel *hostis* nonnulli. mox *curva* Excerpta nostra.

522 VALLES) *Vallis* Mentelii prior, Gudianus, Zulichemius, et nonnulli alii, Ald. et
Ed.

Armorumque dolis. Quam densis frondibus atrum
Vrguet utrimque latus; tenuis quo semita ducit,
Angustaeque ferunt fauces aditusque maligni.
Hanc super in speculis summoque in vertice montis
Planities ignota iacet, tutique receptus:
Seu dextra laevaque velis occurrere pugnae:
Sive instare iugis, et grandia volvere saxa.
Huc iuvenis nota fertur regione viarum;
Adripuitque locum, et silvis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex virginibus sociis sacraque caterva
Conpellabat, et has tristi Latonia voces

Ore

Ed. pr. vid. ad Phaedr. apud Claudian. IV. Conf. Honor. v. 327. *quae fraudi accommoda vallis*, ut Heinsius volebat. conferendus hic locus cum Stat. II. Theb. 498. et videndus Barthius.

523 ARMORVMQVE) Id est bellorum. vid. Barth. ad Stat. III. Theb. 7.

Ibid. ATRVM) *Artum* Excerpta nostra.

524 VTRIMQVE) *Vtrumque* Parrhas.

Ibid. QVA SEMITA DVCIT) *Quam* Editio Iuntina. *qua* Ald.

525 FERVNT) *Fremunt* Bigotianus. forte *premunt* Heinsius legendum notaverat. mox versus *Hanc super* praeponitur praecedenti in Regio.

527 RECEPTVS) *Recessus* Ed. Mediol. *immota* Parrhas. vid. ad III. Georg. 416. *ignotam* fuisse vix vero simile, quia iam venatu et legati et iuvenes Troiani excusserant loca illa, ut supr. VII. 149. 477. *immota* autem est a tumultu telicio, qui vicina loca infestabat, immunis. sic Venatores *movere silvas* dicuntur Gratio Cyneg. v. 9. sic *movere fora* Iuven. II. Sat. 52. sic de aqua et mari, quod *motum* et *immotum* saepe a nostro etiam dicitur.

528 OCCVRRERE) *Concurrere* Venetus et duo Leidenses, cum Excerptis nostris. *pugnis* prior Hamburgicus pro varia lectione.

529 VOLVERE) *Evolvere* secundus Mentelius. *involvere* Leidensis. *aut grandia* Dorvill.

530 INSEDIT) *Insidit* Hugenianus. *sedit* Montalbanius. ut sit hiatus et ultima in *locum* non elidatur. sed vulgata est apud Servium ad V. Aen. 203. *arripiuntque* etiam secundus Moreti.

532 OPIM) *Opin* apud Macrobium libr. V. Saturn. cap. 22. Et ita Excerpta nostra. in Zulichemio adscripta glossa *Ancillam Iunonis vel Dianae*. *Opem* alter Hamburgensis.

533 SOCIIS SACRAQVE) *Socia sacrisque* Hugenianus.

534 TRISTES) *Tristi ore* princeps Pierii Vaticanus, aliique nonnulli. quod placet prae

V 3 vulgato.

Ore dabat: Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, et nostris nequidquam cingitur armis,
Cara mihi ante alias. Neque enim novus iste Dianae
Venit amor, subitaque animum dulcedine movit.
Pulsus ob invidiam regno viresque superbas
Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe,
Infantem, fugiens media inter proelia belli,
Sustulit exsilio comitem, matrisque vocavit
Nomine Casmillae, mutata parte, Camillam.
Ipse, sinu prae se portans, iuga longa petebat
Solorum nemorum: tela undique saeva premebant,
Et circumfuso volitabant milite Volsci.

Ecce

vulgato. *tristis* apud Macrobium lib. v. Saturn. cap. 22. in nonnullis codicibus *tristes*. sed *tristis* non temere mutandum, sive ad *voces*, sive ad *Latoniam* referatur, de quo Donatum Serviumque videas dubitare. pro *Latonia* in altero Hamburgico, *Latoida*, pro *Latoia*, vel *Letoia* putat Heins. de quo vocabulo ad Nasonem III. Trist. II. 3. *Tristes* Parrhas. Dorvil. et Ed. Mediol. et Ald. vide virum doctum in Miscell. Observ. Critic. T. v. pag. 120. Donatus bis tristis intelligit, tristis Latonia tristes voces dabat. vid. Brouckh. ad Prop. II. XIII. 27.

535 BELLVM AD) Praepositionem ignorat Venetus.

537 NEC ENIM) *Enim* deest Mentelio et Moretano primis. *ista* secundus Moreti. sed vulgata apud Donat. ad Terent. Andr. III. III. 7. *novus* deerat Dorvil.

538 SVBITAQVE) *Subitique* Montalbanius. *formidine* Francianus.

540 PRIVERNO) *Privernum* Serv. ad VII. 803.

Ibid. VRBE) *Vrbem* Excerpta nostra.

542 VOCAVIT) *Locavit* Gudianus. *Vocari* Parrhasianus.

543 CASMILLAE) Id est una litera extrita. codices tamen Heinsii et omnes Pieriani *mutata*, quomodo et Macrobius prae se fert lib. III. Saturn. cap. 8. *Casmillae* etiam in omnibus scriptis, non *Scamillae*, quod editiones nonnullas occupavit. *Carmillae* Gudianus a manu prima. *Casmile* Dorvil. *mutilata* mihi magis placet. sic apud Stat. IV. Silv. VIII. 24. *Sic fertilis, oro, Stet domus, et donis numquam mutata sacratis.* ubi Markl. *nudata*, sed rectius Heinsius *mutilata*. Varr. I. de R. R. 31. *palma a pariendo parilema, exin mutatis literis, ut in multis dici coepta palma.* ita Victorius. ego malim *mutilatis*, nam nullae literae mutantur, sed r. i. e. eiiciuntur et mutilantur, unde ex *parilema* fit *palma*.

545 TELA) *Bella* Ed. pr.

546 VOLITABANT) *Pendebant* Sprotianus.

547 ABVN-

Ecce, fugae medio fummis Amafenus abundans
Spumabat ripis; tantus fe nubibus imber
Ruperat. Ille, innare parans, infantis amore
Tardatur, caroque oneri timet. Omnia fecum
Verfanti fubito vix haec fententia fedit.
Telum inmane, manu valida quod forte gerebat
Bellator, folidum nodis et robore cocto;
Huic natam, libro et filveftri fubere claufam,
Implicat, atque habilem mediae circumligat haftae:
Quam dextra ingenti librans ita ad aethera fatur:
Alma, tibi hanc, nemorum cultrix, Latonia virgo,
Ipfe pater famulam voveo: tua prima per auras
Tela tenens fupplex hoftem fugit. Accipe, teftor,
Diva tuam, quae nunc dubiis committitur auris.
Dixit, et adducto contortum haftile lacerto
Inmittit: fonuere undae. Rapidum fuper amnem
Infelix fugit in iaculo ftridente Camilla.
At Metabus, magna propius iam urguente caterva,
Dat fefe fluvio, atque haftam cum virgine victor
Gramineo donum Triviae de cefpite vellit.

Non

547 ABVNDANS) Ita enim nonnulli ex fcriptis. *ab undis* Excerpta noftra. et Parrhaf.

549 RVPERAT) *Rupere* Hugenianus. mox *tardatus* Sprotianus.

554 HVIC NATAM) *Hic* Hugenianus. *gratam* Sprotianus pro *gnatam*. ut habet Leidenfis.

557 TIBI HANC) *Hanc* deeft Dorvil.

560 AVRIS) *Armis* fecundus Rottendorphius.

561 CONTORTVM) *Contentum* in priore Menagiano et tertio Mentelio. Vid. lib. V. 526. *Abducto* Oudartii. *contentum* Parif.

562 VNDAE) Quî undae fonuere, cum fuper amnem volitaverit haftile? an *aurae*? fed iam bis praeceffit illa vox. inf. 863.

564 IAM VRGVENTE) Tò *iam* abeft a Mediceo. *Propius magna* fecundus Moreti, Mentelii prior, Parif. et fex feptemve alii.

566 DONVM TRIVIAE) Interpretor falvam numine Dianae puellam. in Servio lego, *quoniam patri Diana fervaverat.*

567 MOENIBVS) *Montibus* alter Hamburgicus. vid. ad Ovid. IV. Met. 645. *urbis* Venetus. *Excepere* Sprotianus.

568 IPSE)

Non illum tectis ullae, non moenibus urbes
Adcepere, neque ipſe manus feritate dediſſet:
Paſtorum et ſolis exegit montibus aevum.
Hinc natam, in dumis interque horrentia luſtra,
Armentalis equae mammis et lacte ferino
Nutribat, teneris inmulgens ubera labris.
Vtque pedum primis infans veſtigia plantis
Inſtiterat, iaculo palmas oneravit acuto:
Spiculaque ex humero parvae ſuſpendit, et arcum.
Pro crinali auro, pro longae tegmine pallae,
Tigridis exuviae per dorſum a vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torſit,
Et fundam tereti circum caput egit habena:
Strymoniamque gruem, aut album deiecit olorem.
Multae illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres
Optavere nurum. Sola contenta Diana
Aeternum telorum, et virginitatis amorem
Intemerata colit. Vellem haud correpta fuiſſet
Militia

568 IPSE) *Ille* Zulichemius. ad fulciendum verſum quidam apud Serv. ſupra ad v. 539. *neque enim ipſe* dederunt. mox *paſtorum ſolis* Oudartii. *ſolus* Parrhaſ. *Paſtorum in ſaevis* Ed. pr.

570 HINC) *Hic* Editio Iuntina et aliae. et in Zulichemiano eraſa litera *n* in *hinc* erat. rectius *hinc*, ab hoc tempore.

572 TENERIS) In codice Franciano *Teucris*. de quo vide Brouckhuſium ad Propert. IV. VI. 21. *immulcens* prior Hamburgicus.

573 PLANTIS) Mediceus *plantas*.

574 INSTITERAT) *Inſtiterant* prior Hamburgenſis. vid. ad lib. VI. 563.

Ibid. ONERAVIT) *Armavit* omnes fere, cum Excerptis noſtris. *iaculis acutis* prior Hamburgicus et Ed. pr. *oneravit* rectius, quia tenellae adhuc oneri erat iaculum. ſic Valer. Flac. I. 110. de Hyla: *Velit ille quidem. ſed dextera nondum par oneri.* ubi vide. Sil. XI. 588. *Nondum portandis habiles gravioribus armis.*

576 PALLAE) *Vittae* Oudartii. *longe* Ald.

577 A VERTICE) Praepoſitio deeſt Mentelio priori, alteri Menagio et Zulichemio et Parrhaſ. *pendunt* Montalbanius et ſecundus Moreti. *terrent* a manu ſecunda Hamburgenſis alter.

581 ILLAM) *Iam* ſecundus Moreti.

584 CORREPTA) *Corrupta* Vratislavienſis.

587 VE-

Militia tali, conata lacessere Teucros:
Cara mihi, comitumque foret nunc una mearum.
Verum age, quandoquidem fatis urguetur acerbis,
Labere, Nympha, polo, finisque invise Latinos,
Tristis ubi infausto committitur omine pugna.
Haec cape, et ultricem pharetra deprome sagittam:
Hac quicumque sacrum violarit volnere corpus,
Tros Italusve, mihi pariter det sanguine poenas.
Post ego nube cava miserandae corpus et arma
Inspoliata feram tumulo, patriaeque reponam.
Dixit: at illa levis coeli delapsa per auras
Insonuit, nigro circumdata turbine corpus.
At manus interea muris Troiana propinquat,
Etruscique duces, equitumque exercitus omnis;
Conpo-

587 VERVM AGE) *Verum age nunc quamquam* Ed. pr. Ibid. ACERBIS) Vel *iniquis* Gudianus. *iniquis* etiam in utroque Rottendorphio. *Vrgentur* Hugenianus et primus Moreti a manu prima. *iniquis* Bigotianus Dorvil. et Parrhasianus. eadem varietas a Pierio notata lib. I. 668.

589 OMINE) *Ordine* alter Hamburgicus a manu prima.

590 ET VLTRICEM) *Victricem* Mentelii prior. *hanc cape* Excerpta nostra. in primo Moretano *haec*, addita interpretatione, *tela. hoc* Ed. pr.

592 TROS ITALVSVE) *Tros Italusque* in Mediceo, Gudiano, Schefferio et Leidensi. *Hac q. sacra* Sprotianus. *violaret* Mentelii primus. *violavit* Parrhas. ut inf. 848.

593 MISERANDAE) *Miserabile* prior Hamburgicus.

594 TVMVLO) *Cumulo* Zulichemius. *tumuloque patrisque* Venetus. *intemerata feram* Francianus.

595 DEMISSA PER AVRAS) *Delapsa* Mediceus, Mentelianus uterque et Sprotianus, duo Moretani, Vossianus prior, et Schefferius. in altero Menagio *dilapsa*. deinde Mediceus *dixit et illa*. *Dilapsa* etiam Zulichemius. *delapsa* Leidensis. Parisf. et Parrhas. *dixit et* Venetus. mox *longo circumdata* Zulichemius a manu prima.

596 INSONVIT, NIGRO) *Advolat et virgo* Francianus. *insonuitque nigro* prior Hamburgicus.

597 EQVITVMQVE EXERCITVS) *Equitum exercitus* Dorvil.

598 ETRVSCIQVE) *Etrurique* Sprotianus et Montalbanius, Bigotianus et Hugenianus. *Etruriique* Mentelius primus, alter Menagianus et tertius; Rottendorphius a manu secunda.

 599 CON-

Conpositi numero in turmas. Fremite aequore toto
Insultans sonipes, et pressis pugnat habenis
Huc obversus et huc: tum late ferreus hastis
Horret ager, campique armis sublimibus ardent.
Nec non Messapus contra, celeresque Latini,
Et cum fratre Coras, et virginis ala Camillae,
Adversi campo adparent: hastasque reductis
Praetendunt longe dextris, et spicula vibrant:
Adventusque virûm fremitusque ardescit equorum.
Iamque intra iactum teli progressus uterque
Substiterat: subito erumpunt clamore, frementisque

Exhor-

599 CONPOSITI) *Composito* Zulichemius. *in turmas numero* prior Hamburgicus et secundus Moreti. *in turbas* Sprotianus. *in* deest Bigotiano et Franciano. *in turmis* Parrhas.

600 PVGNAT) Fabric. *spumat* legendum censet, sed *pugnat* hic est, contra habenas pressas luctatur. ut Ovid. IV. Ep. 79. *luctantia colla* vocat. ut contra ibid. v. 46. *sequacem equum*, qui frenis paret, dixit. *pugnat* recte Servius pro *repugnat habenis*. ita Ovidius Remed. 514. et II. Met. 87. et *freno repugnat* IV. Trist. VI. 24. *pugnare* vero ita construi docent multa loca veterum. Ovid. XVII. 189. *caepto potius pugnemus amori*. I. Met. 19. *Frigida pugnabant calidis*. et ita similia verba, *certo*, *contendo*, *luctor*, etc. vid. Lambin. ad Horat. II. Od. 6. *premere frena* Ovid. VIII. Met. 37. Claud. II. in Eutrop. 107. *pressis conspexit habenis*. contrarium est *dare habenas* mox v. 623. *pulsat* Ald.

601 OBVERSVS) *Conversus* in Mediceo, Gudiano, Sprotiano, et Leidensi. non placet. *rure obversari* apud Symmach. lib. III. Ep. I. *Iam late* prior Hamburgensis. *conversus adhuc* Francianus..

605 REDVCTIS) *Reductas* et *praetendunt*, Mediceus a manu prima. *praetendunt* etiam in altero Menagiano, et tertio Moretano, et Leidensi. *Hastisque r. praetendunt* Zulichemius. *hastasque reductas* Sprotianus. vid. ad Ovid. VIII. Met. 341.

607 FREMITVSQVE) *Et fremitus* alter Menagius.

608 INTRA) *Intus i. leti* Francianus. *iter* Venetus pro *inter*.

609 FREMENTISQVE) *Furentis exhortantur* Zulichemius, Paris. et Parrhas. et Ed. pr. *furentesque* Mediol. Ald. *substiterant* Zulichemius et Leidensis et Excepta nostra. *frementes exhortatur* Francianus. *frementes* equos proprie dici docet Lambin. ad Horat. IV. Od. 14. vid. I. Georg. 12. quia tamen praecessit v. 599. et 608. hic patior facile *furentesque*.

610 FVN-

Fxhortantur equos: fundunt ſimul undique tela
Crebra nivis ritu, coelumque obtexitur umbra.
Continuo adverſis Tyrrhenus et acer Aconteus
Conixi incurrunt haſtis, primique ruinam
Dant ſonitu ingenti, perfractaque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt. Excuſſus Aconteus,
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Praecipitat longe, et vitam diſpergit in auras.
Extemplo turbatae acies, verſique Latini
Reiiciunt parmas, et equos ad moenia vertunt.
Troës agunt: princeps turmas inducit Aſylas.
Iamque

610 FVNDVNT) *Fundit* Zulichemius a manu prima. quare Heinſius volebat *fundi*.

612 ADVERSIS) Ita Mediceus, Hugenianus, Gudianus et alter Hamburgicus. *adverſus* Francianus. *verſis* Ed. pr. *Acontheus* Menagius prior. *Acontes* Zulichemius. mox *commixti inc.* prior Hamburgicus. *connexi inc.* primus Moreti et Ed. Mediol. *occurrunt* Bigotianus. tres vero verſus 613. 614. 615. deſunt in Hugeniano, quod accidit quia *Aconteus* finit duos verſus.

613 PRIMIQVE RVINAM) In Moretanis ſecundo et quarto *Primique ruina Dant ſonitum ingenti.* ne id quidem male. cuius et veſtigia in Mediceo apparent, *ſonitum* exhibente. nec Gudianus a manu prima abludit. in quo, *ruina Dant ſonitum ingentem.* *Sonitum* etiam Excerpta noſtra. *ruina Dant ſonitum* Parrhaſ. *Dat ſonitu ingenti, perfractaque* Francian. vulgata non movenda. dant ruinam, id eſt cadunt cum magno ſonitu: ut lib. II. 465. *ea lapſa repente ruinam Cum ſonitu trahit.* ſic *ſonitum ruinae* dixit Lucan. VI. 162.

614 PERFRACTAQVE) *Praefractaque* Ed. Mediol.

615 EXCVSSVS) *Expulſus* Bigotianus.

616 ACTI) *Actus* in priore Menagio. etiam in Gudiano a manu prima. *Tormenti* Mediceus.

617 DISPERGIT) Gudianus a manu prima *diſperſit.* et ita alter Mentelius. *Diſpargit* Leidenſis. *diſparſit* alter Mentelii. *longe et vitam ſpargit* Ed. Mediol.

619 REIICIVNT PARMAS etc.) Vide Rob. Titium lib. VIII. Locor. Controv. 10.

Ibid. VERTVNT) *Verſant* alter Hamburgicus. *torquent* Ed. Mediol. *deiiciunt* quoque ſecundus Moreti.

620 AGVNT) Non recte de incurſu interpretantur. ſed verſos in fugam impellunt, et agunt. ut paſtor gregem agit. lib. V. 265. *Demoleus curſu palantes Troas agebat.* et inf. 734. *Femina palantes agit.* lib. X. 540.
quem

Iamque propinquabant portis, rurſuſque Latini
Clamorem tollunt, et mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penituſque datis referuntur habenis.
Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, ſcopuloſque ſuperiacit undam
Spumeus, extremamque ſinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque aeſtu revoluta reſorbens
Saxa fugit, lituſque vado labente relinquit.
Bis Tuſci Rutulos egere ad moenia verſos:
Bis reiecti armis reſpectant terga tegentes.
Tertia ſed poſtquam congreſſi in proelia, totaſque

Inpli-

quem congreſſus agit campo. Terent. Adelph. III. II. 21. *Caeteros ruerem, agerem, raperem, funderem, proſternerem.* Suet. Caeſ. LXVIII. *umbone obvios agens.* Iuſtin. II. 9. *cum fugientes hoſtes ad naves egiſſet.* antea dixerat, *tanta virtute pugnatum, ut hinc viros, inde pecudes putares.* mox v. 629. *Rutulos egere ad moenia verſos.*

Ibid. INDVCIT) *Invadit* Leidenſis. *invaſit Aſilas* Excerpta noſtra. *Aſillas*, vel *Aſilas* nonnulli codices. *invaſit Aſillus* Ed. pr. *inducit* non movendum, quod habet Serv. ad I. Aen. 468. ita Plaut. Amphit. I. I. 88. *Illico equites iubet dextera inducere.* ubi male *irruere* Lambinus et *inruvere* Merula ad Enn. p. 163. Livius ſaepe *inducere exercitum*, *legiones in hoſtes* dicit.

621 RVRSVSQVE) *Verſique* Pierius in ora codicis.

624 PROCVRRENS) *Procumbens*, uterque Mentelianus, prior Hamburgicus, Voſſianus alter, et alii nonnulli. Ita et Vratislavienſis. et Leidenſis, Zulichemius, Parrhaſianus, Dorvil. Bigotianus et alii. et Ed. Venet. vid. ad lib. V. 204.

625 TERRAS) Ita et noſtri, praeter Sprotianum. et Ed. pr. et Mediol. Iuntina editio *terram. unda* Mentelianus primus, Bigotianus, Hugenianus. et ſecundus et tertius Mentelii. et Mediceus. *ſuperiacet unda* ſecundus Rottendorphius et prior Hamburgicus a manu ſecunda. *ſuperiacit in unda* Francianus. *unda* Regius.

626 PERFVNDIT) *Profundit* Venetus. *ſinus* Mentelii primus.

627 REVOLVTA) *Reſoluta* Gudianus. *reſolvens* Francianus. *nunc trepidus* Zulichemius a manu ſecunda. mox idem ab eadem manu *ſaxa ferit. vado lambente* Excerpta noſtra.

629 BIS TVSCI) *Bis Teucri* Mediceus a manu prima. Et Zulichemius a manu ſecunda. *verſus* Hugenianus.

631 TOTAS) *Totaſque* duo Rottendorphii, prior Hamburgicus, Mentelius alter. quod admittendum. conſule adnotata Heinſii hoc libro v. 333. praeter-

ea

Inplicuere inter se acies, legitque virum vir;
Tum vero et gemitus morientum, et sanguine in alto
Armaque, corporaque, et permixti caede virorum
Semanimes volvuntur equi: pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,
Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus, altaque iactat
Volneris inpatiens adrecto pectore crura.
Volvitur ille excussus humi. Catillus Iolan,
Ingentemque animis, ingentem corpore et armis,
Deiicit Herminium: nudo cui vertice fulva
Caesaries, nudique humeri. Nec volnera terrent:
Tantus in arma patet. Latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicatque virum transfixa dolore.

Fundi-

ea in priore Vossiano, *congressi praelia*. *In* deest etiam Oudartii codici. *totasque* etiam Francianus.

633 IN ALTO) *Ab alto* Menagii prior. deest praepositio Bigotiano, et Leidensi. *sanguine multo* Oudartii pro varia lectione. et ita Parrhasianus. mox *in caede* Montalbanius. *corporaque permixti* Ed. pr.

635 VOLVVNTVR EQVI) *Sternuntur equi* Bigotianus.

636 ORSILOCHVS) *Orsilocus* nonnulli. *Orsilogus* Leidensis.

637 RELIQVIT) *Relinquit* Francianus.

638 FVRIT) *Ferit* Mediceus a manu prima.

640 CATILLVS IOLAM) *Cathyllus Iolan* Mediceus. *Iollam* Gudianus. *Cathillus* etiam cum aspiratione in aliis vetustioribus. ut hic *Cathillus* distinguatur a Tiburis conditore, qui Κάτιλλος Graecis. *Iollan* etiam Hugenianus et Dorvill. *Cathilus* Francianus.

641 CORPORE) *Pectore* Gudianus pro variante lectione. ut lib. IV. 11. *Quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis.* mox *Hermonium* Mediceus. *Hermionum* Gudianus. in quarto Moretano *Hermonium*. in nonnullis *Hermenium*. Sed imitatio Flori lib. I. cap. 13. firmat *corpore*. ille de Gallorum gente, *ad hoc ipsa corporum mole, perinde armis ingentibus terribilis.* Strabo lib. IV. pag. 196. ὁπλισμὸς συμμέτρος τοῖς τῶν σωμάτων μεγέθεσι. *Hermenium* Parrhas.

645 ACTA TREMIT) *Acta premit* Ed. pr.

Ibid. DVPLICATQVE VIRVM TRANSFIXA DOLOREM) Sic Mentelianus prior. caeteri omnes uti et vetustiores ex Pierianis *dolore*. Posset et legi *duplicatque viro transfixa dolorem.* vulgatam scripturam expressit Scholiastes Statii Theb. VII. 633.

ut

Funditur ater ubique cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchramque petunt per volnera mortem.
At medias inter caedes exsultat, Amazon,
Vnum exserta latus pugnae, pharetrata Camilla:
Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſet:
Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.
Aureus ex humero ſonat arcus, et arma Dianae.
Illa etiam, ſi quando in tergum pulſa receſſit,
Spicula converſo fugientia dirigit arcu.
At circum lectae comites, Larinaque virgo,
Tullaque, et aeratam quatiens Tarpeia ſecurem,
Italides; quas ipſa decus ſibi dia Camilla
Delegit, paciſque bonas bellique miniſtras.
Quales Threiciae cum flumina Thermodontis
Pulſant,

ut Heinſ. aſſerit. Imo ille *dolorem* habet. *viri* Catroeus.

646 FVNERA) *Vulnera* Sprotianus. mox, *inter acies* Oudartii. v. ad Phaedr. lib. II. fab. VII. 8. et inf. v. 729.

648 CAEDES) Huic loco Francianus inſerit verſus ex initio libri a 2. ad 9.

649 EXSERTA) *Eiecta* Francianus.

650 LENTA) *Seu lentum valido torques haſtile lacerto.* Ovid.

Ibid. MANV) *Manus* Zulichemius, Montalbanius et alter Menagius. *leta manu* Francianus. *denſa* Parrhaſ.

651 INDEFESSA) *Indefenſa* Francianus. *quatit* Parrhaſ.

653 RECESSIT) *Recedit* alter Hamburgicus.

654 DIRIGIT) *Derigit* in Mediceo. Vid. Lamb. ad Lucret. VI. 823.

655 AT CIRCVM) *Et circum* Gudianus, Sprotianus, Montalbanius et ſecundus Moretanus. Et Francianus. *iactae comites* primus Moreti.

656 TVLLAQVE) Apud Priſcianum legitur *Telaque*. male. *ſecurem* etiam hoc loco ſcripſiſſe Maronem vult Priſcianus lib. VII. p. 758. ſubiungens ſic *reſtem* Iuvenali, et *puppem* Lucano fuiſſe dictam. *ſecurem* quoque Gudianus et alter Mentelius exhibent. ſic et infra v. 697. Gudianus. *Securim* Dorvil. Cicer. v. Ver. 47. Liv. IX. XVI. vid. II. Aen. 224.

657 DIA) *Diva* Zulichemius, Mentelii omnes, et plures alii. *dura* Vratislavienſis.

658 BELLIQVE) *Belloque* Oudartii. *bonae bellique miniſtrans. bono* Francian. et *miniſtrans. bonae* Parrhaſ. et Regius.

659 THREICIAE) *Threicia* N. Heinſ. editio, neſcio an operarum vitio. nec correxit Maſv. *Treiciae* Dorvil.

Ibid. THERMODONTIS) Servius ſic *Tremodoontis* duo Leidenſes.

Pulſant, et pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten, ſeu quum ſe Martia curru
Pentheſilea refert, magnoque ululante tumultu.
Feminea exſultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem poſtremum aſpera virgo
Deiicis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eunaeum Clytio primum patre: cuius apertum
Adverſi longa tranſverberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam
Mandit humum, morienſque ſuo ſe in volnere verſat.
Tum Lirim, Pagaſumque ſuper: quorum alter habenas
Suffoſſo revolutus equo dum colligit, alter
Dum ſubit, ac dextram labenti tendit inermem,
Praecipites pariterque ruunt. His addit Amaſtrum
Hippotaden: ſequiturque incumbens eminus haſta
Tereaque, Harpalycumque, et Demophoonta, Chromimque
Quot-

denſes. *Threicio* Excerpta noſtra. Statius *Thermodontiacas colere turmas.* v. Erythr.

661 HIPPOLYTEN) *Hippolythem* Dorvill.

665 CORPORA) *Pectora* Sprotianus.

666 EVNAEVM) Sic maxima pars codicum. *Eunedeum* Montalbanius. *Eunereum* Hugenianus. *Eaneum* Excerpta noſtra. *Eneum Elitio* Francianus. *Clythio* Mediceus. *Puminium* Parrhaſ. *Eumenium* Ald.

667 LONGA) *Longo* Mentelii primus. *abiete corpus* ſecundus Moreti, et Parrhaſ. a m. pr.

668 VOMENS) *Vovens* tertius Rottendorphius et Leidenſis. *movens* Mentelii primus.

669 IN VOLNERE VERSAT) *Se in verbere* prior Hamburgicus. *ſuo in vulnere* Francianus. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. v. 577. idem de τῷ *mordere* quod Donatus obſervat Servius ſupr. ad v. 418.

670 LYRIN) *Lirin* Mediceus et alii nonnulli. ut nomen a fluvio ſit mutuatus, quo modo *Vſens* aliaque. *Pagaſum* omnes fere. *Phaganim* alter Mentelii. vid. ad Sil. Ital. lib. v. 410.

671 SVFFOSSO) *Suffuſo* Parrhaſ.

673 AMASTRVM) *Amaſtram* prior Hamburgenſis. *Anaſtrum* alter. mox *Hippodatem* idem, *Hippodaten* Mentelii primus, Menagii et Hamburgicus priores. et Leidenſis. deinde *Harpalcem* Dorvil.

675 CHROMINQVE) *Chrominique* Mediceus et caeteri, Gudianus

Quotque emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygii cecidere viri. Procul Ornytus armis
Ignotis, et equo venator Iapyge fertur:
Cui pellis latos humeros erepta iuvenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus,
Et malae texere lupi cum dentibus albis,
Agrestisque manus armat sparus. Ipse catervis
Vertitur in mediis, et toto vertice supra est.
Hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verso)
Traiicit, et super haec inimico pectore fatur:
Silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti?
Advenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redarguerit. Nomen tamen haud leve patrum
Mani-

diano et priore Menagio exceptis. quomodo Maroni solitum. sic paullo ante *Lirim* non *Lirin*, exemplaria praestantiora. sed et *Therea* cum aspiratione in multis veterum. *Chromumque* Montalbanius. *Cromimque* Bigotianus, Zulichemius et Parrhas. *Chromimque* Ald.

677 ORNYTUS) *Ornicus* Venetus. *Ornitus* fere omnes scripti. vid. *Sil.* Ital. v. 165. *Iaspide* prior Hamburgicus. *Iapide* alter, et Bigotianus, et Excerpta nostra et Oudartii.

678 IGNOTIS) *Ignotus* Gudianus.

680 PUGNATORI) Heins. ad Ovidii XV. Metam. 304. *bellatori.*

681 DENTIBUS ALBIS) Vid. ad lib. VII. 667.

682 AGRESTISQUE) *Agrestesque* prior Moretanus, cum Montalbanio, et altero Hamburgico. tum et Gudiano a manu secunda. *Agrestique* Hugenianus.

Ibid. CATERVIS VERTITUR IN MEDIIS) *Catervas in medias* Sprotianus. quod et Pierius in nonnullis suorum repererat. *Victor in mediis* Bigotianus. *est* deest Mediceo a manu prima.

684 EXCEPTUM) Quia venatores solent venabulo excipere feras. vid. lib. IV. 131.

Ibid. VERSO) *Fuso* Oudartii pro varia lectione.

685 SUPER HAEC) *Super hoc* Francianus.

687 DIES) *Fides* Bigotianus. *quae vestra dies* Oudartii. *nostra* Venetus.

688 REDARGUERET) Apud Priscianum libr. X. *redarguerit* legitur. ubi *arguo*, *argui* facere monet. et sic Schefferius cum Menagiano priore. *Redarguerat* Bigotianus. *redargueret* Edd. pr. et Mediol. Ald.

Ibid. MA-

Manibus hoc referes, telo cecidiſſe Camillae.
Protenus Orſilochum, et Buten, duo maxima Teucrum
Corpora: ſed Buten averſum cuſpide fixit
Loricam galeamque inter, qua colla ſedentis
Lucent, et laevo dependet parma lacerto:
Orſilochum fugiens, magnumque agitata per orbem
Eludit gyro interior, ſequiturque ſequentem.
Tum validam perque arma viro perque oſſa ſecurim,
Altior exſurgens, oranti et multa precanti
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, ſubitoque adſpectu territus haeſit
Apenninicolae bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata ſinebant.
Iſque

Ibid. MANIBVS HOC REFERES) *Manibus hinc referas* Parthaſ. *unum tamen haud leve partum Manibus hinc referas* Markianus. *bello cecidiſſe* Ed. pr.

690 ORSILOCHVM) *Horſiloam* Leidenſis. *Horſilecum* Leidenſis alter.

691 ADVERSVM) *Averſum* vetuſtiores Heinſii, cum Pierianis. omnino rectius. Buten fugientem fugiens Orſilochum obtruncabat Camilla. confirmant Rufinianus Rhetor de Schem. Lex. p. 32. et Macrobius lib. VI. Saturn. cap. 6. quamquam in priſcis Macrobii editionibus *adverſum*. iidem etiam codices *fixit*, non *figit* agnoſcunt. *Butem* Zulichemius. *adverſum* Dorvill. *Buthen* Rufinianus. *adverſa* Leidenſis. *adverſum* Parthaſ. *adverſum figit* Ald. *a cuſpide* alter Hamburgicus. *iam verſum cuſpide vixit* Francianus. et mox *intus* idem.

696 TVM VALIDAM) *Dum validam* Zulichemius et Rottendorphius ſecundus. *perque ora viri* primus Moretanus. *inſurgens* eſt et lib XII 902. Statius VI. Theb. v. 863. *grandibus alte Inſurgens humeris.* vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. V. 294. ſed Statius X. Theb. 289. *Hoſtemque exſurgere malit.* ut codex optimus Barthii habet.

698 ORA) *Oſſa* alter Hamburgicus. *ore* alter Menagii. *arma* Ed. pr. *cruore* Venetus. *congeminat vulnus: calido* Oudartii.

699 HVIC) *Huc* Bigotianus. *aſpectus* Edit. Dan. Heinſ.

700 AVNI) *Anni* Venetus et Francianus. vid. ad Sil. Ital. VI. 109.

Isque ubi se nullo iam cursu evadere pugnae
Posse, neque instantem reginam avertere cernit;
Consilio versare dolos ingressus et astu,
Incipit haec: Quid tam egregium, si femina forti
Fidis equo? dimitte fugam, et te comminus aequo
Mecum crede solo, pugnaeque adcinge pedestri:
Iam nosces, ventosa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa furens, acrique adcensa dolore,
Tradit equum comiti, paribusque resistit in armis,
Ense pedes nudo, puraque interrita parma.
At iuvenis, vicisse dolo ratus, avolat ipse,
(Haud mora) conversisque fugax aufertur habenis,
Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.
Vane Ligus, frustraque animis elate superbis,
Nequidquam patrias tentasti lubricus artis:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Haec fatur virgo, et pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frenisque adversa prehensis
Congre-

702 EVADERE PVGNAE) *Pugnam* Leidenses duo, et Francianus, cum Excerptis nostris et Ed. pr. *pugna* Mediol. Ald.

705 FORTI) Id est celeri. ut, *fortis equi vis* Lucret. III. 8. vid. Nonium in *fortis*.

708 FERAT CVI GLORIA LAVDEM) *Fraudem* Dorvil. a m. sec. vid. H. Stephan. Dissert. de Critic. p. 72. *ventura ferat* Bigotianus et prior Hamburgicus. *feret* Mentelii prior. *iam nosces, ventosa, ferat* vel *feret* c. g. *laudem* Britanni in Miscell. Observ. Vol. I. p. 22. hinc Phaedr. *verbis iactans gloriam*.

709 INCENSA DOLORE) *Accensa* omnes vetustiores. *Furore* secundus Moreti. et secundus Rottendorphii. *fraudem*. vid. notas ad Liv. XXIV. 38. 8.

710 ABSISTIT) *Insistit* Leidensis. *sistit* Dorvil.

712 VICISSE) *Vixisse* Cerda legit.

Ibid. DOLO) *Dolos* Zulichemius a manu prima. *advolat* idem et alii nonnulli et Edd. primae. *evolat* Leidensis. mox *conversusque* Menagii prior. *et iuvenis* et *advolat* Francianus.

713 CONVERSISQVE) *Conversusque* prior Menagii.

715 ANIMIS) *Armis* Sprotianus.

717 PERFERET) *Perferat* tertius Mentelii. *Anno* Venetus. *proferet* Ald.

719 ADVERSA) *Aversa* Ed. Mediol.

720 A

Congreditur, poenasque inimico ex sanguine sumit.
Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Conprensamque tenet, pedibusque eviscerat uncis:
Tum cruor, et volsae labuntur ab aethere plumae.
At non haec nullis hominum sator atque Deorum
Observans oculis summo sedet altus Olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchonem in proelia saeva
Suscitat, et stimulis haud mollibus iniicit iras.
Ergo inter caedes, cedentiaque agmina Tarchon
Fertur equo, variisque instigat vocibus alas,

Nomine

720 A SANGINE) *Ex sanguine* praecipui Heinsii cum Pierianis. sic lib. XII. sub finem: *Pallas, te hoc vulnere Pallas Immolat, et poenam scelerato ex sanguine sumit.* nisi mavis *e sanguine* cum codice Ovidii Montalbani. *Sumpsit* Bigotianus, Sprotianus et a manu prima Hamburgensis prior. *poenas inimico et* Francianus. *ex sanguine poscit* Ed. pr.

721 FACILE) *Facilem* Sprotianus. *ancipiter* alter Hamburgensis.

722 IN NVBE COLVMBAM) *In nube volantem* Scholiastes Horatii Crucquianus lib. I. Od. 37. ut *volantem* pro avi posuerit. quomodo *latrantem* pro cane poëtae, atque eiusmodi complura passim. *Sublimem* deest Franciano.

723 CONPRENSAMQVE) *Compressamque* Gudianus, alter Hamburgicus, duo Moretani, Dorvill. secundus Rottendorphius, Leidensis, Zulichemius, Francianus, Paris. Parrhas. et tertius Mentelii. *convulsamque* Venetus.

724 ET VVLSAE LABVNTVR AB AETHERE PLVMAE) *Evulsae labuntur ab aethere pennae* Scholiastes Statii Theb. III. 537. *Pennae* Menagii prior et Parrhas.

725 HAEC) *Hoc* Venetus. *hoc ullis* Vratislaviensis. *nullis* hic deerat Dorvil. et migraverat in versum praecedentem, *cruor, et nullis vulsae.*

727 TARCHONTEM) Montalbanius et Leidensis *Tarchonta*. in caeteris fere omnibus *Tarchontem*, ut sit Latina declinatio. *Tarchonem*, *Tarconem* scripti. Solinus cap. I. *cum a Tarchone Tyrrheno custodiae foret datus.* vid. ad Sil. VIII. 475. *Tarchontem* Dorvil. Ald. *in praelia servans* Bigotianus. *carentem in praelia* Parrhas.

728 INIICIT) Heinsius *incutit* ex coniectura. *iniicit* Hugenianus.

730 VARIISQVE INSTIGAT VOCIBVS ALAS) *Variisque. instigat vocibus iras* Gudianus. in primo Moretano, *vanisque instigat vocibus alas.* Coniecerat

Nomine quemque vocans: reficitque in proelia pulsos.
Quis metus, o numquam dolituri, o semper inertes
Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?
Femina palantis agit, atque haec agmina vertit?
Quo ferrum, quidve haec gerimus tela inrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnaque bella;
Aut, ubi curva choros indixit tibia Bacchi,
Exspectare dapes, et plenae pocula mensae.
Hic amor, hoc studium; dum sacra secundus haruspex
Nuntiet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.
Haec effatus, equum in medios, moriturus et ipse,
Conci-

et Heinsius *irritat* pro *instigat. vocibus Halas* Vratislaviensis.

731 IN PROELIA) *Ad proelia* Macrobius lib. VI. Saturn. cap. I. ac confirmat ex Furii annalibus illo versu, *Exsuscitat acres Ad bellandum animos, reficitque ad proelia mentes. In proelia fusos* Bigotianus. *reficit in proelia* Dorvill.

734 PALANTES) *Pallentes* Bigotianus, Zulichemius et Sprotianus. *Pallentis* Mentelii prior. *pallantis agitatque haec* Francianus. *agitat atque agmina* Ed. pr.

735 QVIDVE HAEC GERIMVS) *Quidve haec gentis* Editio Florentina Iuntarum, nec aliter ex codicibus Heinsii alter Mentelius et Montalbanius, cum tribus Moretanis. *Quodve* a manu prima Zulichemius et alter Hamburgicus, sed a secunda manu uterque *quove. geritis* Paris. et Parrhas. *quidve hoc gerimus* Dorvill.

736 NOCTVRNAQVE) *Nocturnave* Leidensis.

737 INDVXIT) *Inducit* a manu prima, *indicit* a secunda Leidensis.

738 ET PLENAE) *Aut plenae* Oudartii et Dorvill. Parrhas. et Edd. Venet. et Mediol.

740 VOCET) *Vocat* Mentelii prior, et alter Menagii. et ita Schol. Horat. I. Od. 37.

741 EFFATVS) *Ita fata* Bigotianus. *effatur* Montalbanius. *in medio* Zulichemius. *equum medios* Menagii primus, et Dorvill.

Ibid. IN MEDIOS MORITVRVS ET IPSE) *Medios moriturus in hostis* Gudianus. Vid. lib. IX. 400. et Serv. ad II. Aen. 408. ubi videtur hunc versum in animo habuisse, sed memoriae vitio quaedam verba mutasse. Barth. ad Stat. V. Theb. 623. legit, *moriturus ut ipse* ex optimo libro.

742 IN-

Concitat, et Venulo adversum se turbidus infert,
Dereptumque ab equo dextra conplectitur hostem,
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
Tollitur in coelum clamor: cunctique Latini
Convertere oculos. Volat igneus aequore Tarchon,
Arma virumque ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum; et partis rimatur apertas,
Qua vulnus letale ferat: contra ille repugnans
Sustinet a iugulo dextram, et vim viribus exit.
Vtque volans alte raptum cum fulva draconem
Fert aquila, inplicuitque pedes, atque unguibus haesit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Adrectisque horret squamis, et sibilat ore,
Arduus insurgens: illa haud minus urget obunco
Luctantem rostro; simul aethera verberat alis.
Haud aliter praedam Tiburtum ex agmine Tarchon
Portat ovans. Ducis exemplum eventumque secuti
Maeo-

742 INFERT] *Offert* Gudianus, et duo Moretani ac Vossianus prior. Et Zulichemius. vid. lib. V. 622. et IX. 53. *offert* desumtum ex VII. 420. 536. sed ibi non agitur de vi et pugna.

746 IGNEVS) *Ingens* Francianus. male. sup. 718.

747 TVM) *Cum* Venetus. *te* traiectis literis pro *et* Francianus. *illius* alter Hamburgicus. *defigit ferra* Vratislaviensis et Parrhas. *distrinxit* Ed. pr.

749 FERAT) *Ferit* secundus Rottendorphius. *contra illa* alter Hamburgicus.

750 DEXTRAM) *Dextra* Leidensis. *vis viribus haesit* Ed. pr.

751 ALTE RAPTVM) *Alte rapidum* Ed. pr.

752 VNGVIBVS HAESIT) *Pedes ac viribus haesit* Ed. pr.

753 AT) *Et* Parrhas. Dorvill. et nonnulli alii.

Ibid. SINVOSA) *Fumosa* Bigotianus. vid. Lucan. III. 505.

754 HORRET) *Haeret* secundus Moreti et Venetus. *scamis* Zulichemius.

755 INSVRGENS) *Assurgens* Ed. pr. *obunco* Ald.

756 SIMVL) *Summum* Venetus.

757 EX AGMINE) *Ex sanguine* Zulichemius a manu prima. *ex agmine raptam* Serv. ad VIII. 9. ubi quidam *Tiburti*.

758 EXEMPLVM EVENTVMQVE) *Eventum exemplumque* Parrhas. et Ed. pr. et Mediol. Ald.

Maeonidae incurrunt. Tum fatis debitus Arruns
Velocem iaculo, et multa prior arte Camillam
Circuit, et, quae sit fortuna facillima, tentat.
Qua se cumque furens medio tulit agmine virgo;
Hac Arruns subit, et tacitus vestigia lustrat:
Qua victrix redit illa, pedemque ex hoste reportat,
Hac iuvenis furtim celeris detorquet habenas.
Hos aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat
Vndique circuitum; et certam quatit inprobus hastam.
Forte sacer Cybelae Chloreus, olimque sacerdos,
Insignis longe Phrygiis fulgebat in armis,
Spumantemque agitabat equum: quem pellis aënis
In plumam squamis auro conserta tegebat.
Ipse, peregrina ferrugine clarus et ostro,
Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu.
Aureus ex humeris sonat arcus, et aurea vati
Cassida; tum croceam chlamidemque sinusque crepantis

Carba-

762 FVRENS) *Ferens* Venetus, Montalbanius, primus Moreti, Francianus, Parrhas. Leidensis, Hugenianus, et a manu secunda prior Hamburgicus. in secundo Moreti a manu prima videtur fuisse *ferox*. *se cuique* Bigotianus. *ferens* et *furens* variat etiam II. Georg. 311. et alibi.

763 HAC) *Huc* secundus Moretanus. *Hac armis* Ed. Mediol.

765 FVRTIM CELERES) *Celeres furtim* Mentelii prior, alter Menagii, Zulichemius, Regius, duo tresve alii.

766 IAMQVE HOS ADITVS) *Iamque hos habitus* prior Hamburgensis, tertius Mentelii. v. H. Steph. diss. de Criticis p. 68.

768 SACER CYBELAE CHLOREVS) *Chioreus* Regius. *Coreus* Dorvill. *Choreus* Zulichemius, Bigotianus, Leidensis et Oudartii. et alii. *Cybelo* etiam legit H. Steph. diatriba v. Horatiana p. 23.

771 SQVAMIS) *Squalis* Gudianus a manu prima. *scamis* Zulichemius.

Ibid. AVRO CONSERTA) *Auroque inserta* Ald.

773 GORTYNIA) *Cortinia* Dorvill.

774 SONAT ARCVS) *Erat arcus* Leidensis et Mediceus. vid. supr. v. 652.

776 IN

Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, et barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, sive ut templis praefigeret arma
Troia, captivo sive ut se ferret in auro,
Venatrix, unum ex omni certamine pugnae
Caeca sequebatur; totumque incauta per agmen
Femineo praedae et spoliorum ardebat amore:
Telum ex insidiis quum tandem tempore capto
Concitat, et superos Arruns sic voce precatur:
Summe Deum, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Pascitur; et medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna;
Da, Pater, hoc nostris aboleri dedecus armis,
Omni-

776 IN NODVM) De fibula capit Rhodius de Acia cap. V. pag. 48. *chlamidem sinusque c. C. fulvo nodum c. a.* Statii Interpres VII. Theb. 958. et v. 682. vitiose. *sonatque crepantes* in Parrhas. *sinusque* erat alia manu adscriptum.

778 HVNC) *Tunc* Menagii prior.

780 VENATRIX) Non esse Camillae Epitheton, utpote, quae iam non cum feris, sed viris vera in pugna congrederetur, sed explicandum, ut se ferret in auro captivo, quoties venaretur, docet H. Steph. Diatribe Horatiana quinta pag. 111.

781 INCENSA PER AGMEN) Legendum, *incauta per agmen.* Pro *incauta* codices nonnulli *incensa* vel *accensa.* *Incensa* Francianus et Ed. Ald. Iunt. ubi Pierius *incauta. incensa* Dorvill. *Certa sequebatur, totumque incensa per agmen Fulmineo pede* Parrhas.

783 CVM) *Et* Francianus. *tum* Dorvill.

Ibid. TEMPORE CAPTO CONIICIT) *Tempore rapto* Parrhas. vid. ad Liv. XXVI. XII. 15. v. X. Aen. 754. Stat. VII. 642. *Itys insidiante sagitta.*

785 SANCTI) *Sacri* prior Hamburgicus. *custos s̄ci* Zulichemius, unde et *sacri* et *sancti* confici potest. *sancti* agnoscit Crucquianus Commentator ad Horat. 1. Od. 9. et ita apud Statium lib. I. Silv. IV. *signat Apollineos sancto cognomine lucos.* ubi vide Barth.

786 PRIMI) *Primum* Oudartii et Excerpta nostra.

Ibid. PINEVS) *Pruneus* Gudianus a manu prima. male. vid. D. Heins. ad Sil. Ital. lib. V. 179.

788 PREMIMVS) Maluerat olim Heinsius *premimur.*

Ibid. PRVNA) Cl. Ryckius ad Steph. de Vrbibus in κατάβαλα remiserat. ubi Berckelius ex Stra-

Omnipotens. Non exuvias, pulsaeve tropaeum
Virginis, aut spolia ulla peto. Mihi cetera laudem
Facta ferent. Haec dira meo dum volnere pestis
Pulsa cadat, patrias remeabo inglorius urbis.
Audiit, et voti Phoebus succedere partem
Mente dedit: partem volucris dispersit in auras.
Sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
Adnuit oranti: reducem ut patria alta videret,
Non dedit; inque notos vocem vertere procellae.
Ergo, ut missa manu sonitum dedit hasta per auras,
Convertere animos acris, oculosque tulere
Cuncti ad reginam Volsci. Nihil ipsa neque aurae,
Nec sonitus memor, aut venientis ab aethere teli;
Hasta sub exsertam donec perlata papillam
Haesit,

Strabone notaverat in illa urbe, quae et Perasia vocabatur, sacerdotes feminas nudis pedibus ambulare per *prunas*. vid etiam Sil. Ital. v. 178. et ibi Commentatores.

790 OMNIPOTENS) Nescio an Apollini alius quis hoc Epithetum dederit, et an non *armipotens* praestet.

Ibid. TROPAEVM) *Triumphum* alter Hamburgicus.

791 AVT) *Vt* Francianus.

792 FERANT) *Fata ferent* Zulichemius, et Francianus, et Dorvil.

Ibid. MEO) *Modo* Parrhas. *dura* Ed. pr.

793 CADAT) *Cadet* Bigotianus.

794 ET VOTI PHOEBVS) *Et Phoebus voti* apud Macrobium lib. v. Saturn. cap. 3. *votis Phoebus* Montalbanius et Venetus cum priore Vossiano. *Dextris rebus succedere* Zulichemius.

895 PARTEM) *Partim* Venetus. vide lib. v. Aeneid. 187. *Partim* etiam duo Moretani. *disparsit* Editio Iuntae. vulgata est apud Servium ad X. 652. *disperdit* Dorvill.

796 MORTE) *Voce* Oudarti. *in subita* alter Hamburgicus.

797 ADNVIT ORANTI) *Adnuit, at reducem ut p. a. videret* Zulichemius. *alta* v. Cerd. non quidem inepte, sed puto vel in monte sita, vel nobilis et antiqua.

800 ANIMOS ACRIS) *Oculos acres, animosque* Leidensis. *animos alacres* Vratislaviensis. *acies* legere alios ait Cerda.

801 AVRAS) *Auris* Mediceus. *auras* Ed. Med. Dorvill. et Maittaire exhibuit, et in indicem retulit *auras memor*. v. Steph. Schediasm. p. 58. de voce *memor* vid. ad I. Georg. 167.

803 PAPILLAM) *Mamillam* secundus Rottendorphius. laevam intelligit Cerda.

805 CO-

Haesit, virgineumque alte bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidae comites, dominamque ruentem
Suscipiunt. Fugit ante omnis exterritus Arruns,
Laetitia mixtoque metu: nec iam amplius hastae
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
Continuo in montis sese avius abdidit altos,
Occiso pastore, lupus, magnove iuvenco,
Conscius audacis facti, caudamque remulcens
Subiecit pavitantem utero, silvasque petivit;
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Arruns;
Contentusque fuga mediis se inmiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat volnere mucro.
Labitur exsanguis: labuntur frigida leto
Lumina. Purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic exspirans Accam, ex aequalibus unam,
Adlo-

805 COMITES) *Comitem* Hugenianus. *cadentem* Leidensis.

806 FVGIT) *Stetit* Zulichemius. *fuit* Ed. Dan. Heinsii.

808 OCCVRRERE) *Concurrere* secundus Rottendorphius et Dorvill.

809 SEQVANTVR) *Turba in. sequatur* Zulichemius. *prius quem* Ald.

810 AVIVS ABDIDIT) *Abdidit avius* Zulichemius. *abvius* primus Moreti. *adidit* Dorvill.

812 CONSCIVS] Imitatur Statius IV. Theb. 368. in simili comparatione. *magnique fugit non inscius ausi. remulgens* erat in Gudiano et Mentel. priori.

813 SVBIECIT) *Subiectat* in secundo Moretano. *Pavitans* Zulichemius. *uterum* Hugenianus. *silvisque* alter Menagii.

814 ABSTVLIT) *Abdidit* Zulichemius. *Arons* Parrhas.

815 CONTENTVSQVE FVGA) Haec tantum dat Zulichemius, reliquis omissis. Heinsius malebat *contentusque fugae.* de quo ad Ovidium V. Met. 169. ubi tamen *fuga* probat.

818 LABITVR EXSANGVIS) *Labitur et sanguis* apud Donatum legas. sed aliter codices scripti. tum *frigida telo* priot Menagianus pro diversa lectione, ut et Servius. *Exanimis* Vratislaviensis. *labitur et sanguis* Catroeus.

819 COLOR) *Calor* Leidensis. *ossa* alius Leidensis. *relinquit* Montalbanlus, Venetus, et Parrhas. a manu prima.

X 5 821 FIDA)

Adloquitur; fida ante alias quae ſola Camillae,
Quîcum partiri curas; atque haec ita fatur:
Hactenus, Acca ſoror, potui: nunc vulnus acerbum
Conficit, et tenebris nigreſcunt omnia circum.
Effuge, et haec Turno mandata noviſſima perfer:
Succedat pugnae, Troianoſque arceat urbe.
Iamque vale. Simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non ſponte fluens. Tum frigida toto
Paullatim exſolvit ſe corpore, lentaque colla
Et captum leto poſuit caput, arma relinquens:
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras.
Tum vero inmenſus ſurgens ferit aurea clamor
Sidera: deiecta crudeſcit pugna Camilla:
Incurrunt denſi ſimul omnis copia Teucrûm,
Tyrrhenûmque duces, Euandrique Arcades alae.
At Triviae cuſtos iam dudum in montibus Opis
Alta ſedet ſummis, ſpectatque interrita pugnas:
Vtque procul medio iuvenum in clamore furentum
Pro-

821 FIDA) *Fidam* Mediceus a manu ſecunda.

822 QVICVM) *Quacum* Heinſii fere omnes. *Quicum partiri curas ſolita: atque ita fatur.* Ed. Venet. *quacum p. c. ſolet, at.* Dorvil. *Curas ſolet, atque ita fatur* Bigotianus. forte, *atque huic.*

823 POTVI) Vel *valui* alter Hamburgicus.

824 ET TENEBRIS) *Ex ten.* Leidenſis. *increſcunt* Oudartii.

826 VRBE) *Vrbi* Codd. Pierii. ita III. Georg. 155. *Arcebat gravido pecori.*

827 SIMVL HIS) *Simul haec dicens* Ed. pr.

828 FLVENS) *Ruens* ſecundus Rottendorphius. vid. ſupr. 236. et III. Georg. 524. *cum frigida* Zulichemius. mox *ſe pectore* prior Hamburgicus. *ſolvit* etiam Mentelii prior.

830 POSVIT) *Ponit* Ed. pr.

831 VMBRAS) *Vmbris* ſecundus Rottendorphius. imitatus haec Stat. VI. Theb. 882. ubi Lutatius hunc locum citans *ſub umbras* habet. vid. lib. XII. v. ultimo.

832 TVM VERO IMMENSVS SVRGENS) *Serpens* Francianus.

834 INCVRRVNT) *Concurrunt* Voſſianus prior cum Sprotiano. Et Bigotianus. *omnes* Ed. pr.

835 TYRRHENIQVE) *Tyrrhenumque* Mediceus. quod nervoſius videtur. *Tyrrhenique d. E. Arcadis* Ed. Venet. et Mediol.

838 VTIQVE) *Atque* Leidenſis. *iuvenum medio* Menagii prior et Gudian.. *iuvenem* Bigotianus.

Prospexit tristi multatam morte Camillam;
Ingemuitque, deditque has imo pectore voces:
Heu nimium, virgo, nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello!
Nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras:
Non tamen indecorem tua te regina reliquit
Extrema iam in morte: neque hoc sine nomine letum
Per gentis erit; aut famam patieris inultae.
Nam quicumque tuum violavit vulnere corpus,
Morte luet merita. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum:

Hic

tianus. *in* deest Iuntinae editioni. *iuvenem in cl. furentem* Gudianus.

839 MVLTATAM) *Mulcatam* Mediceus, et quartus Moretanus et Leidensis. quod ex suis quoque profert Pierius. in primo Menagiano, altero Hamburgico et Schefferio *mulctatam*, *In morte* Sprotianus. *mutatam* Francianus. et Parrhasianus. Guell. v. Arntz. ad Aur. Vict. Vir. Ill. cap. LI. Drak. ad Liv. III. 67.

840 INGEMVIT) *Ingemit et dedit has* Dorvill.

843 DIANAM) *Dianae* Vratislaviensis.

844 PHARETRAS) *Sagittas* Mediceus, alter Mentelius, uterque Rottendorphius, et alii quatuor. Et Francianus et Paris.

845 RELINQVET) *Reliquit* princeps Pierii et Mediceus Heinsii, prior etiam Mentelianus a manu prima, cum utroque Rottendorphio, altero Menagiano, et priore Vossiano. et sic agnoscit Priscianus libro VI. *relinquit* in tribus Moretanis *Relinquet* Dorvil.

846 IAM IN MORTE) Τὸ *in* abest ab utroque Menagiano, Moretanis duobus, altero Vossiano et Schefferio. *Iam* abest a Sprotiano.

Ibid. NOMINE) *Numine* Mentelii tres, Hugenianus, et a manu secunda Montalbanius. mox volebat Heinsius *per gentes eat. inulta* prior Moretanus et a manu secunda Hamburgicus. *inulte* Parrhas. *patiaris* Montalbanius.

849 LVET) *Luat*, prior Hamburgicus et secundus Moreti. *licet* alter. *luit* Excerpta nostra.

Ibid. ALTO) *Arto* Mediceus a manu prima.

850 DERCENNI) *Dercerni* Mediceus. duo aut tres alii *Dircenni*. *Dirceni* Parrhas.

851 TECTVM) *Textum* Excerpta nostra.

852 NISV)

Hic Dea se primum rapido pulcherrima nisu
Sistit, et Arruntem tumulo speculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem;
Cur, inquit, diversus abis? huc dirige gressum,
Huc periture veni: capias ut digna Camillae
Praemia. Tune etiam telis moriere Dianae?
Dixit, et aurata volucrem Threissa sagittam
Depromsit pharetra, cornuque infensa tetendit,
Et duxit longe, donec curvata coirent
Inter se capita, et manibus iam tangeret aequis,
Laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.
Extemplo teli stridorem aurasque sonantis
Audiit una Arruns, haesitque in corpore ferrum.
Illum exspirantem socii atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in pulvere linquunt:
Opis ad aetherium pennis aufertur Olympum.
Prima fugit, domina amissa, levis ala Camillae:
Turbati fugiunt Rutuli: fugit acer Atinas:

Disiecti-

852 NISV) *Nixu* Francianus.

853 TVMVLO) *Tumidum* alter Hamburgicus.

854 FVLGENTEM) *Laetantem animis* Mediceus a manu prima. *Surgentem* Leidensis.

855 ABIS) *Ab his* alter Menagii. *derige* Gudianus. *adversus abis* Zulichemius. *derige* Mediceus.

856 PERITVRE) *Moriture* secundus Moreti. mox *moriare;* et *at aurata* idem codex.

857 TVNE) *Tunc* Francianus. *teque* primus Rottendorphius.

859 DEPROMSIT) *Depromit* in altero Hamburgico. *Incensa* Hugenianus.

860 ET DVXIT) *Adduxit* Macrobio lib. IV. Saturn. cap. 3. *Eduxit l. d. cruenta* Francianus. *eduxit* etiam Dorvil. vid. ad Sil. Ital. II. 127. ubi similes variationes.

861 TANGERET) *Tenderet* Menagii prior et quartus Moretanus.

862 DEXTRA) *Dextram* Ed. pr.

863 SONANTES) *Sequentes* Excerpta nostra.

864 HAESITQVE) *Exitque* Francianus.

866 OBLITI) Recte Servius pro negligentes, ut contra *memor* pro curam agente. vid ad I. Georg. 167. et II. 236.

868 AVFERTVR) *Defertur* Oudartii.

869 ATINAS) *Acernas* alter Hamburgicus.

871 TVTA

Disiectique duces, desolatique manipli,
Tuta petunt, et equis aversi ad moenia tendunt.
Nec quisquam instantis Teucros, letumque ferentis
Sustentare valet telis, aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus:
Quadrupedumque putrem cursu quatit ungula
campum.
Volvitur ad muros caligine turbidus atra
Pulvis, et e speculis percussae pectora matres
Femineum clamorem ad coeli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi inrupere patentis,
Hos inimica super mixto premit agmine turba:
Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,
Moenibus in patriis, atque inter tuta domorum,
Confixi exspirant animas. Pars claudere portas;
Nec sociis aperire viam, nec moenibus audent
Adcipere orantis: oriturque miserrima caedes
Defen-

871 TVTA PETVNT) *tecta petunt* prior Hamburgicus pro varia lectione. eadem varietas mox v. 882. in Sprotiano.

Ibid. EQVIS AVERSI) *Aversa moenia* duo Moretani, omisso τῷ *ad. equos ad. ad* Zulichemius. *Equis versis* Ed. pr. *adversi* Dorvil. a m. pr. *turbata ad moenia* Venetus.

872 INSTANTIS) *Errantes acies letumque* Rufinian. de Schemat. Lex. p. 32.

873 SISTERE) *Tendere* Parrhasianus.

874 LAXOS) *Lapsos* Vratislaviensis. *lassos* Francianus et Parrhas. sed *laxos* firmat Horat. III. Od. 8. 13. et Scholiastes eius.

875 QVADRVPEDVMQVE PVTREM) *Quadrupedoque* Catroeus. *quadrupedum putrem* Ed. pr. *quadripes* apud Sil. Macrob. VI. I. apud Columel. pag. 207. Non. Mar. ut quadriiugi, quadrivium et similia. de verbo *quatere* vid Drakenb. ad Sil. I. 297.

877 PVLVIS, ET E SPECVLIS) *Pulvis et speculis* Francianus.

Ibid. PERCVSSAE) *Percusso pectore* ex uno notavit Heinsius. *perculsae* tertius Rottendorphius. *e muris percussae* Dorvil.

881 LIMINE) *Limite* Zulichemius, et secundus Rottendorphius.

882 INTER) *Intra* Mediceus et Vossianus prior. deinde *et spirant* Mediceus. *Tecta* alter Hamburgicus a manu secunda et Sprotian. *intra* Parrhas. *intra tecta* Ed. pr.

883 EXSPIRANT) *Spirant* Zulichemius.

884 AVDENT) *Audet* Venetus et Parrhas.

886 IN-

Defendentum armis aditus, inque arma ruentum.
Exclusi ante oculos lacrimantumque ora parentum
Pars in praecipitis fossas, urguente ruina,
Volvitur: inmissis pars caeca et concita frenis
Arietat in portas, et duros obiice postes.
Ipsae de muris summo certamine matres,
(Monstrat amor verus patriae) ut videre Camillam,
Tela manu trepidae iaciunt; ac robore duro
Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis
Praecipites, primaeque mori pro moenibus ardent.
Interea Turnum in silvis saevissimus inplet
Nuntius, et iuveni ingentem fert Acca tumultum:
Delatas Volscorum acies, cecidisse Camillam:
Ingruere infensos hostis, et Marte secundo
Omnia conripuisse: metum iam ad moenia ferri.
Ille furens (et saeva Iovis sic numina poscunt)
Deserit obsessos collis, nemora aspera linquit.

Vix

886 INQVE ARMA) *Atque arma* Gudianus. *Aditusque inque* Francianus.

888 RVINA) Soli *ruentis* et deficientis sub pedibus. Catroeus.

890 IN PORTAS) *In portis* Mentelii duo priores, Gudianus et Menagii alter.

892 MONSTRAT) *Constat* alter Hamburgicus.

893 TREPIDAE) *Trepida* Bigotianus. *manu iaciunt: trepidaeque et robore* Ed. pr.

894 IMITANTVR) *Mituntur* Dorvil.

895 AVDENT) Vid. ad Claudian.

896 IN SILVIS) Praepositio deest Bigotiano, et *interea silvis Turnus* Ed. Venet. et ita passim apud nostrum. vid. sup. 686. et ita dixit Ennius, *Vulturius silvis miserum mandebat homonem.* quod non recte puto Pompam lib. II. de Antiq. Locut. cap. II. explicare Vulturium silvestrem. sed *silvis* est pro *in silvis*. vid. III. 583. *densissimus* Moret. sec. *lenissimus* Francian.

897 NVNTIVS) Egimus de hoc loco, et aestum Servii explicuimus ad Valer. Flac. II. 142.

Ibid. INGENTEM) Vel *caecum* prior Hamburgicus. *et* deest Mentelio priori. unde Heinsius *Nuntius, ingentem iuveni*. mox *deiectas* prior Hamburgensis a m. sec. et Ed. pr.

899 INFENSOS) *Infestos* Ed. pr. et Ald.

900 METVM) *Metu* Menagii prior. *corripuisse metum: iam* secundus Moreti.

901 IAM SAEVA) *Et saeva* omnes scripti. *nam saeva* Ed. Mediol. *si saeva* Dorvil. a m. pr. *nomina* Mediceus.

902 LINQVIT) *Liquit* prior Moretanus. *Nemora avia* Bigotianus.

905 SILVA-

Vix e conſpectu exierat, campumque tenebat,
Cum pater Aeneas, ſaltus ingreſſus apertos,
Exſuperatque iugum, ſilvaque evadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi totoque feruntur
Agmine; nec longis inter ſe paſſibus abſunt:
Ac ſimul Aeneas fumantis pulvere campos
Proſpexit longe, Laurentiaque agmina vidit:
Et ſaevum Aenean adgnovit Turnus in armis,
Adventumque pedum flatuſque audivit equorum:
Continuoque ineant pugnas, et proelia tentent:
Ni roſeus feſſos iam gurgite Phoebus Hibero
Tinguat equos, noctemque die labente reducat.
Conſidunt caſtris ante urbem, et moenia vallant.

905 SILVAQVE EVADIT OPACA) *Silvaſque opacas* Sprotianus, alter Hamburgicus et Schefferius. vid. lib. IX. 99. Ita et Parrhaſianus. *evaſit* Ed. pr.

907 ABSVNT) *Ibant* primus Moreti.

908 AC SIMVL AENEAS) *Tum pater Aeneas* Gudianus et Montalbanius, cum primo et quarto Moretanis. *at ſimul* in Schefferio aliisque quatuor. *Tum pater* Parrhaſ.

909 PROSPEXIT LONGE) Hinc in Stat. V. Silv. II. 145. ubi in editis erat, *nitidas ſpeculas caſtellaque longe Aſpicit*, corrigit *proſpicit* Marklandus. quod tolerari poſſet, licet haec verba centies permutentur, et *deſuper adſpectat* dicat noſter lib. I. 420. et lib. X. 4. ubi vid. Cerdam. vid. ad Phaedr. I. Fab. 57. et II. 5. et ad Lucan. X. 434. ſed quo *viden' has ſpeculas*, ut Heinſius corrigebat, reiicit, quia *adſpicis* adiicitur, ex hoc ipſo loco doceri poterat, haec duo verba ſaepe iungi, ut pluribus probavi ad Nemeſ. I. Ecl. 34. ubi *vigiles ſpeculas* etiam nullo exemplo dici vidimus, quum *vigiles ignes* ſint obvii. rectius in rem ſuam adduxiſſet locum ex Valer. Flac. III. 738. *incluſaque longo Pervigilant caſtella metu.* ſed ibi caſtella pro incolis ſumi docui, et locus etiam corruptus eſt: immo ſi iam vigiles ſpeculas liceret dicere, non tamen contra omnes editos et ſcriptos pro *nitidas* liceret intrudere, quod epitheton de bene et affabre ſtructis, et ornatu quodam nitentibus poſſet explicari. exemplis parco, ubi domus *nitere* et alia *nitida* vocari ſolent.

910 ADGNOVIT) *Conſpexit* Gudianus et prior Menagius, cum Moretano primo. *Cognovit* Zulichemius.

911 ADVENTVMQVE) *Adventuſque virum flatuſque* Ed. pr.

912 CONTINVOQVE) *Continuo pugnas ineant* Editio Dan. Heinſii, et ita Mediceus. *continuoque ineunt p. e. p. tentant.* Ed. pr.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS.

LIBER DVODECIMVS.

TVRNVS ut infractos adverso Marte Latinos
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
Se signari oculis; ultro inplacabilis ardet:
Adtollitque animos. Poenorum qualis in arvis,
Saucius ille gravi venantum vulnere pectus,
Tum demum movet arma leo, gaudetque comantis
Excutiens cervice toros, fixumque latronis
Inpavidus frangit telum, et fremit ore cruento.
Haud secus adcenso gliscit violentia Turno.
Tum sic adfatur regem, atque ita turbidus infit:
Nulla mora in Turno: nihil est quod dicta retractent
Ignavi Aeneadae; nec, quae pepigere, recusent.
Congredior. Fer sacra, pater, et concipe foedus.
Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam,
Defer-

1 INFRACTOS) Vid. Barth. ad Stat. X. Theb. 193.

4 ADTOLLITQVE) *Attollit se* alter Menagii.

5 PECTVS) *Corpus* alter Hamburgicus. et mox *movet ora* prior Menagii. *comata* Zulichemius. *excutiet* Mentelii manus prima, unde Heinsius *excutier* coniiciebat.

7 LATRONIS) *Latinos* Parrhas.

8 FRANGIT) *Fregit* Francianus.

9 GLISCIT) *Gliscet* Mediceus. *secus adverso* Parrhas.

11 DICTA) *Dona* Sprotianus. *retardent* Zulichemius a manu prima. mox, *nec quod pepigere* Bigotiani. *quo dicta* Parrhas.

13 ET CONCIPE) *Tu concipe* Oudartii. *confere* Vratislaviensis. *concipe* recte explicat Servius, et firmat Barthius ad illa Statii 11. Achil. 228. *iunge manus, et concipe foedus.*

15 SE-

Desertorem Asiae, (sedeant spectentque Latini)
Et solus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos; cedat Lavinia coniunx.
Olli sedato respondit corde Latinus:
O praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci
Virtute exsuperas, tanto me inpensius aequum est
Consulere, atque omnis metuentem expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu; nec non aurumque, animusque Latino est.
Sunt aliae innuptae Latio, et Laurentibus agris;
Nec genus indecores. Sine me haec haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis: simul hoc animo hauri.

Me

15 SEDEANT SPECTENTQVE) Imitatus hoc Statius in pugna Eteoclis et Polynicis lib. XI. 498. *Arma placent, versaeque volunt spectare cohortes.* ubi Heinsius malebat, *volant spectare.*

16 FERRO CRIMEN) *Crimen ferro* prior Vossianus. Et Parrhas. qui et *repellam.* quomodo et Leidensis et Hugenianus.

17 HABEAT VICTOS) *Habeant* Francianus. in Zulichemio *quique abeat victor* a manu prima. in Vratislaviensi aperte, *aut abeat victor.* ut et Ed. pr. *cedatque* Oudartii. *virgo* secundus Moreti. *habeat* est verbum regium.

Ibid. LAVINIA CONIVNX) *Laurentia coniux* Francianus.

18 LATINVS) *Latinos* Mediceus a manu prima.

19 QVANTVM IPSE FEROCI) Heinsius coniiciebat, *quam tu ipse.* mox *tantum* Leidensis, duo Moretani, prior Hamburgensis, et Zulichemius a manu prima. *aequum* sine verbo substantivo Leidensis et alter Menagii. *tanto impensius* Venet. Ed. pro vulgata stat Donatus ad Terent. Phorm. II. III. 31. de *quantum* et *tanto* vid. ad Ovid. VII. Met. 750. et XIII. 368. et Epist. XVIII. 71.

21 METVENTEM) *Metuenti* Zulichemius a manu prima.

22 CAPTA) *Multa capta manu* duo Rottendorphii.

23 AVRVMQVE) *Animus aurumque* legit Giphanius ex scriptis Ind. Lucret. pag. 462. Et ita Zulichemius. *aurum animusque* Dorvil.

25 SINE ME) *Me* deest Franciano. *fata* idem. *sine me haud mollia* alter Menagii, et Zulichemius, et Leidensis. vide Donat. ad Terent. Hecyr. V. I. 17. et 18. *haec* etiam deest Ed. Venet. *haud haec* Dorvil. *me haud haec* duo Menteliani et Hamburgici.

26 SIMVL HAEC ANIMO HAVRI) *Hoc* Francianus. *ani-*

me

Me natam nulli veterum ſociare procorum
Fas erat, idque omnes divique hominesque cane-
Victus amore tui, cognato ſanguine victus, [bant.
Coniugis et moeſtae lacrimis, vincla omnia rupi:
Promiſſam eripui genero: arma inpia ſumſi.
Ex illo qui me caſus, quae, Turne, ſequantur
Bella, vides; quantos primus patiare labores.
Bis magna victi pugna vix urbe tuemur
Spes Italas: recalent noſtro Tiberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes oſſibus albent.
Quo referor toties? quae mentem inſania mutat?
Si Turno exſtincto ſocios ſum adſcire paratus;
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid conſanguinei Rutuli, quid cetera dicet
Italia; ad mortem ſi te (Fors dicta refutet)
Prodi-

mo haec ſimul Ed. pr. de *haurire* vid. Sil. Ital. VIII. 135. *fatis* alter Mentelii et Zulichemius a manu ſecunda. *fata* Venetus.

27 ME NATAM) A pronomine incipientes fera quidem, ſed vera promittere notat Donatus ad Terent. Andr. II. I. 30. hoc loco prolato.

28 FAS ERAT) *Erit* Excerpta noſtra.

29 COGNATO SANGVINE) Imitari Virgilium Imperatores in l. VI. Cod. Theod. de indulgentiis criminum, notavit Gothofredus et aliis exemplis illuſtravit.

31 ARMA) *Generoque arma* Francianus, Edd. pr. et Mediol.

32 SEQVANTVR) *Sequentur* Oudartii et Zulichemius. *ſequuntur* Francianus.

33 PATIARE) *Patiere* Mediceus et Oudartii. *quantus pr. patiere* Parrhaſ.

36 ALBENT) *Implent* Hugenianus. male. v. Amm. Marc. XXXI. 7. *ad hunc* Mediceus.

37 QVO) *Quid* ſecundus Rottendorphius. *referens* Sprotianus *refero mentem totiens, quae* Zulich. a manu prima. *referor* a ſecunda. *motat* Sprotianus., *mutet* alter Hamburgicus. *verſat* Menagii prior. *cepit* Hugenianus.

38 TVRNO EXSTINCTO) *Turni exſtinctu* Zulichemius a manu prima. *Turno exterrito ſocios accire* Francianus. *accire* etiam Ed. pr. et Ald.

39 INCOLVMI) *Incolomi* Pariſienſis.

40 DICET) *Dicent* Gudianus a manu ſecunda. eleganter. *Diſcet* Menagii prior.

41 FORS) *Sors dicta reſignet* Zulichemius a manu prima. *ſors* etiam tertius Rottendorphius. *fors dura* Montalbanius. *perdiderim* Bigotianus.

42 PRO

Prodiderim, natam et conubia noſtra petentem?
Reſpice res bello varias: miſerere parentis
Longaevi, quem nunc moeſtum patria Ardea longe
Dividit. Haudquaquam dictis violentia Turni
Flectitur: exſuperat magis, aegreſcitque medendo.
Vt prîmum fari potuit, ſic inſtitit ore:
Quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro [me
Deponas, letumque ſinas pro laude paciſci.
Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra
Spargimus, et noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.
Longe illi Dea mater erit, quae nube fugacem
Feminea tegat, et vanis ſeſe occulat umbris.
At regina, nova pugnae conterrita ſorte,
Flebat; et ardentem generum moritura tenebat:
Turne, per has ego te lacrimas, per ſi quis Amatae
Tangit honos animum: (ſpes tu nunc una, ſenectae
Tu requies miſerae: decus imperiumque Latini
Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit)
Vnum oro: deſiſte manum committere Teucris.

Qui

42 PRODIDERIM) *Perdiderim* Ed. pr.

43 BELLO) *Belli* Menagii prior.

45 HAVDQVAQVAM) *Haudquicquam* Moretanus ſecundus, et Florentina Iuntarum editio. nec aliter Schefferianus. Ita et alii et Edd. pr. et Mediol. ironiam in *optime* notat Barth. ad Stat. I. Theb. 652. *Haudquamquam* Gudianus a manu prima.

46 AEGRESCITQVE MEDENDO) *Ardeſcitque tuendo* Mediceus. Tuetur vulgatam Lutatius ad Stat. I. Theb. 400. *aegr. videndo* Ed. pr.

47 SIC INCIPIT ORE) Ita Mediceus et Venetus, cum Schefferiano. caeteri Heinſii et Pieriani *inſtitit*. *Se inſtitit* Francianus.

48 CVRAM) *Cauſſam* Parrhaſ.

51 NOSTRO DE VVLNERE) Id eſt, quod nos inferimus. vid. Barth. ad Stat. V. Theb. 565.

52 QVAE NVBE) *Quem in urbe* Ed. pr. v. Matt.

54 NOVA) *Novae* duo Moretani.

Ibid. CONTERRITA) *Perterrita* tertius Rottendorphius a manu ſecunda. mox *moritura monebat* Montalbanius.

57 SPES TV) *Te* alter Hamburgenſis.

60 TEVCRIS) Plurali utitur, cum de uno agatur. vide

Qui te cumque manent isto certamine casus,
Et me, Turne, manent. Simul haec invisa relinquam
Lumina, nec generum Aenean captiva videbo.
Adcepit vocem lacrimis Lavinia matris,
Flagrantis perfusa genas: cui plurimus ignem
Subiecit rubor, et calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa
Alba rosâ: talis virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, figitque in virgine vultus:
Ardet in arma magis, paucisque adfatur Amatam:
Ne, quaeso, ne me lacrimis, neve omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem,
O mater: neque enim Turno mora libera mortis.
Nuntius haec Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer. Cum primum crastina coelo
Puni-

Donatum ad Terentii Andr. Prol. 8. et ad Hecyr. II. I. 33. *ore unum* Parrhas. *Teucri* vero pro *Teucro* positum observat Servius Fuldensis ad II. Aen. 19. *manum* autem pro *manus* saepe ponit Virgilius. vid. IX. 44. 690. X. 876. Senec. de Provid. III. *alius circumspicitur, cum quo conferre possimus manum.* vid. ad Calpurn. VI. Ecl. 21.

64 ACCEPIT) Heinsius malebat *Excepit.* sed Terentius Hecyr. IV. IV. I. *quem cum isthoc sermonem habueris procul hinc stans accepi.* et III. III. 3. *accipere auribus* dixit. et ita alii.

66 PER ORA) *Per ossa* alter Vossianus et Schefferius. Ita et Bigotianus, Dorvill. a m. pr. et Ed. Venet.

70 TVRBAT) *Tardat* Bigotianus. *vultum* Sprotianus. *in vulnere vulnus* a manu prima.

72 NE, QVAESO) *Te quaeso* Zulichemius, Ed. pr. *nec* Venetus. *ne me omine.* Parrhas.

Ibid. TANTO) *Duro* Sprotianus.

73 DVRI) *Diro certamine* Oudartii. *diri certamina* prior Hamburgicus. vid. ad lib. X. 146. mox *Turno est* idem et a manu secunda, *libera Martis.* ut et prior Hamburgicus. Ovid. II. Met. *non est mora libera nobis.*

75 IDMON) *Agmon* Venetus. *mea dicta* imitatione Catulli, qui Carm. IX. *Pauca nuntiate meae puellae non bona dicta,* a Marone haec posita notat nuperus Interpres Vulpius. *refert* nonnulli codices.

Puniceis invecta rotis Aurora rubebit,
Non Teucros agat in Rutulos: Teucrûm arma quiescant,
Et Rutulûm. Nostro dirimamus sanguine bellum.
Illo quaeratur coniunx Lavinia campo.
Haec ubi dicta dedit, rapidusque in tecta recessit,
Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementis:
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyïa:
Qui candore nives anteirent, cursibus auras.
Circumstant properi aurigae, manibusque lacessunt
Pectora plausa cavis, et colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squalentem alboque orichalco
Circumdat loricam humeris: simul aptat habendo
Ensem

77 RVBEBIT) *Rubescet* Parrhas.

78 TEVCRVM ARMA QVIESCANT, ET RVTVLVM. NOSTRO DIRIMATVR) *Teucra arma* Leidensis a manu secunda. *quiescent* alter Hamburgicus. *quiescunt* alter Menagii. *Rutili* Leidensis, Zulichemius, tertius Mentelii, et duo Rottendorphii. *dirimatur* Ald.

81 RAPIDVSQVE) *Trepidusque* Menagii prior.

82 POSCIT) *Pascit* Hamburgicus a manu secunda. *gaudensque* secundus a m. pr.

83 ORITHYIA) *Orycyia* Mentelii prior.

84 CVRSIBVS AVRAS) Commentator Cruquianus Horatii lib. I. Sat. VII. 8. *cursibus amnes* exhibet. *quo candore* alter Hamburgicus.

85 CIRCVMSTANT PROPERI) *Et circum properi* secundus Moretanus. Eadem varietas infr. v. 573. vid. ad Ovid. III. Amor. VI.

86 PECTORA PLAVSA) Ita scripti. solus Menagianus prior cum Gudiano *pulsa*. *Pulsa* etiam Bigotianus et Ald. *clausa* alter Hamburgicus et Ed. pr.

87 ORICHALCO) Ita semper scribendum docet lex metri. v. Erythr. Ind. et notas ad Sueton. Vitell. cap. V. et ad Valer. Flac. III. 61.

88 HABENDO) *Habenas* Zulichemius. *Ensemque et clypeumque* idem. *ensemque et clypeum, et* Editio Iuntina. vulgatam agnoscit Lutatius ad Statii III. Theb. 587. et unice vera est. *habere* enim de vestibus armis et aliis, quae corpore gerimus, solet dici. imitatus Maronem Valer. Flac. VI. 174. *Ipsaque Pallas, aegide terrifica, quam nec dea lassat habendo.* ubi vide notata. *aptare habendo* nostrates dicerent *aenpassen*. ita Servator vetuit Apostolos δύο χιτῶνας ἔχειν Luc. IX. 3. ubi non prohibet, possidere duas tunicas, sed gerere, induere, ut Marc. VI. 9.

Ensemque clipeumque, et rubrae cornua cristae:
Ensem, quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti
Fecerat, et Stygia candentem tinxerat unda.
Exin, quae mediis ingenti adnixa columnae
Aedibus adstabat, validam vi corripit hastam,
Actoris Aurunci spolium: quassatque trementem,
Vociferans: Nunc, o numquam frustrata vocatus
Hasta meos, nunc tempus adest: te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit. Da sternere corpus,
Loricamque manu valida lacerare revolsam
Semiviri Phrygis, et foedare in pulvere crinis
Vibratos calido ferro, myrrhaque madentis.
His agitur Furiis. Totoque ardentis ab ore
Scintillae absistunt: oculis micat acribus ignis.
Mugitus veluti cum prima in proelia taurus
Terri-

VI. 9. ἐνδύσασθαι vocat. *habendo* ea forma dictum ut supra 64. *aegrescitque medendo*, et II. Georg. 156. *lentescit habendo*. vid. ad I. Georg. 3.

89 ENSEMQVE) Deest hic versus Parrhas. *Ensemque et clypeum et* Ed. pr.

91 TINXERAT) *Intinxerat* Montalbanius. *finxerat* Venetus a manu prima.

92 EXIN) *Ex hinc* duo Moretani et Ed. pr.

93 CORRIPIT) *Corruit* Bigotianus.

94 AVRVNCI) *Arunci* Dorvil. Ed. pr. et Mediol.

96 MAXIMVS ACTOR) *Maximus auctor* nonnulli codices.

98 LACERARE) *Celebrare* alter Menagii. an *tenebrare?*

99 SEMIVIRI) *Semiferi Phrygii* Zulichemius a manu prima.

Ibid. FOEDARE IN PVLVERE) Vid. lib. X. 832.

100 VIBRATOS] *Crispatos* pro diversa lectione Moretanus quartus. deinde *murraque madentis* Mediceus cum priore Menteliano. *Mirra* duo Leidenses, prior Menagii, et Excerpta nostra. *vibratos* Interpres Horatii I. Sat. II. 98. agnoscit, et alterum est glossatoris. sic recte vir doctus apud Auson. in Mosella 236. *Aut frontis ad oram Vibratos captat digitis extendere crines.* probat in Observ. Misc. Crit. Vol. X. Tom. II. pag. 188.

102 ABSISTVNT) *Existunt* Leidensis et Parrhasianus. *absiliunt* alter Hamburgicus. et pro varia lectione Oudartii et Ed. pr. Lambinus ad Lucret. III. 292. citat, *micat acribus ardor. absistunt scintillae* Sprotianus.

103 PRIMA) *Primum* Mentelianus uterque et alii nonnulli,
cum

Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco; ventosque lacessit
Ictibus, et sparsa ad pugnam proludit arena.
Nec minus interea maternis saevus in armis
Aenas acuit Martem, et se suscitat ira,
Oblato gaudens conponi foedere bellum.
Tum socios, moestique metum solatur Iuli,
Fata docens: regique iubet responsa Latino
Certa referre viros, et pacis dicere leges.
Postera vix summos spargebat lumine montis
Orta dies; cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant;
Campum ad certamen magnae sub moenibus urbis
Dimensi Rutulique viri Teucrique parabant;

In

cum Pierianis plerisque. Et Dorvil. Leidensis et Ed. pr.

104 ATQVE IRASCI IN CORNVA TENTAT) Iidem codices, *aut irasci in cornua tentat*, quod Mediceus a manu secunda confirmat. sed aliter in Georgicis supra habuimus v. 71. *ardet in arma magis.* *Aut* Zulichemius et Leidensis et Excerpta nostra et Ed. pr.

105 OBNIXVS) *Adnixus* Hugenianus, *obnisus* Mentelii primus.

106 ET SPARSA) *Aut* Mediceus et Paris. et Parrhas. *Actibus* Zulichemius a manu prima. *aut s pugna* Sprotianus, Dorvil. qui et *praeludit*. ut etiam Vratislaviensis, Guell. Ed. Venet. sed male utrumque dici contendunt viri docti. vide quae dixi ad Rutilii Iter 257. ubi tamen Gronovium *praeludere* praeferre, vitio memoriae notavi, quum ille in *proludere* magis inclinat, ut et Cl. Dukerus ad Flor. IV. 2. ubi vid. quibus facile accedo. in primis quia Varro lib. V. de LL. p. 55. dicit, *Pro idem valet, quod ante, ut in hoc, proludit.*

108 MARTEM) *Mentem* Venetus.

112 CERTA) *Cuncta* Edit. Iuntina Ald.

Ibid. PACIS DICERE LEGES) Vid. ad Ovid. Epist. XII. 39.

113 SVMMOS SPARGEBAT LVMINE MONTIS) *Summo spargebat lumine terras* apud Diomedem Grammaticum libro II. est legere *summo spargebat lumine montes* uterque Mentelius, duo Rottendorphii, prior Menagius, Sprotianus, Montalbanius, duo Moretani. Et ita Regius.

114 ORTA) *Visa* alter Hamburgicus. *tollit* idem. mox *afflant* Venetus.

115 EFFLANT) *Afflant* Ed. pr.

117 DIMENSI) *Demensi* Mediceus, et Gudianus. Et ita Leidensis et Hugenianus et Paris. *dimissi* Zulichemius.

 118 ARAS

In medioque focos, et DIs communibus aras
Gramineas. Alii fontemque ignemque ferebant,
Velati lino, et verbena tempora vincti.
Procedit legio Aufonidum, pilataque plenis
Agmina fe fundunt portis. Hinc Troius omnis
Tyrrhenufque ruit variis exercitus armis;
Haud fecus inftructi ferro, quam fi afpera Martis
Pugna vocet. Nec non mediis in millibus ipfi
Ductores auro volitant oftroque decori,
Et genus Affaraci Mneftheus, et fortis Afylas,
Et Meffapus equom domitor, Neptunia proles.
Vtque dato figno fpatia in fua quifque receffit,
Defigunt tellure haftas, et fcuta reclinant.
Tum ftudio effufae matres, et volgus inermum,
Invalidique fenes, turris, et tecta domorum
Obfedere: alii portis fublimibus adftant.

At

118 ARAS) *Aris* fecundus Rottendorphius. *arces* Menagii prior. *in medioque faces* Oudartii. de D. communibus vid. fupr. ad VIII. 279.

119 GRAMINEAS) V. Gefner. ad Quint. IV. 8. p. 212.

Ibid. FONTEMQVE) *Fontefque* Zulichemius. *aliique ignem fontemque* Leidenfis. *fontem* pro aqua etiam dixit IV. Georg. 32.

120 TEMPORA VINCTI) *Tempora cincti* alter Hamburgicus pro varia lectione.

121 PROCEDIT) *Proceffit* Zulichemius.

122 TROIVS) *Troicus* Zulichemius.

124 FERRO) *Ferrum* Leidenfis. *quod fi* alter Menagii.

125 IN MILLIBVS) *In nubibus* Hugenianus. mox, *auro volucres* Zulichemius a manu prima.

127 FORTIS) *Acer Afilas* Vratislavienfis. *Afilas* multi.

129 IN SVA) *Infra* Oudartii.

130 DEFIGVNT) *Effigunt* Leidenfis alius. *diffigunt* prior Hamburgicus. *diffugiunt* alter, et Excerpta noftra. *telluri* Parrhaf. et Dorvill. Ovid. VIII. Met. 413. *iaculum tellure fixum.* vid. ad Ovid. III. Amor. II. 25. vid. inf. Serv. ad v. 564. ubi varia eft lectio *telluri* vel *tellure*

131 INERMVM) *Inerme* Zulichemius. intelligit mulieres, quas *vulgus iners* vocat Stat. V. Theb. 120.

132 ET TECTA) *Ac* Ed. Mediol.

133 OBSEDERE) *Obfidere* Mentelius tertius. vide lib. VII. 343. Ita Regius. *ac tecta* Parrhaf.

Ibid. AD-

At Iuno e ſummo, qui nunc Albanus habetur,
(Tum neque nomen erat, nec honos, aut gloria monti)
Proſpiciens tumulo campum adſpéctabat, et ambas
Laurentûm Troumque acies, urbemque Latini.
Extemplo Turni ſic eſt adfata ſororem,
Diva deam, ſtagnis quae fluminibuſque ſonoris
Praeſidet: hunc illi rex aetheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate ſacravit:
Nympha, decus fluviorum, animo gratiſſima noſtro,
Scis, ut te cunctis unam, quaecumque Latinae
Magnanimi Iovis ingratum adſcendere cubile,
Praetulerim, coelique lubens in parte locarim:
Diſce tuum, ne me incuſes, Iuturna, dolorem.
Qua viſa eſt fortuna pati, Parcaeque ſinebant
Cedere res Latio, Turnum, et tua moenia texi:
Nunc iuvenem inparibus video concurrere fatis?
Parca-

Ibid. ADSTANT) *Inſtant* Zulichemius a manu prima, et Montalbanius, et Ed. pr.

135 NEQVE HONOS) *Nec gloria* alter Menagii.

Ibid. MONTI) *Monte* prior Hamburgicus. *genti* Bigotianus. *tunc neque n. e. nec bonor nec gloria montis* Ed. pr. *neque bonos neque gl. monti* Mediol.

136 CAMPVM SPECTABAT) *Aſpiciens* Bigotianus, et *adſpectabat* idem et Leidenſis. *ſpectabat* Pariſ. Ed. Mediol. Ald. vid. lib. X. 4.

141 EREPTA) *Arrepta* Leidenſis, Hugenianus, Zulichemius, primus Moreti, Dorvil. Menagii, et Hamburgenſis ſecundi. pro *abrepta* credo.

143 LATINAE) *Latinis* Gudianus a manu prima. Heinſius et in ora codicis, *ut te e cunctis.* ita Waddel. Anim. Critic. p. 38. *Scis unam cunctis, ut te* Leidenſis.

145 LIBENS) *Lubens* in Gudiano. *Pertulerim* tertius Rottendorphius.

146 NE ME) *Nec me* Zulichemius, et Parrhaſ. et Dorvil.

147 QVA VISA FORTVNA PATI) Vterque Menteliaus, *Qua*, id eſt *Quam*. Aruſianus Meſſius *Quoad. Quoad pro Donec. Virg. Aen.* XII. *Quoad viſa eſt fortuna pati.* Terent. Eunucho II. I. 4. *munus noſtrum ornato verbis, quoad poteris, et iſtum aemulum quoad poteris ab ea pellito.* Sed ibi legitur in emendatis exemplaribus, *quod poteris.* vid. ad Ecl. III. 70.

148 MOENIA) *Numine* Zulichemius.

149 FATIS) *Telis* prior Mentelius et Rottendorphius uter-

Parcarumque dies, et vis inimica propinquat.
Non pugnam adſpicere hanc oculis, non foedera poſſum.
Tu, pro germano ſi quid praeſentius audes,
Perge: decet. Forſan miſeros meliora ſequentur,
Vix ea: quum lacrimas oculis Iuturna profudit,
Terque quaterque manu pectus percuſſit honeſtum.
Non lacrimis hoc tempus, ait Saturnia Iuno:
Adcelera, et fratrem (ſi quis modus) eripe morti:
Aut tu bella cie, conceptumque excute foedus.
Auctor ego audendi. Sic exhortata reliquit
Incertam, et triſti turbatam volnere mentis.
Interea reges (ingenti) mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt,
Solis avi ſpecimen: bigis it Turnus in albis,

Bina

que. etiam Gudianus pro diverſa lectione. *Factis* alter Hamburgicus.

151 NON FOEDERA) *In foedere* Mediceus a manu prima.

152 PRAESENTIVS) *Praeſtantius* Sprotianus, Montalbanius, Leidenſis et Zulichemius.

153 SEQVENTVR) *Sequantur* prior Hamburgicus. Et duo Leidenſes.

154 PROFVDIT) *Profundit* Dorvil. *cum lacrimis* Ed. pr.

155 PERCVSSIT) *Perfudit* Parrhaſ. a manu prima.

156 NON LACRIMIS HOC TEMPVS, AIT) *Hoc tempus erat* Bigotianus a manu prima. Heinſ. et adſcripſerat *hic tempus, ait. haec* Moreti ſecundus. *hoc tempus eget*, Dorvill.

157 ERIPE MORTI) Haec deerant tertio Mentelii, et Regio. *eripe morte* Menagii alter et Gudianus.

158 AVT) *At* Menagii prior, qui et *excipe foedus.*

159 EXHORTATA) *Exorata* Hugenianus. *relinquit* Leidenſis a manu prima.

160 MENTIS) *Mortis* duo Hamburgenſes.

161 INTEREA REGES) *Continuo rex ingenti de mole* Mediceus a manu prima.

162 QVADRIIVGO VEHITVR CVRRV) *Quadriiuge vehitur* Papias in *Prolepſis.*

163 AVRATI) *Auratis* prior Menagii. duodecim radiis etiam in nummis coronas conſpici, ad Zodiaci ſigna aut ad Herculis labores relatis notat Addiſſon Itiner. p. 297. niſi quod Florentiae viderit coronam octo radiorum.

164 SPECIMEN) *Speciem* Serv. Dan. ad VI. 47.

Ibid.

Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Aeneas, Romanae stirpis origo,
Sidereo flagrans clipeo, et coelestibus armis,
Et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae)
Procedunt castris, puraque in veste sacerdos
Saetigeri foetum suis, intonsamque bidentem
Adtulit, admovitque pecus flagrantibus aris.
Ille ad surgentem conversi lumina Solem
Dant fruges manibus salsas, et tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisque altaria libant.
Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
Esto nunc Sol testis, et haec mihi terra vocanti,
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et Pater omnipotens, et tu Saturnia Iuno;
Iam melior, iam, Diva, precor: tuque inclute Mavors.
Cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques:
Fontisque, fluviosque voco, quaeque aetheris alti Religio,

Ibid. BIGIS) *Biiugis* Ald. *specimen* illustrat Brouckh. ad Propert. IV. XI. 93.

166 HINC) *Hic* Parrhas.

168 ROMAE) *Proles* Zulichemius a manu prima. vid. Serv. ad VI. Ecl. II.

170 SAETIGERAE) Vid. ad Phaedr. V. Fab. ult. *setigerum* Sprotianus.

171 ATTVLIT) Heinsius in ora codicis adscripserat *appulit*.

172 AD SVRGENTEM) Repudiavit Fabric. alteram lectionem (*assurgentes*) tanquam inscitam et minus Poëticam. Sic uterque Hamburgicus et secundus Rottendorphius, Parrhas. et Excerpta nostra, quae et *lumine*, ut et Leidensis. *conversi lumina* per Graecismum. ut lib. XI. 507, *oculos fixus*, ut ibi MSS. et lib. IX. 64. *formam vertitur oris.* ubi vide Heinsii notas et lib. X. 359.

173 FERRO) *Ferri* alter Menagii.

174 PATERISQVE) Vid. ad Lucan. III. 404.

175 PRECATVR) Vel *profatur* prior Hamburgicus. *pater Aeneas* Parrhas.

176 PRECANTI) *Et hoc* Ed. pr. *precanti* Ed. Mediol. Ald. *petenti* Cod. Dorvil.

177 QVAM PROPTER) *Qua propter* Ed. pr.

178 CONIVNX) *Coniux* Bigotianus, Dorvil. Parrhas. et Editio Mediol. Ald. et Iuntina.

180 NVMINE) *Tenes sub n.* Dorvil. a m. sec. *nomine* Sprotianus, Venetus et Zulichemius et secundus Moreti et Parrhas. a m. pr.

182 QVAE.

Religio, et quae caeruleo sunt numina ponto:
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Convenit Euandri victos discedere ad urbem:
Cedet Iulus agris: nec post arma ulla rebelles
Aeneadae referent, ferrove haec regna lacessent.
Sin nostrum adnuerit nobis victoria Martem,
(Vt potius reor, et potius DI numine firment)
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto. Paribus se legibus ambae
Invictae gentes aeterna in foedera mittant.
Sacra Deosque dabo: socer arma Latinus habeto;
Imperium sollemne socer: mihi moenia Teucri
Constituent, urbique dabit Lavinia nomen.
Sic prior Aeneas: sequitur sic deinde Latinus,

Suspi-

182 QVAEQVE) *Quoque* Excerpta nostra. *teque* Zulichemius. *relligio est* Leidensis. *relligo quae et* primus Moreti. *religio est, et quae c. s. omnia ponto* Dorvil. *nomina* Mentelii prior a manu prima. *Et fontes fluviosque* Oudartii.

184 DISCEDERE) *Decedere* Mediceus. *descendere* primus Moretanus, cum priore Mentelio. Bigotianus, Dorvil. et Zulichemius etiam *descendere*. *accedere* Vratislaviensis. *ab urbe* alter Menagii.

185 CEDET) *Cedat* Bigotianus, Montalbanius, alter Hamburgicus et Parrhas. mox *ferroque* Gudianus et prior Menagii. vel *belloque* prior Hamburgicus, et Dorvil. *nec ferro* Zulichemius a manu prima. *lacessunt* alter Hamburgensis. *referant* et *lascessant* Oudartii.

187 SIN NOSTRVM) *Sin vestrum* Bigotianus. *adnuerint* Venetus. *victoria Mavors* alter Hamburgicus. *nostrum Martem*, nobis faventem, vid. ad Ovid. XIII. Met. 256. *si nostrum* Ed. pr.

188 NVMINE) *Numina* Gudianus et Sprotianus. *Potius munimine* Zulichemius.

189 NEC TEVCRIS) *Non* alter Menagii. *te Teucris* alter Hamburgicus. sed tum *Italus*, vel *Italum*.

190 NEC) *Non mihi* Parrhas.

Ibid. SE LEGIBVS) *Sed legibus* secundus Moreti et Dorvil.

191 INVICTAE) *Iniunctae* Hugenianus.

Ibid. MITTANT) *Mittent* Montalbanius, Bigotianus et quartus Moreti. mox *habebit* Zulichemius a manu prima.

194 CONSTITVENT) *Constituant* Parrhas.

195 SIC) *Tum* Zulichemius, uterque Hamburgicus, Venetus, duo Moretani, et Vratislaviensis. *dum* Leidensis. *tunc* alius Leidensis. *tum inde* Excerpta nostra. *cum deinde* Leidensis alius.

Suſpiciens coelum, tenditque ad ſidera dextram:
Haec eadem, Aenea, terram, mare, ſidera, iuro,
Latonaeque genus duplex, Ianumque bifrontem,
Vimque Deum infernam, et duri ſacraria Ditis:
Audiat haec Genitor, qui foedera fulmine ſancit:
Tango aras; medios ignis, et Numina teſtor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec foedera rumpet,
Quo res cumque cadent: nec me vis ulla volentem
Avertet; non ſi tellurem effundat in undas
Diluvio miſcens, coelumque in Tartara ſolvat
Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam forte gerebat)
Numquam fronde levi fundet virgulta, neque umbras,
Cum ſemel in ſilvis imo de ſtirpe reciſum

Matre

us. *ſed deinde* Hugenianus. mox *ſuſcipiens* Sprotianus et Gudianus. *tendenſque* Menagianus.

199 DVRI) Ita codices noſtri non *Diri Ditis*. nec aliter Giphanius Indice Lucret. in *victus*. et Servius lib. VII. *ſaevi ſpiracula Ditis. Inferna et* Zulichemius. *inferium* Sprotianus et Venetus, cum Excerptis noſtris.

200 FOEDERA) *Sidera* Sprotianus. *numine ſancit* alter Hamburgicus. *numina fulmine* Zulichemius. *firmat* Leidenſis. vid. Robert Tit. Controverſ. Lect. X. 20. *ſanxit* Ed. pr.

201 TANGO ARAS, MEDIOSQVE IGNES) An *medios*, in medio poſitos? an ut arbitros pacis? vid. ad Claud. II. in Ruf. 309.

202 RVMPET) *Rumpat* Gudianus. idem mox *Avertit*, non *Avertet*. *Foedere* Mediceus. *rumpit* primus Moretanus. mox *cadant* alter Hamburgicus. *nec me cara ulla ferentem* Zulichemius a manu prima.

204 TELLVREM EFFVNDAT IN VNDAS) *Tellure effundat et undas* Mediceus. Vid. Ruaeum. *fundat* Dorvil.

205 SOLVAT) *Vertat* Ed. pr. et Venet. *diluvium m. caelumque* Dorvil.

206 GEREBAT) *Regebat* Montalbanius. *hoc* deeſt Mentelio priori. *ferebat* Zulichemius. *ſceptrum hoc ſceptrum dextra* Bigotianus. *dextra hoc ſceptrum nam* Hugenianus.

207 NEC VMBRAS) *Vmbram* in Macrobio exſtat lib. V. Saturn. cap. 3. *neque umbras* multi ex Heinſii codicibus. *Vmbram* primus Moreti. *uno de ſtirpe* Parrhaſ.

208 IMO) *Vna de* Zulichemius. *ima* Sprotianus. *imo* etiam legit Commentator Crucquianus ad Horatii I. Epiſt. II. 69. etimitatum

Matre caret, posuitque comas et brachia ferro;
Olim arbos, nunc artificis manus aere decoro
Inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.
Talibus inter se firmabant foedera dictis,
Conspectu in medio procerum. Tum rite sacratas
In flammam iugulant pecudes, et viscera vivis
Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.
At vero Rutulis inpar ea pugna videri
Iamdudum, et vario misceri pectora motu:
Tum magis, ut propius cernunt non viribus aequis.
Adiuvat incessu tacito progressus, et aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus,
Tabentesque genae, et iuvenili in corpore pallor.
Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit

Sermo-

tatum esse Columellam v. 9. ostendit Cl. Drakenb. ad Livii VIII. VI. 2.

209 CARET) *Cadet* Mediceus. *Ponere comas falce* dixit Propert. II. XV. 12.

211 LATINIS) *Latinus* Leidensis.

213 CONSPECTV IN MEDIO) *Prospectu medio* Mediceus. *conspectu medio* alter Mentelianus. Et ita Bigotianus et Parrhasianus.

214 FLAMMAM) *Flammas* Parrhas. Mentelii prior a manu prima. versu sequenti in Vratislaviensi erat, *cumulantque altaria donis.* repetitum ex lib. XI. 56. vulgatae vero lectionis verba occurrunt etiam lib. VIII. 284.

217 MISCERI) *Miscentur* Zulichemius a manu prima. *demisceri* Dorvil.

218 CERNVNT) Scilicet, adstare Aeneam et Turnum, non esse aequis viribus. vid. ad X. 357.

219 INCESSV) *Incensu* Leidensis et Regius. *ingressu* Zulichemius, Gudianus, prior Hamburgicus et quartus Moretanus. *ad aram* duo Moretani et Zulichemius. ego *incessu tacito* praetuli, quia *progressus tacito ingressu* offendit aures. et *incessus* proprie de modo incedendi. ut lib. I. 405. *et vera incessu patuit dea.* sic apud Quinctil. I. III. *ut ea quae discit effingat, non habitum forte et incessum* etc. ubi male *ingressum* Davisium ad Cicer. I. de N. D. 34. legere dicit Gesnerus. in Cicerone legitur, *ingressus, cursus, accubitio* etc. sed in duabus Edd. Davisii A. 1719. et 1722. nihil notatum video. quare in tertia, qua careo, forte id addidit.

221 TABENTESQVE GENAE) *Pallentesque* Bigotianus. *rubentesque g. e. iuvenili in pectore* Excerpta nostra. Forte *labentesque*. *Tebescentes* Regius. *in* deest Sprotiano.

222 SIMVL AC) *Simul ut* uterque Mentelius, cum duobus Hamburgicis, etiam cum Gudiano

Sermonem, et volgi variare labantia corda:
In medias acies, formam adsimulata Camerti,
Cui genus a proavis ingens, clarumque paternae
Nomen erat virtutis, et ipse acerrimus armis,
In medias dat sese acies, haud nescia rerum,
Rumoresque serit varios, ac talia fatur:
Non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam
Obiectare animam? numerone, an viribus aequi
Non sumus? En, omnes et Troës, et Arcades,
Fatalisque manus, infensa Etruria Turno. [hi sunt,)
Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
Ille quidem ad superos, quorum se devovet aris,
Succedet fama, vivusque per ora feretur:
Nos, patria amissa, dominis parere superbis
Cogemur, qui nunc lenti consedimus arvis.

Tali-

no a secunda manu. Etiam Leidensis et Hugenianus, et Excerpta nostra et Regius.

223 LABANTIA) *Labencia* Dorvill.

224 IN MEDIAS) *Per medias* Parrhas. *Camertis* Ald.

Ibid. ASSIMVLATA CAMERTI) *Camertis* Vratislaviensis. et Leidensis.

227 HAVD NESCIA) *Haud inscia* priores Mentelii et Menagii.

229 CVNCTIS PRO) *Pro cunctis* Mediceus et caeteri nostri, cum Servio et Pierianis. Sensum esse puto, an fata omnium committemus unius pugnae et discrimini, ut apud Flor. I. 3. et 11. Aen. 130. similiter haec imitatus Statius XI. Theb. 159. ubi Polynices pro reliquis Argivis pugnam cum Fratre deposcens ait: *Non pleris Danae florem, Regumque verendas Obiectare animas. cuncti pro* Ald. v. 236. non cepit Catroeus.

231 OMNES HIC TROES ET A. HIC SVNT) Parrhas. *hic sunt* Dorvil. Ed. Mediol. Ald.

232 FATALISQVE) *Mortalesque* Montalbanius pro diversa lectione. *Etruria mater* Ed. pr.

233 ALTERNI) *Alternum* Bigotianus. *alternis* alter Menagii. *vix alterni hostem* Leidensis. maior etiam Daris magniloquentia apud Iustinum lib. XI. 13. *vix denis armatis singulos hostes, si divisio fieret, evenire.* vid. Guell.

234 QVIDEM) *Equidem* alter Hamburgicus. deinde *succedens* Hugenianus. *succedit* Mentelius prior. *vivisque* Montalbanius, forte melius, pro *vivorum per ora.*

235 VIVVSQVE) An *vivûmque.*

236 AMISSA) *Admissa* Dorvillius.

237 QVI NVNC LENTI CONSEDIMVS ARVIS) *Lenti*

Talibus incenſa eſt iuvenum ſententia dictis,
Iam magis atque magis; ſerpitque per agmina
Ipſi Laurentes mutati, ipſique Latini. [murmur.)
Qui ſibi iam requiem pugnae, rebuſque ſalutem
Sperabant, nunc arma volunt, foeduſque precantur
Infectum, et Turni ſortem miſerantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit, et alto
Dat ſignum coelo; quo non praeſentius ullum
Turbavit mentis Italas, monſtroque fefellit.
Namque volans rubra fulvus Iovis ales in aethra
Litoreas agitabat avis, turbamque ſonantem
Agminis aligeri; ſubito cum labſus ad undas
Cycnum excellentem pedibus rapit inprobus uncis.
Adrexere animos Itali, cunctaeque volucres
Convertunt clamore fugam, mirabile viſu;

Aethe-

ti c. arvis Ed. pr. Mediol. Ald. *laeti conſ.* Vratislavienſis. *leti* Zulichemius. Heinſius in ora codicis *quis nunc. lenti* agnoſcit Serv. ad Ecl. I. 4.

238 INCENSA EST) *Accenſa eſt* duo Rottendorphii, alter Mentelius. praeterea *Tum magis atque magis* Gudianus. *Accenſa* etiam a manu ſecunda Zulichemius.

239 IAM MAGIS) *Tunc* Zulichemius. *ſerpit per* Dorvil.

240 MVTATI) *Mutari* Zulichemius. mox *Et ſibi iam* ſecundus Rottendorphius. *Cui iam* Leidenſis.

241 QVI SIBI) *Quiſquis* Parrhaſ.

242 NVNC ARMA) *Nunc iam arma* alter Hamburgicus. imitatur Statius VIII. Theb. 657. *Arma volunt*, ubi male *volant* alii ediderunt. nam et idem lib. III. 665. *arma volenti obvius ire paras*. deinde *infectum, Turni* Venetus.

245 MENTIS ITALAS) *Montes Italos* Bigotianus. Ovid. *Humanas motura tonitrua mentes.*

247 NAMQVE VOLANS) *Iamque* Hugenianus. *namque* agnoſcit Statii Interpres lib. III. 64. (qui *rubra* omittit) et Horatii Epod. X. qui docent in malo augurio feminino genere, in bono maſculino poni, quod refutat Barthius ad Statii d. l. *Fulvis* Parrhaſ. *rubea* Vratislavienſis. *litoreaſque* Leidenſis et Regius. *agitavit* ſecundus Rottendorphius. *turbamque ſequentem* Excerpta noſtra.

249 CVM LAPSVS) *Collapſus* Parrhaſ.

250 RAPIT) In Ind. Erythr. in *capit* hic verſus notatur, quaſi ita legeretur.

251 CVNCTAEQVE) *Iunctaeque* Zulichemius a manu prima.

253 PEN-

Aetheraque obſcurant pennis, hoſtemque per auras
Facta nube premunt: donec vi victus, et ipſo
Pondere defecit, praedamque ex unguibus ales
Proiecit fluvio, penituſque in nubila fugit.
Tum vero augurium Rutuli clamore ſalutant,
Expediuntque manus: primuſque Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc votis, inquit, quod ſaepe petivi.
Adcipio, adgnoſcoque Deos: me, me duce ferrum
Corripite, o miſeri, quos inprobus advena bello
Territat, invalidas ut avis; et litora veſtra
Vi populat. Petet ille fugam, penituſque profundo
Vela dabit. Vos unanimi denſate catervas,
Et regem vobis pugna defendite raptum.
Dixit, et adverſos telum contorſit in hoſtis
Pro-

253 PENNIS) *Pinnis* tertius Mentelii, Regius, et Editio Iuntina.

254 ET IPSO) *Et ipſe* Menagius alter, prior Hamburgicus, Venetus et duo Leidenſes. et Parrhaſ. et Regius *ab ipſo* Sprotianus. *donec convictus* Bigotianus et Dorvil. *proiecit fluvium* tertius Rottendorphius.

256 PENITVSQVE) *Penitus* Mediceus et Mentelianus prior, cum altero Menagio. Et Regius.

257 RVTVLI) *Nutu* Parrhaſ.

259 HOC VOTIS) *In votis* Oudartii et Zulichemii manus prima. Videtur Horatium legiſſe librarius apud quem, *Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus.*

261 O RVTVLI) *O Rutili* Dorvil. Ed. pr. et Mediol. Ald.

262 INVALIDAS) *Invalidus, ut a.* Ed. pr. *et litora noſtra* Mediol. et ita quidam apud Servium ediderunt.

Ibid. LITORA VESTRA) Non *noſtra* potiores ſcripti. et id quoque maiorem invidiam prae ſe fert. *O Rutuli* Pariſ.

263 PETET) *Petat* alter Hamburgicus. *ne populat* Parrhaſ.

264 VNANIMI DENSATE) *Vnanimes* Dorvill. Vratiſlavienſis et Parrhaſ. et ita Serv. ad XI. 653. qui et *denſete*. tres tamen ſyllabae quae *e* proferunt offendunt, et *denſate* numeroſius eſt. vid. XI. 650.

265 VOBIS) *Nobis* Ed. pr.

266 ADVERSOS) *Adverſus* Leidenſis et Regius. *telumque intorſit* ſecundus Mentelius. deinde *praecurrens* Leidenſis et Excerpta noſtra. *proterrens* Montalbanius. *percurrens* Zulichemius a manu prima. *procurrens*, eſt ex ordine currens. Florus.

Procurrens: ſonitum dat ſtridula cornus, et auras
Certa ſecat. Simul hoc, ſimul ingens clamor, et omnes
Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.
Haſta volans, ut forte novem pulcherrima fratrum
Corpora conſtiterant contra, quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gilippo;
Horum unum ad medium, teritur qua ſutilis alvo
Balteus, et laterum iuncturas fibula mordet,
Egregium forma iuvenem, et fulgentibus armis,
Tranſadigit coſtas, fulvaque effundit arena.
At fratres, animoſa phalanx, adcenſaque luctu,
Pars gladios ſtringunt manibus, pars miſſile ferrum
Conripiunt, caecique ruunt. Quos agmina contra
Procurrunt Laurentum. Hinc denſi rurſus inundant
Troës, Agyllinique, et pictis Arcades armis.
Sic omnis amor unus habet decernere ferro.
Diripuere aras: it toto turbida coelo
Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber:
Crate-

267 AVRAS) *Aras* Dorv. a m. pr.

268 SIMVL HOC) *Haec* Venetus. *ſimul hoc ingens et clamor* Zulichemius. unde Heinſ. *ingens it.* in Oudartii *ſimul hoc* deerat. *ſimul* eleganter geminari conſtat ex notis ad Vell. Paterc. II. 22. Liv. III. 50. et XXVII. 15.

272 GILIPPO) *Gylipſo* Mediceus. *Gelippo* Montalbanius. *Gylyppo* duo Menteliani. *Arcadico* Sprotianus a m. ſec.

273 AD MEDIVM, TERITVR QVA SVTILIS ALVO) *Medium alvum* Excerpta noſtra et alter Hamburgicus. *in medium alvum* Zulichemius a manu prima. V. ad Suet.

275 EGREGIVM) *Egregia forma* primus Moretanus. *Tranſadiit* Parthaſ. vid. inf. 508.

276 EXTENDIT) In membranis poeue omnibus eius loco *effundit.* *Extendit* Dorvil. *effudit* Zulichemius et Parrhaſ. *infundit* Bigotianus. *et fulva effundit* Ed. pr.

277 PHALANX) *Phalans* Zulichemius.

278 GLADIOS) *Gladium* Hugenianus. *gladios ſtringunt: manibus pars* etc. Montalbanius et prior Hamburgicus.

280 HINC DENSI) *Hinc depreſſi* Ed. pr.

281 AGYLLINIQVE) *Agillenique* Regius et prior Mentelii. *Agilini* Dorvil.

282 OMNIS AMOR) *Amor omnis* Dorvil.

283 IT) *Et* alter Menagii et Gudianus a m. pr. *irruit* Montalbanius.

285 IPSE)

Craterasque focosque ferunt. Fugit ipse Latinus,
Pulsatos referens infecto foedere Divos.
Infrenant alii currus, aut corpora saltu
Subiiciunt in equos, et strictis ensibus adsunt.
Messapus regem, regisque insigne gerentem,
Tyrrhenum Aulesten, avidus confundere foedus,
Adverso proterret equo: ruit ille recedens,
Et miser oppositis a tergo involvitur aris
In caput, inque humeros. At fervidus advolat hasta
Messapus, teloque orantem multa trabali
Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur:
Hoc habet: haec melior magnis data victima Divis.
Concurrunt Itali, spoliantque calentia membra.
Obvius ambustum torrem Corynaeus ab ara

Con-

285 IPSE) *Ille* prior Hamburgicus.

286 INFECTO) *Infesto* Zulichemius et prior Menagii. *infectos* secundus Rottendorphius.

287 AVT CORPORA) *Et corpora* Mediceus. Gudianus versu proximo, *aut strictis ensibus* a manu prima. *et strictis ensibus adstant* Leidensis. Et sic Mediceus. Gudiani codicis lectionem firmant Lutatius ad Stat. 1. Theb. 337. et Servius ad 1. Georg. 202.

289 GERENTEM) *Regentem* P. Danielis Editio. *ferentem* secundus Rottendorphius. *regis insigne* Dorvil.

290 AVIDVS) *Ausum* Parrhas. Ibid. CONFVNDERE FOEDVS) Et hic et lib. V. 496. Graecam loquendi consuetudinem expressit. nam ὅρκος συγχέαι vel συγχῦσαι in usu fuisse docuit I. H. Meibomius in Iusiur. Hippocr. cap. XX.

291 ADVERSO) *Averso* Mediceus. *recumbens* Parrhas. *proterrere* elegans et efficax verbum. imitatur Statius II. Theb. 644. *Protinus idem ultro iaculo, parmaque Menoetem Proterrebat agens.* ubi Britannus quidam *proturbabat.* scilicet librario indocto in mentem veniret obvium verbum, huic (ut Servius observat, mire dictum) efficacissimo permutare. *prosternit* Ed. Mediol. *proteret* Ed. pr.

292 INVOLVITVR) *A tergo volvitur* Parrhas. et Dorvill. *misere o. a. t. volvitur* Ed. Venet.

293 INQVE HVMEROS) *Atque humeros* Parrhas. *inque humeris* prior Mentelii. mox *avolat* alter Hamburgicus. *ac fervidus* Ed. pr. *et* Mediol.

295 EQVO) Deest Dorvil.

296 MAGNIS DATVR HOSTIA DIVIS) Oudartii. *hoc habe* Carroeus.

297 CALENTIA) *Cadentia* Parrhas. Montalbanus et prior Menagii, Zulichemius et Leidensis et prior Hamburgicus pro varia lectione, et Ed. pr.

Conripit, et venienti Ebuso, plagamque ferenti
Occupat os flammis. Olli ingens barba reluxit,
Nidoremque ambusta dedit. Super ipse secutus
Caesariem laeva turbati conripit hostis,
Inpressoque genu nitens terrae adplicat ipsum:
Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
Pastorem, primaque acie per tela ruentem,
Ense sequens nudo superinminet: ille securi
Adversi frontem mediam mentumque reducta
Disiicit, et sparso late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos et ferreus urguet
Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
Nudato capite, atque suos clamore vocabat.
Quo ruitis? quaeve ista repens discordia surgit?
O cohibete iras! ictum iam foedus, et omnes
Com-

299 EBVSO) *Hebeso* Zulichemius. *Abulo* Bigotianus. *Ebyso* Mediceus. *Eubuso* Dorvil. *occupat os* Lucilianum posset videri ex lib. VI. Sat. n. 9. nisi Douza ibi *bos* vellet legi. sed quis certi quid in fragmentis statuat? Valer. Flac. III. 168. *occupat os barbamque viri*, qui certe imitatus Virgilium.

300 RELVXIT) *Refluxit* Bigotianus. *illi i. b. relusit* Dorvil.

301 SECVTVS) *Locutus* Parrhas. *ille* prior Hamburgicus.

303 INPRESSOQVE) *Impressosque* Dorvil.

304 PODALIRIVS) *Podarilius* Mediceus. *Polidarius* Sprotianus, Venetus et alter Hamburgicus. Zulichemius, Bigotianus et duo Leidenses. et tres Moretani et alii. mox *primamque aciem* Oudartii et Dorvil. *in prima acie* Venetus, uterque Hamburgicus, Dorvil. et nonnulli alii. male. vid. Cl. Drakenb. ad Liv. XXI. 34. *Polidorius* Parrhas.

308 DISIICIT) *Dissicat* Leidensis. *Dissicit* plures et Ed. pr. *dissidit* Excerpta nostra. *rigat arva* Leidensis a manu secunda. *cerebro* Sprotianus, et duo Hamburgenses.

Ibid. CRVORE) Scripti, *late rigat arma cerebro*. *Cerebro* Sprotianus, duo Hamburgici, ex Moretanis primus, sed pro diversa lectione. Ita et Bigotianus.

310 NOCTEM) *Mortem* Dorvil.

311 INERMEM) *Inertem* Mediceus.

313 REPENS) *Recens* Sprotianus et prior Hamburgicus. *repit discordia surgens* Zulichemius *quove* Ed. pr.

314 IAM) *Nam* Sprotianus. *sit* alter Menagii.

316 ME

Compositae leges: mihi ius concurrere soli:
Me sinite, atque auferte metus. Ego foedera faxo
Firma manu: Turnum iam debent haec mihi sacra.
Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce, viro stridens alis adlapsa sagitta est,
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta;
Quis tantam Rutulis laudem, casusne, Deusne,
Adtulerit. Pressa est insignis gloria facti:
Nec sese Aeneae iactavit vulnere quisquam.
Turnus, ut Aenean cedentem ex agmine vidit,
Turbatosque duces, subita spe fervidus ardet:
Poscit equos, atque arma simul, saltuque superbus
Emicat in currum, et manibus molitur habenas.
Multa virûm volitans dat fortia corpora leto:
Semineces volvit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguinis Mavors clipeo increpat, atque furentis
Bella movens inmittit equos: illi aequore aperto
Ante Notos Zephyrumque volant. Gemit ultima pulsu
Thraca pedum, circumque atrae Formidinis ora

Irae-

316 ME SINITE, ATQVE AVFERTE METVS) *Metuus* Ed. pr.

317 IAM DEBENT HAEC MIHI SACRA) *Debent, iam mihi* Regius. *debent haec iam mihi* Parrhas.

319 EST) Deest Parrhas.

320 ADACTA) *Adacta est* Ed. Venet. *missa* Dorvill. in marg.

321 CASVSVE, DEVSVE) *Casusne, Deusne* membranae praestantiores magno numero. Vid. ad lib. IX. 211. *tantum* Regius. hunc secutus Masv.

325 ARDET) *Instat* Zulichemius a manu secunda.

326 SVPERBVS) *Superbo* Dorvil. in margine.

328 CORPORA) *Pectora* secundus Moreti.

330 PROTERIT) *Protrahit aut* Ed. pr.

332 INCREPAT) *Intonat* Vratislaviensis. *increpitatque furentes* Leidensis. *frementis* Mediceus a manu prima.

333 IMMITTIT) *Emittit* Editio Dan. Heinsii.

334 GEMIT VLTIMA) *Excita pulsu* Ed. pr. *pulsa* Regius.

335 ATRAE FORMIDINIS ORA) Ita legendum, et *ora Formidinis* pro ipsa Formi-

 dine

Iraeque, Insidiaeque, Dei comitatus, aguntur.
Talis equos alacer media inter proelia Turnus
Fumantis sudore quatit, miserabile caesis
Hostibus insultans: spargit rapida ungula rores
Sanguineos, mixtaque cruor calcatur arena:
Iamque neci Sthenelumque dedit, Thamyrimque,
Pholumque, [nus ambo)
Hunc congressus, et hunc; illum eminus: emi-
Imbrasidas, Glaucum atque Laden, quos Imbra-
sus ipse
Nutrierat Lycia, paribusque ornaverat armis;
Vel conferre manum, vel equo praevertere ventos.
Parte alia media Eumedes in proelia fertur,
Antiqui proles bello praeclara Dolonis; [rentem:)
Nomine avom referens, animo manibusque pa-
Qui quondam, castra ut Danaûm speculator adiret,
Ausus

dine capienda docet Marklandus ad Stat. II. Silv. I. 215. et ita citat Schol. Horat. I. Od. 35.

337 ALACER) *Acer* Mentelius prior a manu prima.

338 SVDORE) *Furore* Dorvillius.

339 SPARGIT RAPIDA VNGVLA) *Sparsit rara ungula* apud Macrobium lib. V. Saturn. 12. in ultima Pontani editione. mendose: nam et *spargit* a Nonio Marcello agnoscitur. Et Schol. Lucan. VII. 837.

341 STHENELVMQVE) Codices admodum variant in his nominibus, *Sthelenum*, *Stelenum*, *Thamirum*, *Thamilum*, *Thamyrumque*, *Tamyrimque*, *Pholumque*, *Polumque*. *Tamnumque* Parrhasianus.

343 IMBRASIDAS) *Vmbrasidas*, *Vmbrasides*, *Hymbrasides*, atque *Laben*, *Hyadem*, *Iadem*, *Eladen*, *Raden*, *Iaden*, *Icidem*; et *Vmbrasus* et *Imbrasius* varie codices. *Imbrasius* Serv. ad II. Aen. 394.

Ibid. ATQVE LADEN) *Atque Iaden* Parrhas.

345 MANVM) *Manus* Zulichemius. *manu* Leidensis. *praevertere gentes* Leidensis, Hugenianus et Regius.

346 EVMEDES) *Eumenes* Excerpta nostra et prior Hamburgicus. *Eumeneus* Montalbanius. *Eumeles* Gudianus. *Eumenides* alii et Ed. pr. eadem varietas apud Ovid. III. Trist. IV. 27.

347 BELLO PRAECLARA) *Belli* Zulichemius. *Praeclara* ironice Ruaeus.

Ibid. DOLONIS) *Doloris* Regius.

348 NOMINE AVOM) *Nomen avi* Oudartii. *animo moribusque* Ed. pr.

349 SPECVLATOR) *Spoliator*, Ed. pr. mox *poscere currum* Mediol.

Ausus Pelidae pretium sibi poscere currus:
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Adfecit pretio: nec equis adspirat Achillis.
Hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto,
Ante levi iaculo longum per inane secutus;
Sistit equos biiugis, et curru desilit, atque
Semianimi labsoque supervenit, et, pede collo
Inpresso, dextrae mucronem extorquet, et alto
Fulgentem tinguit iugulo; atque haec insuper addit:
En, agros, et, quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens: haec praemia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic moenia condunt.
Huic comitem Asbuten coniecta cuspide mittit:
Chloreaque, Sybarimque, Daretaque, Thersilochumque:
Et sternacis equi labsum cervice Thymoeten.
Ac velut Edoni Boreae cum spiritus alto

Inso-

352 ACHILLIS) *Achilles* Mediceus. forte *Achillei*, ut saepe alias. vid. III. Georg. 91. *Assultat Achillis* Zulichemius a manu prima.

353 VT CAMPO) *E campo* secundus Moreti. *in campo* alter Menagii. *et campo* alter Mentelii.

356 LAPSOQVE) *Elapsoque* tres Moretani priores, cum Veneto, secundo Rottendorphio, tertioque, primo Hamburgico et Leidensi. Sic Parrhas. et Regius et Ed. Mediol.

358 TINXIT) *Tinguit* maxima pars codicum. pro *iugulo* vitiose Dan. Heinsii editio *iaculo. atque insuper* secundus Rottendorphii, et Ed. pr.

361 CONDVNT) *Condant* Vratislaviensis et Ed. pr.

362 ASBVTEN) *Asbyten* Mediceus. *Asbiten* Mentelius prior, et Rottendorphius uterque. in caeteris *Asbuten*. *Buten*. qui in libris editis nonnullis apparet, membranae non agnoscunt. *Albuten* Venetus. *Hasbuten*, *Hasbiten*, *Hasputin* alii. *Astuben* Dorvil. forte nomen a gente *Asbytarum*, ut legi debet, non *Asbystarum*. vide Salmas. ad Solin. pag. 270. et N. Heins. ad Sil. Ital. II. 58. et Drakenb. *Asontem* Ed. pr. *Butem* Mediol. *Buten* Ald.

363 SYBARIMQVE) *Et Sibarim Daretaque* Ed. pr. *et Sybarim* Ald. *Abarim*, *Habarin*, *Ybarum* alii. *Themetem*, *Thymoetem*, *Tymaetem*, *Thimaeten* alii. et pro *Chlorea Cholanemque Floreaque Choloremque*, *Choreumque Acharimque* Parrhas. *Cloreamque Simbarimque* Dorvil.

365 EDONI) *Edonii* ex scriptis Giphanius Ind. Lucret. p. 464.

Infonat Aegaeo, fequiturque ad litora fluctus,
Qua venti incubuere; fugam dant nubila coelo:
Sic Turno, quacumque viam fecat, agmina cedunt,
Converfaeque ruunt acies: fert impetus ipfum,
Et criftam adverfo curru quatit aura volantem.
Non tulit inftantem Phegeus, animifque frementem:
Obiecit fefe ad currum, et fpumantia frenis
Ora citatorum dextra detorfit equorum.
Dum trahitur, pendetque iugis, hunc lata retectum
Lancea confequitur, rumpitque infixa bilicem
Loricam, et fummum deguftat vulnere corpus.
Ille tamen clipeo obiecto converfus in hoftem
Ibat, et auxilium ducto mucrone petebat:
Cum rota praecipitem, et procurfu concitus axis
Inpulit, effunditque folo: Turnufque fecutus,
Imam inter galeam fummi thoracis et oras,
Abftulit enfe caput, truncumque reliquit arenae.
Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Aenean Mnefteus, et fidus Achates,
Afcaniufque comes, caftris ftatuere cruentum,

Alter-

464. *Edonii* etiam Dorvil. et nonnulli. *Edonea* Mediceus.

369 IPSVM) *Illum* Zulichemius a manu fecunda. *ipfe* a prima. *converfaque acie* primus Moreti.

371 FREMENTEM) *Furentem* prior Hamburgicus. *animoque* Oudartii. mox *fefe currui* Bigotianus. *obiicit ad currum fefe* primus Moreti.

373 DETORSIT) Ita omnes codices.

374 HVNC LATA RETECTVM) *Alta* Montalbanius.

375 BILICEM) *Trilicem* Bigotianus. *dum pendet trahiturque* primus Moretanus.

376 VVLNERE) Cl. Drakenb. ad Sil. IX. 123. *cufpide* citat, quod nefcio an ex coniectura, an ex codice aliquo petierit. fed *vulnus* eft telum, lancea, etc. quibus vulnus infertur. vid. ad lib. II. 529.

378 DVCTO. *Educto* Sprotianus, quartus Moreti et Venetus. *ftricto* Zulichemius, qui et a manu prima *parabat*. *adducto* Parrhaf. *ftricto* Ed. Mediol.

382 ARENA) *Arenae* Leidenfis et tertius Mentelii. *Arena* Ald. Dorvil.

385 COMES) *Puer* Bigotianus.

388 QVAE

Alternos longa nitentem cuſpide greſſus.
Saevit, et infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioque viam, quae proxima, poſcit:
Enſe ſecent lato vulnus, telique latebram
Reſcindant penitus, ſeſeque in bella remittant.
Iamque aderat Phoebo ante alios dilectus Iapyx
Iaſides: acri quondam cui captus amore
Ipſe ſuas artis, ſua munera, laetus Apollo
Augurium, citharamque dabat, celeriſque ſagittas.
Ille, ut depoſiti proferret fata parentis,
Scire poteſtates herbarum, uſumque medendi
Maluit, et mutas agitare inglorius artis.

Stabat

388 QVAE PROXIMA) Ita Gratius Cyneg. 382. *et quae tutela eſt proxima.* ubi Heinſius malebat *qua. poſcunt* Dorvil. a m. pr.

389 LATEBRAM) *Latebras* Mediceus a manu ſecunda. nec aliter Hamburgicus uterque et prior Menagianus, cum Voſſiano priore et primo ac quarto Moretanis. *Enſe ſecet lato* etiam Mediceus. Item Leidenſis, Bigotianus et Excerpta noſtra.

390 IN BELLA REMITTANT) Cum dativo conſtruxit Statius X. Theb. 712. *Teque iterum ſaevis iterumque remittere bellis.*

391 IAMQVE ADERAT) *Iamque erat ante alios Phoebo dilectus* Leidenſis. *Phoebi* Excerpta noſtra. *delectus* Gudianus. *Iapis* Parrhaſ. *Iaſpis* Ed. pr. et Mediol. et Ald. vid. Vinet. ad Auſonii d. l.

393 LAETVS) *Mittit* prior Hamburgicus. *ſua numina* Ed. pr.

394 DABAT) *Dedit* Mediceus, quod et Florentinam editionem occupavit et Gudianum codicem a manu prima. ſed a Servio iam damnatum. *Dabat* Zulichemius a manu prima, *dedit* a ſecunda, ut exſtat etiam apud Scholiaſtem Horatii ad Carm. Secul. et apud Serv. ad II. Georg. 486. et ita Ald.

395 DEPOSITI) Guell.

Ibid. PROFERRET) *Deferret* quartus Moreti. pro *differret* credo.

397 MVTAS ARTES) *Multas artes* Menagii prior, Sprotianus, Montalbanius, ſecundus Moreti, tertius Mentelii, Regius et Parrhaſ. Venetus a manu ſecunda. *mutatas* Dorvill. *mutas artes* omnes dici, quae non ſunt muſicae nec canorae, in quibus nullus eloquentiae locus, oſtendit Gronovius ad Stat. IV. Theb. 183. ſic *mutam ſcientiam* vocat Quinctil. V. de Inſt. Orat. c. 10. pag. 433. Meibomius ad Iusiur. Hippocratis cap. XIX. reſpexiſſe Poëtam credit, ad obligationem ſilentii, qua medici religioſe adſtringuntur; ex illius vero ſententia hauſiſſe ſuam videtur Ioan. Hen.

Z 5 Schultze,

Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam,
Aeneas, magno iuvenum et maerentis Iuli
Concursu, lacrimis inmobilis. Ille retorto
Paeonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica Phoebique potentibus herbis
Nequidquam trepidat, nequidquam spicula dextra
Sollicitat, prensatque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam Fortuna regit: nihil auctor Apollo
Subvenit: et saevus campis magis ac magis horror
Crebrescit, propiusque malum est. Iam pulvere coelum
Stare vident: subeuntque equites, et spicula castris
Densa cadunt mediis. It tristis ad aethera clamor
Bellantum iuvenum, et duro sub Marte cadentum.
Hic Venus, indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida.

Pube-

Schultze, qui ex Aegyptiorum Graecorumque mysteriis repetisse putat, et in templis Serapicis et Asclepicis (ut loquitur) ideo Harpocrates et Telesphoros, digito labiis impresso, silentii medicos admonuisse etc. ut didici ex Actis Academicis Lips. 1733. editis Tom. I. Sect. II. p. 40. si ipsa dissertatio ad manum esset, de ea iudicium ferre liceret. vid. et Act. Lips. 1740. Ian. p. 47.

400 CONCVRSV) *Conversu* quartus Moretanus.

Ibid. RETORTO) *Reperto* Leidensis et Excerpta nostra.

401 PAEONIVM) *Paeonidum* Mediceus.

402 HERBIS) *Hermis* et *trepida* Mediceus. *armis* Dorvil. sed in marg. *herbis.*

404 PRENSATQVE) *Pressat* Montalbanius. *prensant* secundus Moreti. *Forfice* prior Hamburgicus pro varia lectione.

405 NVLLA REGIT FORTVNA VIAM) Vide Charlottae Amaliae Epist. ad Ever. Otton. p. 19. et seqq. *viam*, ut apud Senec. in Oed. v. 109. *iam superest salus, Si quam salutis Phoebus ostendit viam.* eadem in re *fortuna* lib. III. Georg. 452. *Non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est.*

406 ET SAEVVS) *At* secundus Moreti.

412 DICTAMNVM GENETRIX) *Dictamum* Ed. pr. et Mediol. utrumque dici *Dictamum* et *Dictamnum* docet Bodaeus a Stapel ad Theoph. IX. 16. ubi copiose de eo agit. *carpsit* Regius. et duo alii.

413 PV-

Puberibus caulem foliis, et flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres haesere sagittae.
Hoc Venus, obscuro faciem circumdata nimbo,
Detulit: hoc fusum labris splendentibus amnem
Inficit, occulte medicans: spargitque salubris
Ambrosiae succos, et odoriferam panaceam.
Fovit ea volnus lympha longaevus Iapyx
Ignorans; subitoque omnis de corpore fugit
Quippe dolor: omnis stetit imo volnere sanguis.
Iamque secuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, atque novae rediere in pristina vires.
Arma citi properate viro. Quid statis? Iapyx
Conclamat, primusque animos adcendit in hostem.
Non haec humanis opibus, non arte magistra
Proveniunt. Neque te, Aenea, mea dextera servat:
Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit.

Ille

413 PVBERIBVS) Vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 364.

Ibid. COMANTEM) *Comante* Ed. pr.

414 CAPRIS) *Capreis* non inconcinne Leidensis. vide libro VII. 633. Ita duo Leidenses, et ultimo adscriptum, id est *cervis. capris* Zulichemius a manu secunda, a prima *captis*, ut Excerpta nostra. *capris* Serv. ad IV. Aen. 73. ubi tamen de cervis agit.

416 HOC) *Hanc* secundus Moreti.

417 HOC FVSCVM LABRIS) *Fusum* Priscianus ibidem exhibet, quod membranae omnes confirmant. *Labiis* Hugenianus et a manu prima Zulichemius. *detulit*, *infusum* Leidensis.

421 FVGIT) *Cessit* in secundo Rottendorphio, primo et tertio Moretanis. Ita et Zulichemius et Parrhas.

422 IMO VVLNERE) *Imo in vulnere* Gudianus, prior Menagius, Mentelianus alter, cum Sprotiano et Veneto et secundo Moretano. Ita Parrhas. *uno vulnere* secundus Rottendorphius et Venetus. *imo in vulnere* Parrhas. et Ed. Venet.

424 IN PRISTINA) *In corpora* Hugenianus. *in praelia* Sprotianus. *subiere* etiam secundus Moreti.

425 VIRO) *Viri* Leidensis, secundus Moretanus, Montalbanius, tum et pro discrepante scriptura prior Hamburgicus et Dorvill.

428 NEQVE TE, AENEA) *Neque Aeneam* Hugenianus.

430 PV-

Ille avidus pugnae ſuras incluſerat auro
Hinc atque hinc, oditque moras, haſtamque coruſcat.
Poſtquam habilis lateri clipeus loricaque tergo eſt,
Aſcanium fuſis circum complectitur armis,
Summaque per galeam delibans oſcula fatur:
Diſce, puer, virtutem ex me, verumque laborem;
Fortunam ex aliis. Nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit, et magna inter praemia ducet.
Tu facito, mox cum matura adoleverit aetas,
Sis memor, et te animo repetentem exempla tuorum
Et pater Aeneas, et avunculus excitet Hector.
Haec ubi dicta dedit, portis ſeſe extulit ingens,
Telum inmane manu quatiens: ſimul agmine denſo
Antheuſque Mneſtheuſque ruunt; omniſque relictis
Turba fluit caſtris. Tum caeco pulvere campus
Miſcetur, pulſuque pedum tremit excita tellus.
Vidit ab adverſo venientis aggere Turnus,
Videre Auſonii, geliduſque per ima cucurrit
Oſſa

430 PVGNAE) *Pugna* Menteliі prior a manu prima. *ſuraſque* prior Hamburgenſis.

431 HASTAMQVE) *Haſtaque* Hugenianus.

433 ARMIS) *Hamis* Menagii prior.

435 VERVMQVE) *Veterumque* Leidenſis, Montalbanius. *iuvenumque* alter Hamburgicus.

436 NVNC TE) *Non te* Ed. pr.

437 PRAEMIA) *Praelia* Menagii prior. *magnum* Hugenianus. et Ed. pr. Grangaeus ad Iuven. Sat. XVI. miratur Virgilium hic *praemia* pro *praelia* poſuiſſe. ſed et *praemia pugnae* noſter dixit lib. XI. 78.

441 ALTIS) *Ingens* omnes fere ſcripti. vide ſupr. ad lib. IX. 597.

443 ANTAEVS MNESTHEVSQVE) *Antheus Neſteuſque* Zulichemius. *Antheuſque Mneſtheuſque* duo Leidenſes et alii tres. *ruit* Gudianus pro varia lectione. et mox *ruit caſtris* Menagii prior.

444 PVLVERE) *Vulnere* alter Menagii. *campis* primus Moreti. deinde *plauſuque tremit magno excita tellus* Zulichemius a manu prima. *fremit* Leidenſis pro varia lectione.

446 VIDIT AB) *Vidit ut* Zulichemius a manu ſecunda. *agmine* Sprotianus. vid. lib. IX. 375.

448 LA-

Oſſa tremor. Prima ante omnis Iuturna Latinos
Audiit, adgnovitque ſonum, et tremefacta refugit.
Ille volat, campoque atrum rapit agmen aperto.
Qualis ubi ad terras abrupto ſidere nimbus
It mare per medium: miſeris, heu, praeſcia longe
Horreſcunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, ſtragemque ſatis; ruet omnia late:
Ante volant, ſonitumque ferunt ad litora venti.
Talis in adverſos ductor Rhoeteius hoſtis
Agmen agit: denſi cuneis ſe quiſque coactis
Adglomerant. Ferit enſe gravem Thymbraeus Oſirim,
ArchetiumMneſtheus, Epulonem obtruncat Achates,
Vfentemque Gyas. Cadit ipſe Tolumnius augur,
Primus in adverſos telum qui torſerat hoſtis.
Tollitur in coelum clamor, verſique viciſſim
Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipſe

448 LATINOS) *Latinis* Mentelii prior, Gudianus et Menagii alter. *Latinos Avebit* alter Hamburgicus. *adiit* Excerpta noſtra.

450 RAPIT) *Capit* in Ind. Erythr. *actum rapit* Dorvil.

451 ABRVPTO) *Obrupto* Montalbanius. *abrupto* nonnulli. vid. Catroeus.

452 PRAESCIA) *Triſtia* ſecundus Rottendorphius.

454 RVET OMNIA LATE: ANTE VOLANT) *Ruit* Mediceus, Sprotianus et prior Hamburgicus a manu prima, Leidenſes duo et Zulichemius. *ruit o. l. Ante volans, ſ. f. a. l. fluctus* Parrhaſ. *volans* Oudartii, Rottendorphius et Hamburgenſis ſecundi, Hugenianus, Zulichemius, et Leidenſis. *ſonant* Mentelii prior.

456 DVCTOR) *Victor* alter Hamburgicus et Leidenſis. *Rhetheus in hoſtes* Dorvil.

457 DENSI) *Denſis* Sprotianus. *adglomerat* alter Hamburgicus. vulgata eſt in Gloſſis Cyrilli in *Cuneum*.

458 THYMBRAEVS) *Tymbraeus, Thybreus, Tybreus. Oriſtim* Dorvil. alii *Oriſim*. deinde *Arcentim* Dorvil. *Areetium, Arcetum, Archecium, Artheum, Ebulonem, Opulonem*, codices varie. *Gias* etiam et *Gigas* alii.

460 TOLVMNIVS) *Tolomnius* Dorvil.

461 TORSERAT) *Torſerit* Leidenſis. *haſtis* Bigotianus.

463 PER AGROS) *Per hoſtes* alter Menagii.

464 AD-

Ipſe neque averſos dignatur ſternere morti;
Nec pede congreſſos aequo, nec tela ferentis
Inſequitur: ſolum denſa in caligine Turnum
Veſtigat luſtrans, ſolum in certamina poſcit.
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit, et longe labſum temone relinquit.
Ipſa ſubit, manibuſque undantis flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemque, et corpus, et arma Metiſci.
Nigra velut magnas domini cum divitis aedis
Pervolat, et pennis alta atria luſtrat hirundo,
Pabula parva legens, nidiſque loquacibus eſcas;
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna ſonat: ſimilis medios Iuturna per hoſtis
Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru:
Iamque hic germanum, iamque hic oſtentat ovantem:

Nec

464 AVERSOS) *Adverſos* Dorvill. *adverſus* Leidenſis. *congreſſus nec equo* Ed. pr.

465 AEQVO) *Nec equo* Parrhaſ. et Venetus. et Editio Iuntina et Ald.

466 IN CALIGINE) *In* deeſt Sprotiano et Ed. pr. et Mediol. *in denſa cal.* Dorvil. mox *in certamine* alter Hamburgicus.

468 HOC) *Hic* Parrhaſ. et Venetus.

470 RELINQVIT) *Reliquit* fere omnes praeter duos Rottendorphianos. *longo* Dorvil.

472 VOCEMQVE) *Et vocem* Zulichemius.

474 ET PENNIS) *Pinnis* Editio Iuntina. *pennas* alter Menagii. *pernix* ſecundus Rottendorphius. Maſvicius edidit *penitus*, quod eſt in Parrhaſ. *penis* Dorvil.

475 LEGENS) *Petens* Hugenianus. *locacibus* Zulichemius et Oudartii. *loquacibus aufert* Rottend. ſecundus a m. pr. mox *ſtagna volat* Parrhaſ. et Leidenſis a manu prima. *ſonans* tertius Rottendorphius et a manu ſecunda alter Hamburgicus, cum Excerptis noſtris. *ſonant* Mediceus.

478 CVRRV) *Curſu* duo Leidenſes et plures alii. et Ed. pr. v. Lucan. VII. 3. *rapit omnia* alter Hamburgicus, et Parrhaſ. a m. pr.

479 IAMQVE HIC) *Atque hic oſtendit* Ed. pr. *oſtendit* Ald.

Ibid. OSTENDIT) *Oſtentat* a manu ſecunda Mediceus. nec aliter princeps Vaticanus Pierii. Sic Leidenſis et Gudianus.

482 LON-

Nec conferre manum patitur: volat avia longe.
Haud minus Aeneas tortos legit obvius orbis,
Vestigatque virum, et disiecta per agmina longa
Voce vocat. Quoties oculos coniecit in hostem,
Alipedumque fugam cursu tentavit equorum;
Aversos toties currus Iuturna retorsit.
Heu, quid agat; vario nequidquam fluctuat aestu:
Diversaeque vocant animum in contraria curae.
Huic Messapus, uti laeva duo forte gerebat
Lenta levis cursu praefixa hastilia ferro,
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, et se collegit in arma,
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasque excussit vertice cristas.
Tum vero adsurgunt irae, insidiisque subactus,
Diversos ubi sensit equos currumque referri,
Multa

482 LONGA VOCE) *Magna* Mediceus et caeteri Heinsii. *Longa* Leidensis et alter Mentelii. *deiecta* etiam Oudartii a m. sec. Sprotianus et prior Hamburgensis. *virum disiecta p. a. longa* Ed. pr. *virum et disiecta p. a. magna* Dorvill. Edd. Mediol. Ald.

484 FVGAM CVRSV) *Fuga cursum* Scholiastes Horatii Grucquianus lib. 1. Od. 27. *Tentabat* Zulichemius a manu prima.

485 AVERSOS) *Adversos* Leidensis, Gudianus, duo Moretani et alter Hamburgicus, Ed. pr. *quotiens* Zulichemius. *recessit* Montalbanius. *cursus* alter Menagii.

487 ANIMVM) *Animo* tertius Rottendorphius.

489 LEVIS CVRSV) *Levi curru* Bigotianus, et prior Hamburgicus. *levi cursu* Menagii prior, Montalbanius, Gudianus, Zulichemius et Leidensis et Oudartii, qui pro varia lectione *curru. levis lato* alter Hamburgicus. *praefixo* alter Menagii. vide lib. v. 557.

490 DIRIGIT) *Derigit* Mediceus. *horum uno* Parrhas. *torquens* Dorvil.

492 SVBSIDENS) *Subsistens* alter Menagii.

494 ASSVRGVNT) *Insurgunt* Vratislaviensis.

Ibid. SVBACTVS) *Subactis* Mentelii duo, Menagius, uterque Leidensis, Dorvill. Zulichemius, Moreti secundus et Bigotianus et Regius. Mentelio priori adscripta glossa, id est *repulsis. subactis* Ed. pr. et Mediol. mox *diversos subsensit* Gudianus.

495 SENSIT) *Sentit* Mediceus et Montalbanius. Et Leidensis et quatuor alii. equos
Turni

Multa Iovem, et laeſi teſtatur foederis aras,
Iam tandem invadit medios, et Marte ſecundo
Terribilis, ſaevam nullo diſcrimine caedem
Suſcitat; irarumque omnis effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba Deus, quis carmine caedes
Diverſas, obitumque ducum, quos aequore toto
Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton' placuit concurrere motu,
Iuppiter, aeterna gentis in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem, (ea prima ruentis
Pugna loco ſtatuit Teucros) haud multa moratus,
Excipit in latus, et, qua fata celerrima, crudum
Tranſadigit coſtas et crates pectoris enſem.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremque Diorem
Congreſſus pedes: hunc venientem cuſpide longa,
Hunc mucrone ferit; curruque abſciſa duorum
Suſpen-

Turni intellige. ut *averſi currus* 485.

496 LAESI) *Laeſas* Menagii prior. *teſtatur* Venetus, Parrhaſ. et Ed. pr. alter Hamburgicus et Zulichemius. *ſaevi teſtatus* Oudartii.

499 EFFVNDIT) *Effudit* Montalbanius, Venetus, et duo Leidenſes. locutionem illuſtrat Barth. X. Adverſ. 9. *perfundit* Parrhaſ.

500 QVIS) *Qui* et *qui carmine* Leidenſis.

503 TANTON) *Tanto'* Ed. pr.

505 AENEAS RVTVLVM) In Montalbanio inverſo ordine erat, *Pugna loco ſtatuit Teucros, ea prima ruentes Aeneas Rutulum Sucronem, haud multa moratus. loco ſtravit* Bigotianus.

506 MORATVS) *Morantem* Dorvill.

508 CRVDVM TRANSADIGIT COSTAS ET CRATES PECTORIS ENSEN) Ita codices plërique. *Tranſadiit* Zulichemius, duo Moretani priores et Parrhaſ.

509 DIOREM) *Dioren* Menagii prior et primus Moreti et Leidenſis.

510 VENIENTEM CVSPIDE LONGA] Vid. ad X. Aen. 416. ſic apud Liv. II. 19. *tanta vis infeſtis venientium haſtis fuit.* ubi nihil mutandum eſt.

511 ABSCISA) *Abciſa* Mediceus. *Abſciſſa* Serv. ad II. Aen. 533. et ſic Dorvil. et Ald. *curſuque* Ed. pr.

513 TA-

Snſpendit capita, et rorantia ſanguine portat.
Ille Talon, Tanaimque neci, fortemque Cethegum,
Tris uno congreſſu, et maeſtum mittit Onyten,
Nomen Echionium, matriſque genus Peridiae,
Hic fratres Lycia miſſos et Apollinis agris,
Et iuvenem exoſum nequidquam bella Menoeten
Arcada: piſcoſae cui circum flumina Lernae
Ars fuerat, pauperque domus; nec nota potentum
Limina; conductaque pater tellure ſerebat.
Ac velut inmiſſi diverſis partibus ignes
Arentem in ſilvam, et virgulta ſonantia lauro;
Aut ubi decurſu rapido de montibus altis
Dant ſonitum ſpumoſi amnes, et in aequora currunt,
Quiſque

513 TALON) *Talum, Thalon, Tagum, Tanainque, Thalaimque, Thalarumque, Talarimque* codices diverſi. mox *Oniten, Orontem, Onithem, Omenten.*

515 NOMEN ECHIONIVM) *Nomen* plerique codices. *nomine Chionium* Leidenſis. *Thionium* alius Leidenſis. *Perrichiae* prior Hamburgicus. *Pericliae* Excerpta noſtra. *Perideae* Parrhaſ. Catro. *Erichthonium. nomen* hic pro filio Echionis. vid. ad Sil. XIII. 44. vulgata eſt apud Serv. II. Aen. 89.

516 HIC) *Tunc* Zulichemius. *et fratres* Serv. ad III. Aen. 8. et *arvis* prior Hamburgicus pro diverſa lectione.

517 MENOETEN) *Menoetem* Aruſianus. *Menoten, Meontem* alii. *Monentem* Bigotius. *Moventem* Venetus et Vratislavienſis et Parrhaſ.

518 CVI) *Qui* Dorvill.

519 ARS) Heinſius coniecerat olim *lar. advenerat* Dorvill.

Ibid. NEC NOTA POTENTVM MVNERA) Liber vetuſtiſſimus Colotianus pro *munera* habet, *limina. Potentum limina* in Mediceo, ut apud Horatium in Epod. II. *Forumque vitat et ſuperba civium Potentiorum limina.* Martialis lib. XII. 18. *Dum per limina te potentiorum Sudatrix toga ventilat. Limina* recepit Catroeus et Cerda. et Markl. praefat. ad Statii pag. X. *parentum* Ed. pr.

Ibid. POTENTVM) *Parentum* Zulichemius a manu ſecunda. et ita in Servio ad III. Aen. 539. edidit Stephanus.

522 ARENTEM) Male *ardentem. Ardentem* Leidenſis et Regius et Mediceus. *ſonantia lauri* alius Leidenſis. *longe* ſecundus Moretanus.

523 DECVRSV) *Procurſu* uterque Hamburgicus et Parrhaſ. male. v. Lamb. ad Lucret. I. 284.

524 IN AEQVORA) *Aequore* Hugenianus et a manu prima Zulichemius, *ad aequora* a ſecunda. *verrunt* Parrhaſ.

Quisque suum populatus iter: non segnius ambo
Aeneas Turnusque ruunt per proelia: nunc, nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia vinci
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.
Murrhanum hic, atavos et avorum antiqua sonantem
Nomina, per regesque actum genus omne Latinos,
Praecipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi
Excutit, effunditque solo. Hunc lora et iuga subter
Provolvere rotae: crebro super ungula pulsu
Incita nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Hyllo, animisque inmane frementi
Occurrit, telumque aurata ad tempora torquet:

Olli

525 POPVLATVS) *Populatur* Bigotianus, Parrhas. et pro varia lectione prior Hamburgicus.

526 PER) *In* duo Moretani, et tres quatuorve alii.

527 RVMPVNTVR) *Rapiuntur* Parrhasianus. v. Catr

Ibid. VINCI) *Rumpi* Zulichemius a manu secunda.

528 IN VVLNERA) *In pugnam* alter Hamburgicus.

529 SONANTEM) *Sonantes* Hugenianus. sic *vana sonantem* Ophelten Val. Flac. III. 198. mox *per reges actum* Excerpta nostra et Zulichemius.

530 REGESQVE) *Reges* Parrhas.

531 INGENTIS TVRBINE SAXI) *Immanis* Zulichemius. *turbine montis* Oudartii pro varia lectione.

Ibid. TVRBINE SAXI) Id est saxo turbinis in morem rotato. sic *turbine coeli* Lucret. V. 623.

532 EXCVTIT) *Excipit* in Mediceo. *Hinc* secundus Rottendorphius.

534 DOMINI MEMORVM) *Memorum domini* Parrhas.

535 ILO) *Hyllo* Mediceus et Mentelianus. in multis aliis, etiam apud Pierium, *Hylo*. sed *Hyllus* nomen etiam fuit Herculis et Deianirae filio. *Ilo*, *Illo* alii. *Hilo* Ald.

536 AD TEMPORA) *In* Zulichemius.

537 FIXO STETIT) *Fixa* Catroeus.

538 GRAIVM) Id est Arcadum.

Ibid. CRETEV) *Cretheu*, *Cereu*, *Reteu*, *Rheteu*, *Rhoeteu* alii et Catroeus et Cerda.

536 CVPENTVM) *Cupencum* ex scriptis. sic *Mamercus*, *Lupercus*, *Ancus*. apud Silium quoque Italicum, qui nomina huiusmodi a Marone frequens mutuatur, lib. IV. 537. *Quamquam orbus partem visus, unoque Cupencus Lumine sufficiens bellis*, ita optimae membranae Colonienses. vulgo et illic *Cupentus*. *Cupentum* Ald. Donatus ad Terent. Phorm. I. II. 24. sed *Cupencum* Serv. ad II. Aen. 396.

Tupeu-

Olli per galeam fixo ſtetit haſta cerebro.
Dextera nec tua te, Graiûm fortiſſime Creteu,
Eripuit Turno: nec DI texere Cupencum,
Aenea veniente, ſui. Dedit obvia ferro
Pectora: nec miſero clipei mora profuit aerei.
Te quoque Laurentes viderunt, Aeole, campi
Oppetere, et late terram conſternere tergo.
Occidis, Argivae quem non potuere phalanges
Sternere, nec Priami regnorum everſor Achilles.
Hîc tibi mortis erant metae: domus alta ſub Ida;
Lyrneſſi domus alta, ſolo Laurente ſepulcrum.
Totae adeo converſae acies, omneſque Latini,
Omnes Dardanidae: Mneſtheus, acerque Sereſtus,
Et Meſſapus equum domitor, et fortis Aſylas,
Tuſcorumque phalanx, Euandrique Arcades alae,
Pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi.
Nec mora, nec requies: vaſto certamine tendunt.
Hîc mentem Aeneae Genetrix pulcherrima miſit,
Iret ut ad muros, urbique adverteret agmen
Ocius,

Tupentum Ed. pr. *Cupetum* Mediol.

541 CLYPEI MORA PROFVIT AEREI) *Profuit aeris* Scholiaſtes Statii Theb. I. 102. et interpretatur, *nec clypei*, *nec aeris.* ut τò *nec* ſubintelligatur. *Aeris* etiam multi codices cum Mediceo. et Ed. pr. et Mediol. Dorvil.

542 CAMPI) *Campis* Mediceus. *Aeolum* a Parthenopaeo etiam occiſum dat nobis Statius IX. Theb. 765.

543 LATE) *Lato* prior Hamburgicus et Excerpta noſtra. *terrae* Venetus. Heinſius *lato* probabat olim ex coniectura.

545 EVERSOR) *Averſor* Leidenſis. *verſor* prior Hamburgenſis. Stat. I. Achil. 530. Achillem vocat *everſorem Aſiae.* mox *Lyrneſi* Mentelii prior, Gudianus et plures alii. *Lerneſi*, *Lermeſi*, *Lerr nſi*, *Lirnaeſi* diverſi codices.

548 TOTAE) *Tota* Pariſinus.

551 PHALANX) *Phalans* Zulichemius.

Ibid. EVANDRIQVE ARCADIS ALAE) *Evandri et Arcades* Dorvil.

553 VASTO) *Summo* Bigotianus, repetita ex proximo verſu voce.

554 HIC) *Hinc* duo Menteliani.

 556 CLA-

Ocius, et ſubita turbaret clade Latinos.
Ille, ut veſtigans diverſa per agmina Turnum,
Huc atque huc acies circumtulit; adſpicit urbem
Inmunem tanti belli, atque impune quietam.
Continuo pugnae adcendit maioris imago:
Mneſthea,Sergeſtumque vocat,fortemque Sereſtum,
Ductores, tumulumque capit: quo cetera Teucrûm
Concurrit legio: nec ſcuta aut ſpicula denſi
Deponunt. Celſo medius ſtans aggere fatur:
Ne qua meis eſto dictis mora. Iuppiter hac ſtat.
Neu quis ob inceptum ſubitum mihi ſegnior ito.
Vrbem hodie cauſſam belli, regna ipſa Latini,
Ni frenum adcipere, et victi parere fatentur,
Eruam, et aequa ſolo fumantia culmina ponam.
Scilicet exſpectem, libeat dum proelia Turno

Noſtra

556 CLADE) *Caede* duo Rottendorphii.

558 ACIES) *Aciem* duo priores Moretani, Leidenſis et Mentelii prior, et alius Leidenſis a manu prima. recte vero *aciem* de oculis explicat Rhodius de Acia pag. 188.

560 MAIORIS) *Mavortis* Hugenianus. *origo* Zulichemius a manu prima. *concedit maioris* alter Menagii. *accedit* Ed. pr.

561 SERESTVM) *Cloanthum* Parrhaſ. qui et *Sereſtumque vocat. Mneſteaque* Dorvil.

562 CAPIT) *Rapit* Ed. Venet.

563 DENSI) *Feſſi* Zulichemius a manu ſecunda. *ſcuta et ſpicula* Ed. pr.

564 MEDIVS) *Medio* prior Menagii.

565 HAC STAT) *Hic ſtat* Donatus agnoſcit ad Terentii Phorm. Act. II. Sc. I. illo loco, *cum illo haud ſtares, Phoedria.* ſed aliter Macrobius lib. VI. Saturn. cap. I. qui docet eſſe hemiſtichion Ennianum. *Aſtet* Zulichemius a manu prima. v. Catroeum. mox *nequis* Montalbanius et prior Hamburgicus. *nec* alter.

568 VICTI) *Dicto* Parrhaſ. Sprotianus, Venetus et a m. pr. Gudianus. ſequitur *victus.*

Ibid. ET VICTI PARERE) *Et dicto parere* Sprotianus, de quo dictum lib. III. 189. idque Cariſius lib. I. Inſt. Gram. hic agnoſcit. *Dicto p. fatetur* Oudartii, Hugenianus et Zulichemius a manu prima. *dicto* Leidenſis a manu ſecunda, et ita Excerpta noſtra.

569 CVLMINA) *Fulmina* Vratislavienſis.

571 RVR-

Noſtra pati; rurſuſque velit concurrere victus?
Hoc caput, o cives, haec belli ſumma nefandi.
Ferte faces propere, foeduſque repoſcite flammis.
Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum; denſaque ad muros mole feruntur.
Scalae inproviſo, ſubituſque adparuit ignis.
Diſcurrunt alii ad portas, primoſque trucidant:
Ferrum alii torquent, et obumbrant aethera telis.
Ipſe inter primos dextram ſub moenia tendit
Aeneas, magnaque incuſat voce Latinum;
Teſtaturque Deos iterum ſe ad proelia cogi:
Bis iam Italos hoſtis, haec altera foedera rumpi.
Exoritur trepidos inter diſcordia civis:
Vrbem alii reſerare iubent, et pandere portas
Dardanidis; ipſumque trahunt in moenia regem.
Arma ferunt alii, et pergunt defendere muros.
Inclu-

571 RVRSVSQVE) *Rurſumque* Zulichemius.

572 HOC CAPVT) *O capita, o cives* Zulichemius. *Haec caput* quartus Moretanus. *Hic* prior Hamburgicus. *hoc belli* ſecundus Rottendorphius et Dorvil. *Hoc caput o duces* Mentelii primus. caput belli et ſumma eſt ipſa urbs. ut Florus I. 18. *caput belli Tarentinos* dixit, et Carthaginem *caput belli* II. 2. et III. 10. *capita belli urbes Avaricum et Aleſiam*, etc. vel ſi ad Turnum referas, erit, ut apud Ovid. II. ex Pont. I. de homine, *Belli ſumma caputque Bato*. Lucan. IX. 123. *ſtat ſumma caputque Orbis, an occidimus?* ubi vide. ſed rectius urbs intelligitur.

573 PROPERE) *Properi* Menagii prio. et a manu prima prior Hamburgicus. et Catr. vid. ſupr. v. 85. *foeduſque reponite* Ed. pr.

575 CVNEVM) *Cuneos* ſecundus Moretanus.

576 APPARVIT) Pro *adparuerit*. vid. ad lib. IV. 641.

577 TRVCIDANT) *Fatigant* primus Moretanus, alter Hamburgicus. idem mox *intorquent* et *aethera pennis*.

579 DEXTRAM) *Dextra* Venetus.

582 BIS IAM ITALOS) *Bis victos hoſtes* Oudartii.

585 TRAHVNT IN MOENIA) *In praelia* alter Hamburgicus. vulgata eſt apud Serv. ad II. Aen. 480.

586 FERVNT) *Fremunt* Bigotianus. ut alibi *fremit arma iuventus. Et* deeſt Hugeniano et Parrhaſ. *arma fremunt* elegans videtur. ut murmure incondito clama-

Filia prima manu flavos Lavinia crinis,
Et roseas laniata genas; tum cetera circum
Turba furit: resonant latae plangoribus aedes.
Hinc totam infelix volgatur fama per urbem:
Demittunt mentis: it scissa veste Latinus,
Coniugis adtonitus fatis, urbisque ruina,
Canitiem inmundo perfusam pulvere turpans:
[Multaque se incusat, qui non acceperit ante
Dardanium Aenean, generumque adsciverit ultro.]
Interea extremo bellator in aequore Turnus
Palantis sequitur paucos, iam segnior, atque
Iam minus, atque minus successu laetus equorum.
Adtulit hunc illi caecis terroribus aura
Commixtum clamorem, adrectasque inpulit auris
Confusae sonus urbis, et illaetabile murmur.
Hei mihi! quid tanto turbantur moenia luctu?

Quisve

viensis et Dorvil. *ab alto* Gudianus a m. pr.

605 FLAVOS) *Floreos* ex scriptis et Servio Giphanius Ind. Lucret. p. 465. *Flavos* plurimi. sed Leidensi adscripta glossa, id est florulentos, pulchros, unde *floros* ibi fuisse olim coniiciebat Heinsius. et in Menteliano priori antiquam lectionem *floros*, id est *floridos* fuisse v. Scalig. ad Festum in *genas*. Non Marc. in Fimbria, Naevius *ut videam Vulcani opera haec flammis fieri flora* Gell. III. 9. *floreos* vult Cannegieterus ad Aviani Fab. XV. Colv. ad Sidon. Apoll. I. Epist. 6.

606 LANIATA) *Lacerata* secundus Moreti.

607 LATE) *Latae* Mediceus. Ita iam edidit P. Daniel, Cerda et alii.

Ibid. PLANGORIBVS) *Clangoribus* secundus Mentelii et Hugenianus. sed Albinov. ad Liviam v. 179. *Moesta domus plangore sonat*.

612 QVI) *Quod* Zulichemius, qui et *multum se*. et mox *acciverit*. ut et Hugenianus, Leidensis et Sprotianus. *incusans* etiam duo. *acceperat* alter Hamburgicus. *acceperit ultro* Oudartius pro varia lectione.

613 ADSCIVERIT) *Acciverit* Ed. Vener. *generum adsciverit* Dorvill.

617 TERRORIBVS) *Clamoribus* Zulichemius a manu secunda. *huc* prior Hamburg. a m. sec.

618 ADRECTASQVE) *Arrectas* Parrhas. *arreptasque* Ed. pr.

620 HEI) *Heu* vel *ei* nonnulli. *quod tanto* Zulichemius a manu prima. mox *quidve ruit*, idem et Parrhas. *tantos* Mentelii prior Gudianus et Leidensis. *ad*

Quiſve ruit tantus diverſa clamor ab urbe?
Sic ait, adductiſque amens ſubſiſtit habenis.
Atque huic, in faciem ſoror ut converſa Metiſci
Aurigae, currumque, et equos, et lora regebat,
Talibus occurrit dictis: Hac, Turne, ſequamur
Troiugenas, qua prima viam victoria pandit:
Sunt alii, qui tecta manu defendere poſſint.
Ingruit Aeneas Italis, et proelia miſcet:
Et nos ſaeva manu mittamus funera Teucris.
Nec numero inferior, pugnae nec honore recedes.
Turnus ad haec:
O ſoror, et dudum adgnovi, cum prima per artem
Foedera turbaſti, teque haec in bella dediſti:
Et nunc nequidquam fallis dea. Sed quis Olympo
Demiſſam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miſeri letum ut crudele videres?
Nam quid ago? aut quae iam ſpondet Fortuna ſalutem?

Vidi

urbem tertius Rottendorphius et Hugenianus.

622 ADDVCTISQVE) *Et ductis*, Zulichemius a manu prima.

623 HVIC) *Hic* Gudianus a manu prima, *hinc* alter Hamburgicus.

624 REGEBAT) *Tenebat* primus Moretanus et Gudianus a manu prima. *currum qui* duo Rottendorphii. *curruſque* Dorvil. Ald. et Iunt. Edit. vid. IX. 12.

625 HAC) *Ac* Dorvill.

627 POSSVNT) *Poſſint* Mediceus et caeteri praeſtantiores. recte. Ita et Dorvill.

628 INGRVIT) *Ingruet* Hugenianus. *irruit* Montalbanius et a manu prima Zulichemius, *irruit Aeneas et talis praelia.* et mox *multa manu.* nihil muta. vulgata eſt et apud Serv. ad II. Aen. 301. ſed apud Serv. ad XI. Aen. 311. *Ingruit Aeneas armis* ex Mſſ. *praelia miſcent* ſecundus Moreti.

630 RECEDES) *Recedas* Bigotianus. *recedens* Gudianus a manu prima.

631 TVRNVS AD HAEC) Deſunt haec Gudiano, et Excerptis noſtris. contra Leidenſis ita ſupplet, *humili reſpondet talia voce.*

633 TEQVE) *Atque* Oudartii.

635 DEMISSAM) *Praemiſſam* Hugenianus. *perferre labores*, Oudartii, Leidenſis, Menagii prior et a manu prima Zulichemius.

637 AVT QVAE IAM) *Aut quam iam* Mentelius a manu ſecunda. Verſus deeſt Regio, *quid ego* etiam prior Hamburgicus a manu ſecunda. et ita

Mont-

Vidi oculos ante ipſe meos me voce vocantem
Murrhanum, quo non ſuperat mihi carior alter,
Oppetere ingentem, atque ingenti volnere victum.
Occidit infelix, ne noſtrum dedecus Vfens
Adſpiceret. Teucri potiuntur corpore et armis.
Exſcindine domos (id rebus defuit unum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? et Turnum fugientem haec terra videbit?
Vſque adeone mori miſerum eſt? vos o mihi Manes
Eſte boni: quoniam Superis averſa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpae
Deſcendam, magnorum haud umquam indignus avorum.
Vix ea fatus erat; medios volat, ecce, per hoſtis
Vectus equo ſpumante Saces, adverſa ſagitta

Montalbanius, et Editio P. Daniel. vid. ad X. 675. *ſpondit* Gudianus. *ſpondet iam* Dorvil.

638 VIDI OCVLOS ANTE IPSE MEOS) Vide de hoc loquendi genere Quinctilianum lib. IX. 3. pag. 812. ubi quidam editi *oculis meis. oculos ipſe ante meos* Zulichemius.

639 QVO NON SVPERAT) *Quo non fuerat* Mediceus a manu prima. Ita duo Leidenſes, Sprotianus, prior Hamburgicus, alter Menagii et Zulichemius, Catroeus. *quod* Regius.

641 VFENS) *Vfeus* Vratislavienſis. *Vrens* Excerpta noſtra.

644 NEC) *Ne* Menagii prior. pro *Drancis* Heinſius *Dranci* maluerat olim. *dextra Drancis haec* Parrhaſ.

645 ET TVRNVM) *Et* deeſt Leidenſi, Mentelii priori et ſecundo Moreti. et Regio.

646 VSQVE) *An* ſecundus Rottendorphius. mox *adverſa* Gudianus, alter Menagii, Zulichemius, Mediceus, Venetus, duo Leidenſes, Bigotianus, Dorvill. et Hugenianus et a manu prima Mentelius primus et Edd. pr. et Mediol. mox *neſcia* alter Menagii et Ed. pr.

647 QVONIAM) *Quando* Parrhaſ.

648 ISTIVS INSCIA) *Neſcia* apud Macrob. III. 3. vide H. Stephani Schediaſm. p. 51.

649 DESCENDAM) *Deſcendet maiorum* Dorvill.

650 ECCE) *Ille* Hugenianus.

651 SAGES) *Faces* Zulichemius, primus Moretanus et Leidenſis. *Sages* Dorvil. et alii, et omnes fere apud Serv. ad I. Aen. 76. ubi ſolus Maſuicius edidit *Saces*.

Saucius ora, ruitque inplorans nomine Turnum:
Turne, in te ſuprema ſalus: miſerere tuorum.
Fulminat Aeneas armis, ſummaſque minatur
Deiectum arcis Italûm, excidioque daturum:
Iamque faces ad tecta volant. In te ora Latini,
In te oculos referunt: muſſat rex ipſe Latinus,
Quos generos vocet, aut quae ſeſe ad foedera flectat.
Praeterea Regina, tui fidiſſima, dextra
Occidit ipſa ſua, lucemque exterrita fugit.
Soli pro portis Meſſapus et acer Atinas
Suſtentant aciem. Circum hos utrimque phalanges
Stant denſae, ſtrictiſque ſeges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deſerto in gramine verſas.
Obſtupuit varia confuſus imagine rerum
Turnus, et obtutu tacito ſtetit. Aeſtuat ingens
Vno in corde pudor, mixtoque inſania luctu,
Et Furiis agitatus amor, et conſcia virtus.
Vt primum diſcuſſae umbrae, et lux reddita menti,
Arden-

655 DEIECTVRVM) *Diſiectum* Sprotianus et Leidenſis. et ita Heinſ. ad Ovid. XII. Metam. 108. et ſupr. VII. 191. 290. 355. et alibi. *devecturum* Venetus. *Italis arces* Montalbanius. *Excidiumque* primus Moreti.

656 IN TE) *Ad te* Ed. pr.

658 AD FOEDERA) *In foedera* prior Hamburgicus a manu ſecunda. *flectet* Leidenſis. *atque ſeſe ad* Parrhaſ.

659 TVI) *Tua* alter Hamburgicus. *tuis* Bigotianus.

661 ATINAS) *Aſylas*, *Atiras*, *Aſilus*, *Aſilas*, et *Aſillas* codices, et Edd.

662 ACIEM) *Acies* Mediceus. Ita et Zulichemius, Gudianus, et nonnulli alii et Ed. pr.

663 SEGES) *Sages* Zulichemius.

664 DESERTO) *Diverſo* Venetus. poſt *verſas* multi interrogationis notam habent.

666 OBTVTV) *Obtuitu* Dorvill. prior Hamburgicus, Venetus et Bigotianus et ſecundus Moreti. vid. VII. 250.

667 IMO IN CORDE) *Vna* Sprotianus, Dorvil. et ſecundus Moreti. *imo in corde* Ed. pr. Ald. *corde dolor* uterque Hamburgicus a manu ſecunda, ut et Bigotianus. *mixtoque veſania* Regius. *agitatur* etiam alter Hamburgicus. vid. lib. X. 872. ubi hic verſus inſertus a librariis creditur. vid. Pierium.

669 MENTI EST) Tollunt verbum ſubſtantivum Mediceus et Mentelianus, caeterique Sprotiano excepto. *Et vox* Hugenianus,

Ardentis oculorum orbis ad moenia torſit
Turbidus, eque rotis magnam reſpexit ad urbem
Ecce autem, flammis inter tabulata volutus
Ad coelum undabat vortex, turrimque tenebat:
Turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipſe,
Subdideratque rotas, pontiſque inſtraverat altos.
Iam iam fata, ſoror, ſuperant; abſiſte morari:
Quo Deus, et quo dura vocat Fortuna, ſequamur.
Stat conferre manum Aeneae, ſtat, quidquid acerbi eſt,
Morte pati: nec me indecorem, germana, videbis
Amplius. Hunc, oro, ſine me furere ante furorem.
Dixit, et e curru ſaltum dedit ocius arvis:
Perque hoſtis, per tela ruit: moeſtamque ſororem
Deſerit, ac rapido curſu media agmina rumpit.
Ac veluti montis ſaxum, de vertice praeceps
Cum ruit, avolſum vento, ſeu turbidus imber
Pro-

nianus, alter Menagii, Sprotianus et ſecundus Mentelii.

670 ORBIS) *Acies* Dorvil. ſed in marg. *orbis*.

671 MAGNAM) *Ad magnam reſpicit* alter Hamburgicus. *proſpexit* Venetus. *conſpexit* Leidenſis. vulgata eſt apud Donat. ad Terent. Andr. II. v. ſupr. verſ. 595.

672 VOLVTVS) *Volutis* Leidenſis et Hugenianus. mox *petebat* pro diverſa lectione prior Hamburgicus et Zulichemius. deeſt verſus Regio.

674 COMPACTIS) *Compactam* alter Hamburgenſis, Dorvill. *duxerat* Parrhaſ. et Montalbanius. vid. ad lib. v. 633. et VI. 630.

675 EXSTRVXERAT) *Inſtraverat* omnes fere codices. vitioſe *intraverat* Dan. Heinſii editio. vulgatam firmat Serv. ad IX. 530. *inſtruxerat* Dorvil. et Ed. Mediol.

678 ACERBI EST) Ita codices fere omnes. ſed aliter Serv. ad II. Aen. 750.

679 NEC ME) *Neque* Probus in Grammatica. Et Regius et Parrhaſianus. *non indecorem* Dorvill.

680 HVNC) *Hoc* prior Hamburgenſis. *luere ante* Zulichemius a manu prima. ſed *ἀεχαϊσμὸν* hic agnoſcit Donatus ad Terent. Eunuch. III. v. 39.

681 E CVRRV) *A curru* prior Hamburgicus. *armis* ſecundus.

682 PER TELA) *Et tela* Bigotianus, Zulichemius et Sprotianus.

685 VENTO) *Ventis* ſecundus Moreti. mox *proruit* Bigotianus.

Proluit, aut annis ſolvit ſublabſa vetuſtas,
Fertur in abruptum magno mons inprobus actu,
Exſultatque ſolo; ſilvas, armenta, viroſque
Involvens ſecum. Disiecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros; ubi plurima fuſo
Sanguine terra madet, ſtriduntque haſtilibus aurae:
Significatque manu, et magno ſimul incipit ore:
Parcite iam, Rutuli; et vos tela inhibete, Latini:
Quaecumque eſt Fortuna, mea eſt: me verius unum
Pro vobis foedus luere, et decernere ferro.
Diſceſſere omnes medii, ſpatiumque dedere.
At pater Aeneas, audito nomine Turni,
Deſerit et muros, et ſummas deſerit arcis;
Praecipitatque moras omnis: opera omnia rumpit:
Laetitia exſultans, horrendumque intonat armis:
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipſe coruſcis
Quum fremit ilicibus quantus, gaudetque nivali
Vertice ſe adtollens pater Apenninus ad auras.
Iam vero et Rutuli certatim, et Troës, et omnes
Convertere oculos Itali; quique alta tenebant
Moenia, quique imos pulſabant ariete muros:

Arma-

tianus. *profluit* Zulichemius a manu prima, prior Hamburgicus et Venetus. pro *ſublapſa* deinde alter Hamburgenſis et Bigotianus *ſublata*, quibuscum facit Scholiaſtes Crucquianus Horat. III. Od. 30. et Ald. *ſubcaſſa* Parrhaſ.

687 ACTV) *Ictu* multi codices, et nonnulli a manu ſecunda. *magno tunc i. ictu* Ed. pr.

689 DISIECTA) *Deiecta* Oudartii et Zulichemius.

691 STRIDENTQVE) *Stridunt haſtilibus* Sprotianus.

692 INCIPIT) Pricaeus ad Acta Apoſtolorum capite XXI. 40. legebat *increpat.*

694 VERIVS) *Iuſtius* Sprotianus, ex gloſſa. in Montalbano adſcriptum, *id eſt convenientius.*

695 LVERE) V. Catroeus.

696 MEDII) *Mediis* Dorvill.

700 EXSVLTANS) *Exſultat* Oudartii et Sprotianus. *horrendiſque* Parrhaſ. *inſonat* prior Hamburgicus a manu ſecunda.

701 AVT QVANTVS) *Et quantus* Regius.

706 IMOS) *Altos* Oudartii. *abiete* ſecundus Moreti. *qui alta, et qui imos* ſine copula Dorvill.

709 ET

Armaque deposuere humeris. Stupet ipse Latinus,
Ingentis, genitos diversis partibus orbis,
Inter se coisse viros, et cernere ferro.
Atque illi, ut vacuo patuerunt aequore campi,
Procursu rapido, coniectis eminus hastis,
Invadunt Martem clipeis atque aere sonoro
Dat gemitum tellus: tum crebros ensibus ictus
Congeminant. Fors et virtus miscentur in unum.
Ac velut, ingenti Sila, summove Taburno
Cum duo conversis inimica in proelia tauri
Frontibus incurrunt, pavidi cessere magistri:
Stat pecus omne metu mutum, mussantque iuvencae,
Quis nemori imperitet, quem tota armenta sequan-
Illi inter sese multa vi vulnera miscent, [tur:)
Cornuaque obnixi infigunt, et sanguine largo
Colla

709 ET DECERNERE FERRO) *Et cernere* iam legitur in Editione Iuntina. V. Serv. ad II. Georg. 256. et II. Aen. 508. Stephani Schediasm. p. 60. et probavit Politian. XII. Epist. 8. et Pius ad Lucret. V. 394. vid. et Colum. ad Enn. pag. 52.

710 AEQVORE) *Pulvere* Zulichemius a manu prima.

711 CONIECTIS) *Coniectisque eminus armis* Mediceus. non *coniectis.* et *crebris ensibus ictis.* sed id perperam. *Collectis* Bigotianus. et mox *simul aere* alter Menagii.

713 CREBROS) *Crebris* Gudianus a manu prima. *congeminat* secundus Rottendorphius. ut tellus sonitum ictuum reddat tremore quodam.

715 INGENTI SYLA) Vid. ad III. Georg. 219. *Sylla* Dorvil. a manu secunda.

Ibid. TABVRNO) *Taborno* Regius.

716 CONVERSIS) *Conversi* alter Menagii. *diversis* primus. *conversis inter se praelia* Zulichemius a manu prima. *in* etiam deest alteri Menagiano.

519 QVIS PECORI IMPERITET) *Nemori imperitet* Mediceus, quod praetulerim, idque in vetustioribus suis exstare Pierius quoque testatur. in sylvis enim ut plurimum pascebantur boves. *Nemori* etiam tuetur Barth. ad Stat. II. Theb. 330. *imperitet et quem* Parrhas. Menagii duo, totidem Hamburgenses et nonnulli alii. *sequuntur* Sprotianus et duo alii. vid. ad Ovid. III. Fast. 71.

720 VVLNERA) *Praelia* Gudianus. *viscera* prior Hamburgensis. mox *enixi* Mentelii primus a manu prima. *infligunt* Bigotianus, quod placebat Heinsio.

721 OBNIXI) *Infigunt obnixi* Parrhas.

722 LA-

Colla armosque lavant: gemitu nemus omne remu-
Haud aliter Tros Aeneas et Daunius heros [git.)
Concurrunt clipeis. Ingens fragor aethera complet.
Iuppiter ipse duas aequato examine lances
Sustinet, et fata inponit diversa duorum:
Quem damnet labor, et quo vergat pondere letum.
Emicat hic, inpune putans, et corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit. Exclamant Troës trepidique Latini,
Adrectaeque amborum acies. At perfidus ensis
Frangitur, in medioque ardentem deserit ictu:
Ni fuga subsidio subeat. Fugit ocior Euro,
Vt capulum ignotum dextramque aspexit inermem.
Fama est, praecipitem, cum prima in proelia iunctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum

722 LAVANT) *Rigant* Oudartii a manu secunda.

723 DAVNIVS) *Lavinius* primus Moretanus.

725 EXAMINE) *Exagmine* Parrhas.

727 ET QVO) *Aut quo* Parrhas. de *vergere* vid. ad Lucret. II. 212.

728 PVTANS) *Micans* Zulichemius. *corpore tanto* Sprotianus. *emicat hac* Montalbanius. *hoc* Dorvil. a m. sec.

731 AMBORVM) *Acies amborum. ac perfidus* Bigotianus. *ac* etiam Dorvill. secundus Rottendorphius et Ed. Mediol.

732 IN MEDIOQVE ARDENTEM) *In medio tardantem* Mediceus. *In medioque ardentem de ictu* Zulichemius. post hunc versum sequebatur initium imperfecti, *Quid superest?* in Bigotiano. *in medio ardentem* alter Hamburgicus.

733 EVRO) *Aura* Sprotianus.

734 INERMEM) *Inertem* Leidensis.

735 PRIMA) *Primum* Menagius alter et Hamburgicus alter et Gudianus.

736 PATRIO) Recte pro paterno notat poni Servius. sic Valer. Flac. III. 12. *Patriae telum insuperabile dextrae.* et v. 302. *Patriae exitium crudele senectae.* vid. ad Ovid. III. ex Pont. v. 7. inter *paterna* et *patria bona* discrimen esse statuit Menardus ad Cicer. I. Act. in Verr. cap. 3. de quo nunc disquirere non vacat. apud Valer. Max. VII. VIII. 4. *Heredes, neque sanguine patrio pares, neque proximi, sed et alieni et humiles.* de quo loco vide interpretes varia tentantes. sed *sanguis patrius* ibi est a patria dictus, qui in Rhegino urbe non erant forte natalium pares, et opponit his *humiles,*

Dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci:
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit. Postquam arma Dei ad Volcania ventum,
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit: fulva resplendent fragmina arena.
Ergo amens diversa fuga petit aequora Turnus:
Et nunc huc, inde huc incertos inplicat orbis.
Vndique enim densa Teucri inclusere corona:
Atque hinc vasta palus, hinc ardua moenia cingunt.
Nec minus Aeneas, quamquam tardata sagitta
Interdum genua inpediunt, cursumque recusant,
Insequitur, trepidique pedem pede fervidus urguet.
Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum, aut puniceae septum formidine pennae,
Venator cursu, canis et latratibus instat:
Ille autem, insidiis et ripa territus alta,

Mille

humiles, ut *proximis* alienos. sic *patrii enses* Lucan. X. 529. sunt Romani, non ut hic paterni. ut *patrius mos* apud Valer. II. VI. 14. et ita *more patrum* pro patriae dicit Ovid. I. Amor. XV. 3. pro more patriae, Romano. Sil. Ital. III. 390. *more patrum*, id est istius gentis, de qua agit. de quo alibi. ita et Lucretius lib. IV. 967. *Naturam quaerere rerum Semper, et inventum patriis exponere chartis.* id est Latinis, Romanis. Pius hinc colligit Romae fuisse natum Lucretium.

738 IDQVE) *Iamque* secundus Moreti et Montalbanius. *Teucris* Leidensis. *Phalentia* Dorvillius.

739 VENTVM) *Ventum est* nonnulli et Editio Iuntina et aliae.

740 MORTALIS) *Fatalis* Venetus. *ceu fusilis* Leidensis. mox *desiluit* Sprotianus.

741 RESPLENDENT FRAGMINA) *Resplendet lumina harena* Zulichemius. *resplendent agmina* Venetus. *resplendet fragmen* Ed. pr. *resplendunt* Dorvil.

742 AEQVORA) *Aequore* Leidensis.

743 INDE) *Deinde* Oudartii, Sprotianus, et prior Hamburgicus. *atque huc* alter Menagii. *nunc huc* Venetus. *nunc hunc inde illuc* Dorvil. a m. sec.

745 CINGVNT) *Surgunt* Menagii prior.

746 TARDANTE) *Tardata* Mentelii prior et plures alii. *turbata* Montalbanius.

748 TREPIDIQVE) *Trepidumque* Sprotianus.

750 PENNAE) *Pinnae* complures.

753 AT

Mille fugit, refugitque vias: at vividus Vmber
Haeret hians, iam iamque tenet, similisque tenenti
Increpuit malis, morsuque elusus inani est.
Tum vero exoritur clamor: ripaeque lacusque
Responsant circa, et coelum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnis,
Nomine quemque vocans, notumque efflagitat en-
Aeneas mortem contra, praesensque minatur [sem.)
Exitium, si quisquam adeat: terretque trementis,
Excisurum urbem minitans, et saucius instat.
Quinque orbis explent cursu, totidemque retexunt
Huc illuc. Neque enim levia aut ludicra petuntur
Praemia: sed Turni de vita et sanguine certant.
Forte sacer Fauno foliis oleaster amaris
Hîc steterat, nautis olim venerabile lignum:
Servati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti Divo, et votas suspendere vestis.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum

Sustu-

753 AT VIVIDVS) *Ac* Leidensis, Mediceus et alii et Editio Iuntina. *aut* Sprotianus. *umidus imber* alter Hamburgicus. *invidus Vmber* Bigotianus.

754 TENET) *Tenens* prior Hamburgicus a manu secunda.

755 ELVSVS) *Illusus* alter Menagii. *elapsus* Dorvil.

757 TONAT) *Intonat* Sprotianus, prior Hamburgicus et secundus Mentelii et duo Moretani et Parrhas. *fragore* plurimi. *circa coelum tonat* Excerpta nostra.

760 AENEAS) *Aeneas contra praesens mortemque minatur* Ed.pr.

761 EXITIVM) *Excidium* Venetus. *aderat* Dorvill.

762 INSTAT) *Instant* Mediceus manu prima. *exscissurum* Paris.

763 EXPLENT) *Implent* Menagii prior et Leidensis. *complent* Parrhas.

764 HVC ILLVC) *Huc atque huc* Oudartii.

766 FAVNO) *Fauni.* Editio Iuntina. et Petri Danielis, Cerdae et al. sed aliter scripti. *foliisque* prior Hamburgensis.

767 LIGNVM) *Signum* Menagii prior, Parrhas. mox *ibi* prior Hamburgicus et Sprotianus.

769 VOTAS) *Notas* quartus Moreti, et Edd. primae. *voto* Leidensis et tertius Rottendorphius a manu secunda.

770 STIRPEM) Vid. Stat. IV. Theb. 590.

772 HVC

Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneae stabat: huc inpetus illam
Detulerat fixam, et lenta in radice tenebat.
Incubuit, voluitque manu convellere ferrum
Dardanides: teloque sequi, quem prendere cursu
Non poterat. Tum vero amens formidine Turnus,
Faune, precor, miserere, inquit: tuque optima fer-
Terra tene; colui vestros si semper honores; [rum)
Quos contra Aeneadae bello fecere profanos.
Dixit, opemque Dei non cassa in vota vocavit.
Namque diu luctans, lentoque in stirpe moratus,
Viribus haud ullis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas. Dum nititur acer, et instat,
Rursus in aurigae faciem mutata Metisci
Procurrit, fratrique ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci nymphae indignata licere,
Adcessit, telumque alta ab radice revellit.
Olli sublimes, armis, animisque refecti,

Hic

772 HVC IMPETVS ILLAM DETVLERAT FIXAM, ET LENTA IN RADICE TENEBAT) *Et* atque *in* deest Regio. *huic* tertius Rottendorphius.

773 A RADICE) Vel *ab* Mediceus. *In* deest plurimis Ed. prima. *ut lenta*; Venetus. *fixum lenta radice* Bigotianus. *et* deest etiam Hugeniano, Leidensi et tertio Mentelio, Paris. et Regio.

777 TVQVE) *Tuaque* secundus Rottendorphius.

779 BELLO) *Ferro* duo Rottendorphii et Gudianus pro varia lectione, et Zulichemius.

781 NAMQVE) *Iamque* Hugenianus. de genere dubio *stirpis* vid. Serv. ad I. Aen. 626. et III. 94. *Acutissimum stirpem* dixit Plinius lib. VIII. 26. apud Columel. lib. X. 38. *aliena stirpe gravata arbor*, ubi MS. *alieno*. ubi Heinsius malebat *alienae stirpe gravata Matris*.

782 DISCLVDERE) *Discindere* Venetus. *discurrere* Gudianus pro varia lectione. ut et Mediceus a manu prima. *convellere* quartus Moreti et Dorvil. *potuit* etiam Leidensis.

784 MVTATA) *Conversa* Zulichemius, Venetus, et duo Rottendorphii. *mentita* legere alios Cerda notat.

785 REDDIT) *Tradit* alter Hamburgicus.

787 AB) Deest Parrhas. *revulsit* Ald.

788 ARMIS) *Animis armisque* Parrhas. vid. ad II. Aen. 799.

Hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta,
Adsistunt contra certamina Martis anheli.
Iunonem interea Rex omnipotentis Olympi
Adloquitur, fulva pugnas de nube tuentem:
Quae iam finis erit, coniunx? quid denique restat?
Indigetem Aenean scis ipsa, et scire fateris,
Deberi coelo, fatisque ad sidera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus haeres?
Mortalin' decuit violari volnere divum;
Aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno, et vim crescere victis?
Desine iam tandem, precibusque inflectere nostris:
Nec te tantus edat tacitam dolor: et mihi curae
Saepe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum ad supremum est. Terris agitare, vel undis
Troianos potuisti: infandum adcendere bellum,
Defor-

790 CONTRA CERTAMINA) *In certamine* Hugenianus. *in certamina* primus Moreti. *adsistunt* Ed. pr.

792 PVGNAS) *Pugnam* Bigotianus. *tuentem* fere omnes. vid. ad Ovidii I. Met. 85.

793 QVAE) *Qui* Leidensis. *quis* prior Hamburgicus. *erat* alter Menagii.

796 NVBIBVS) *Montibus* Oudartii et Zulichemius a manu prima.

797 MORTALIN') *Mortali* Ed. Venet. male hic pro letali, mortem faciente, exponi vidimus ad Lucan. II. 179. Barthius tamen *mortale nefas*, pro mortifero prius interpretatur. sed deinde sequitur Lutatii interpretationem.

798 AVT) *Haud* Regius.

799 ET VIM) *Et* deest Bigotiano.

800 PRECIBVSQVE) Deest copula Dorvill.

801 NEC TE TANTVS EDAT TACITAM DOLOR) *Tacitus* Leidensis.

Ibid. ET MIHI) *Ne mihi* Dorvill.

802 DVLCI) *Tristi* prior Hamburgensis pro varia lectione. sed firmat vulgatam locus Tibulli III. IV. 42. *Edidit haec dulci tristia verba modo.* ut constituit, hoc Virgilii loco adducto, Brouckhusius. *recursant* alter Hamburgicus, Zulichemius et duo alii. *recusant* Montalbanius. *recusent* Bigotianus. *recurrent* Regius.

803 AD SVPREMVM) *Est ad summum* Leidensis. *est* deerat Veneto.

804 INFANDVM ACCENDERE BELLVM) Lucret. I. 476. *Clara accendisset saevi certamina belli.*

806 OR-

Deformare domum, et luctu miſcere hymenaeos.
Vlterius tentare veto. Sic Iuppiter orſus,
Sic dea ſubmiſſo contra Saturnia vultu:
Iſta quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas,
Iuppiter, et Turnum, et terras invita reliqui.
Nec tu me aëria ſolam nunc ſede videres
Digna indigna pati; ſed flammis cincta ſub ipſam
Starem aciem, traheremque inimica in proelia Teucros.
Iuturnam miſero, fateor, ſuccurrere fratri
Suaſi, et pro vita maiora audere probavi;
Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum:
Adiuro Stygii caput inplacabile fontis:
Vna ſuperſtitio ſuperis quae reddita Divis.
Et nunc cedo equidem, pugnaſque exoſa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obteſtor, pro maieſtate tuorum:

Cum

806 ORSVS) Pro finivit. Serv. ad I. Aen. 325. II. Aen. 2.

808 TVA, MAGNE, VOLVNTAS) *Tua magna voluntas* Donatus ad Terentii Eunuch. Act. II. IV. III. Et ita Ed. Mediol. *tua celſa voluntas* Editio Iuntina. *quod nota* Sprotianus. *nota mihi eſt tua* Parrhaſ.

809 RELIQVI) *Relinquo* Oudartii, Venetus et alter Menagii, et a manu prima Zulichemius et Ald. *inviſa* Menagii prior.

810 AERIA) *Aeriam* Dorvill.

Ibid. NVNC SEDE) *Sub nube* Parrhaſ. prior Hamburgicus pro varia lectione. *ſub ſede* alter Menagii. *me tu* alter Menagianus.

811 DIGNA INDIGNA PATI) Vide ad Livium lib. XXIV. XVI. 9.

Ibid. SVB IPSA) *Sub ipſam aciem* Mediceus. quod mihi viſum elegantius. confirmat et Sprotianus. Et alter Hamburgicus. *ipſam acie* ſecundus Rottendorphius, Dorvill. *ſub ipſa ſt. aciem* Parrhaſ. *citaremque* alter Hamburg. *ſub ipſa acie* Ald.

813 MISERO FATEOR) *Fateor miſero* Macrobius lib. VI. Saturn. cap. 6. Et ita Sprotianus, prior Hamburgicus et Leidenſis. *fateor miſeram* Dorvill.

816 IMPLACABILE) *Intractabile* Montalbanius. *inſaciabile* Zulichemius. *implicabile* Leidenſis.

817 VNA) *Vana* Parrhaſianus. vid. Guell. et Catroeus.

818 PVGNASQVE) *Pugnas* Dorvill.

819 TENETVR) *Tenentur* Mentelii prior a manu prima.

Cum iam connubiis pacem felicibus (esto)
Conponent, cum iam leges et foedera iungent;
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucrosque vocari;
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestis.
Sit Latium: sint Albani per saecula reges:
Sit Romana potens Itala virtute propago:
Occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.
Olli subridens hominum rerumque Repertor:
Et germana Iovis, Saturnique altera proles,
Irarum tantos volvis sub pectore fluctus?
Verum age, et inceptum frustra submitte furorem.
Do, quod vis; et me victusque volensque remitto.
Sermonem Ausonii patrium, moresque tenebunt.
Vtque est, nomen erit: conmixti corpore tanto
Subsi-

821 FELICIBVS) *Infelicibus* Vratislaviensis. mox *componant* Parrhas. *leges ad foedera* secundus Rottendorphius.

823 NE VETVS) *Nec* Ed. pr.

824 NEV) *Ne* Parrhas. *nunc* Serv. ad I. 148.

825 VESTIS) *Vestem* Mediceus. Et ita secundus et tertius Rottendorphius.

828 OCCIDERITQVE SINAS) *Occiderit si das* Mediceus. *Sinas cognomine* Bigotianus. *sinas sine nomine* Vratislaviensis. sed vulgata sana est, et ita Commentator Crucquianus Horatii lib. III. Od. 3. Iustinus II. 4. *Brevi tempore cum omni Amazonum nomine intercidit.*

830 ET GERMANA) *O germana* Vratislaviensis. et complures codices et Edd. pr. Mediol. Ald. et Iuntina. et Servius Fuldens. ad lib. I. 23. *est* Mentelii et Hugenianus. *Saturniaque* idem Mentelius prior a manu prima.

831 TANTOS) *Tantum v. s. p. fluctus* Mediceus. *volves* tertius Mentelianus. *Volves* Leidensis. *volvit* Serv. ad IV. Aen. 377. *volvens* Ed. Venet. est imitatio Lucretii, qui lib. VI. 33. *Volvere curarum tristes in pectore fluctus.*

833 ET ME) *Nam me* alter Hamburgicus. *dic quid vis* Leidensis. *do qua vis* Bigotianus. *do quid et me* Regius.

834 MORESQVE) *Moresque tenebunt usque: est nomen* Parisinus.

835 COMMISTI CORPORE TANTVM SVBSIDENT TEVCRI) Cattoeus *corpore* de coitu accipit. Servius ad I. Aen. 249. *commixti corpore tantum. commixto corp.* Parrhas. *tantum* Dorvill.

836 SA-

Subſident Teucri. Morem rituſque ſacrorum
Adiiciam, faciamque omnis uno ore Latinos.
Hinc genus, Auſonio mixtum quod ſanguine ſurget,
Supra homines, ſupra ire Deos pietate videbis:
Nec gens ulla tuos aeque celebrabit honores.
Adnuit his Iuno, et mentem laetata retorſit.
Interea excedit coelo, nubemque reliquit.
His actis, aliud Genitor ſecum ipſe volutat:
Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminae peſtes, cognomine Dirae,
Quas et Tartaream Nox intempeſta Megaeram
Vno eodemque tulit partu, paribuſque revinxit
Serpentum ſpiris, ventoſaſque addidit alas.
Hae Iovis ad ſolium, ſaevique in limine regis
Adparent, acuuntque metum mortalibus aegris,
Si quando letum horrificum morboſque Deûm rex
Molitur; meritas aut bello territat urbis.
Harum unam celerem demiſit ab aethere ſummo
Iuppiter, inque omen Iuturnae occurrere iuſſit.
Illa volat, celerique ad terram turbine fertur:
Non ſecus, ac nervo per nubem inpulſa ſagitta,
Arma-

836 SACRORVM) *Sacrorumque* Bigotianus.

838 SVRGET) *Surgit* Hugenianus. *ultra homines* alter Hamburgicus a manu prima. *iubebis* Leidenſis. *mixtum cum ſang.* Parrhaſ.

842 RELIQVIT) *Relinquit* Mediceus. Et ita Zulichemius et plerique alii et Pariſ. Edd. pr. et Mediol.

843 SECVM IPSE) *Secumque volutat* Dorvill.

844 FRATRIS) *Fratri* Hugenianus. *demittere* Sprotianus, alter Hamburgicus, Leidenſis et Hugenianus.

847 VNO) *Vnum* Leid. *reduxit* Hugenianus.

849 SAEVIQVE) *Saevoque* Leidenſis et Pariſ. *ad limina* alter Menagii et Oudartii et Parrhaſ.

Ibid. IN LIMINE) *Ad limina* Parrhaſ. *hae Iovi* Ed. Mediol. al. *haec.*

852 MERITAS) *Meritaſque* Pariſ. *ac bello* Gudianus.

853 DEMISIT) Ita fere omnes. *ſummo demiſit Olympo* prior Hamburgicus. *dimittit* primus Moreti.

856 AC NERVO) *A nervo* Excerpta noſtra. *a verno* Montalba-

Armatam saevi Parthus quam felle veneni,
Parthus, sive Cydon, telum inmedicabile torsit;
Stridens, et celeris incognita transilit umbras.
Talis se sata Nocte tulit, terrasque petivit.
Postquam acies videt Iliacas atque agmina Turni;
Alitis in parvae subitam conlecta figuram,
Quae quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit inportuna per umbras:
Hanc versa in faciem, Turni se pestis ob ora
Fertque refertque sonans, clipeumque everberat alis.
Illi membra novus solvit formidine torpor:
Adrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.
At, procul ut Dirae stridorem adgnovit et alas,
Infelix crinis scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror foedans, et pectora pugnis;
Quid nunc te tua, Turne, potest germana iuvare?

Aut

albanius. *armatus* Sprotianus a m. sec. *s. quam Parthus* Parrhas.

858 PARTHVS) *Arcu*, vel *Partho* Waddel. Animad. Critic. p. 39.

Ibid. SIVE) *Seu Cydon* Oudartii. *medicabile* idem.

860 TALIS) *Talem* H.Steph. Diss. de Critic. p. 81.

862 IN PARVAE) *Pravae* Waddel. Anim. Critic. p. 40.

Ibid. SVBITO COLLECTA FIGVRAM) *Subitam figuram* Mentelius, quod et in Pierianis vetustioribus exstabat. Mediceus *subitam conversa figuram. Subitam figuram* fere omnes. *in pravae* Parrhas.

863 QVONDAM IN BVSTIS) *Quondam bustis et culminibus* apud Marium Plotium de metris legitur. *Aut cumulantibus aris* Bigotianus. *aut culminibusque* Venetus.

864 VMBRAS) *Vmbram* Menagii prior.

865 VERSA) *Versam in faciem* Mediceus a manu secunda. sed perperam. *Versam* etiam Leidensis.

Ibid. AD ORA) *Ob ora* etiam Leidensis. et ita citat Serv. ad 1. Aen. 233.

866 SONANS) *Volans* prior Hamburgicus.

Ibid. EVERBERAT) *Reverberat* Parrhas. Ed. pr.

867 NOVVS) *Novos* Mediceus, Mentelius prior a manu prima. *solvat* alter Menagii. vel *subito* prior Hamburgicus.

868 HORRORE) *Errore* prior Hamburgensis. *haeret* idem a manu secunda.

870 SCINDIT) *Solvit* Dorvil.

873 QVID

Aut quid iam durae ſuperat mihi? qua tibi lucem
Arte morer? talin' poſſum me opponere monſtro?
Iam iam linquo acies. Ne me terrete timentem,
Obſcoenaę volucres: alarum verbera noſco,
Letalemque ſonum. Nec fallunt iuſſa ſuperba
Magnanimi Iovis. Haec pro virginitate reponit?
Quo vitam dedit aeternam? cur mortis ademta eſt
Conditio? poſſem tantos finire dolores
Nunc certe, et miſero fratri comes ire per umbras.
Inmortalis ego? aut quidquam mihi dulce meorum
Te ſine, frater, erit? O quae ſatis alta dehiſcat
Terra mihi, maniſque Deam demittat ad imos?
Tantum effata, caput glauco contexit amictu

Multa

873 QVID IAM MISERAE) *Durae* fere omnes ſcripti.

874 MORER) *Moror* ſecundus Rottendorphius. *tali non poſſum me opponere* Leidenſis, Bigotianus et Hugenianus. *me* deeſt Leidenſi alii. *tali me poſſum* Zulichemius.

875 IAM IAM) *Nam iam* Leidenſis, *trementem* Oudartii.

877 FALLVNT) *Fallant* Zulichemius a manu prima. *magnanima* Gudianus. *hoc pro* Venetus et ſecundus Moreti.

878 HAEC) *Hoc* Parrhaſ.

879 QVO VITAM) *Quid vitam* alter Hamburgicus. *cui mortis* Oudartii a manu ſecunda.

880 POSSEM) *Poſſim* Mediceus. *Vt poſſem* Leidenſis et Zulichemius. *labores* prior Hamburgicus et Excerpta noſtra, cum ſecundo Moreti.

881 PER VMBRAS) *Sub umbras* prior Hamburgicus, duo Rottendorphii, Venetus, et Gudianus pro varia lectione.

882 IMMORTALIS EGO? AVT QVIDQVAM) In multis codicibus *Iam mortalis ego. haud quicquam.* ſed vide, quae pro vulgata ſcriptura diximus lib. XI. 393. quam et Macrobius eſt ſecutus lib. IV. Saturn. cap. 4. *Haud quicquam* Priſcianus tamen agnoſcit lib. XIV. *Iam mortalis* Dorvill. Regius. *iam mortalis ego: haud* Ed. Venet. et Med. niſi quod *haud mihi quidquam.*

883 SATIS IMA) *Satis alta* cum praeſtantioribus omnino ſcribendum. nam *imi manes* proxime ſubſequuntur. *tellure ſub alta* alibi. *Qua ſatis* Leidenſis. *quam* Gudianus a manu prima. *quo* Leidenſis alius. *ſatis una* Venetus.

884 DEMITTAT) *Dimittat* duo Moretani, Mentelius prior, Menagius et Rottendorphius ſecundus, Venetus, Leidenſis, Bigotianus, Zulichemius, et Dorvill.

885 CONTEXIT) *Detexit* Zulichemius. an *praetexit?* mox *et fluvio ſe condit in alto* Leidenſis et Regius.

 888 IN-

Multa gemens, et se fluvio Dea condidit alto.
Aeneas instat contra, telumque coruscat
Ingens arboreum, et saevo sic pectore fatur:
Quae nunc deinde mora est? aut quid iam, Turne retractas?
Non cursu, saevis certandum est comminus armis.
Verte omnis tete in facies; et contrahe, quidquid
Sive animis, sive arte vales: opta ardua pennis
Astra sequi, clausumque cava te condere terra.
Ille caput quassans, Non me tua fervida terrent
Dicta, ferox. DI me terrent, et Iuppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens,
Saxum antiquum, ingens, campo quod forte iacebat,
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.
Vix illud lecti bis sex cervice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem:
Altior insurgens, et cursu concitus heros.
Sed neque currentem se, nec cognoscit euntem,
Tollen-

888 INGENS) *Gemens* Mediceus.

889 QVID) *Qui* Leidensis. *relaxas* Bigotianus.

891 ET CONTRAHE) Copula deest Dorvil.

892 ANIMIS) *Armis* Venetus. *animis aut arte* Ed. pr. *pinnis* Editio Iuntina. *pugnis* alter Hamburgensis. *apta ardua* Gudianus a manu secunda. mox *te credere* Oudartii. *clausumve* Menagii prior.

894 CAPVT QVASSANS) Vid. Eryth. Ind. et Barth. ad Stat. V. Theb. 642.

896 EFFATVS) *Effatur* Dorvil.

897 SAXVM) Deest hic versus Parrhas.

898 LIMES AEGRO POSITVS) *Positum* Parrhas.

898 AGRO) *Agri* nonnulli, et Ed. pr. *agros* Leidensis. Barth. ad Statii II. Theb. 700. ex membranis *agris* profert, nec convenire castigationi Virgilianae *campo* et *agro* in eadem re. et hoc probat Brouckh. ad Tibul. I. III. 44. *discerneret arvi* Hugenianus. *decerneret* duo Moretani.

899 SVBIRENT) *Levarent* Leidenses. *vix illum* Mediceus et Venetus.

903 NEQVE CVRRENTEM) *Nec* Dorvil.

904 TOL-

Tollentemve manu, ſaxumque inmane moventem.
Genua labant: gelidus concrevit frigore ſanguis.
Tum lapis ipſe viri, vacuum per inane volutus,
Nec ſpatium evaſit totum, nec pertulit ictum.
Ac velut in ſomnis, oculos ubi languida preſſit
Nocte quies, nequidquam avidos extendere curſus
Velle videmur, et in mediis conatibus aegri
Succidimus; non lingua valet, non corpore notae
Sufficiunt vires, nec vox aut verba ſequuntur:
Sic Turno, quacumque viam virtute petivit,
Succeſſum Dea dira negat. Tum pectore ſenſus
Vertuntur varii. Rutulos adſpectat et urbem,
Cunctaturque metu, telumque inſtare tremiſcit.
Nec quo ſe eripiat, nec qua vi tendat in hoſtem,
Nec

904 TOLLENTEMVE MANV, SAXVMQVE) *Tollentemque manum* ſecundus Moretanus. quod tuetur Barth. ad Stat. II. Theb. 670. *Tollentemque* etiam Zulichemius et complures alii. *ſaxumve* Dorvill.

905 CONCREVIT) *Concurrit* alter Hamburgicus a manu prima.

906 LAPIS IPSE VIRI) Barth. ad Stat. VI. Theb. 938. diſtinguebat, *Tum lapis ipſe, viri vacuum, per inane volutus, etc.* et nulli intellecta verba ait, et explicat *inane vacuum viri*, cui vires eae non erant, ut per inane vacuum illud lapidem proiiceret ad deſtinatum locum. in Mſ. eſſe *viri vacuus*, addit.

Ibid. VIRI) An *viae?* viae ſpatium non evaſit. vacuum *inane* dixit etiam Lucret. I. 510. de ſuo *inani* agens.

907 NEC PERTVLIT) *Neque* Mediceus et Menagianus. Et Parrhaſ. *evaſit, totum n. p. ictum* Gudian. Menag. et Rottendorph. ſecundi.

908 VELVT) *Veluti* Dorvil. et nonnulli editi. *oculos cum* alter Menagii. poſt hunc verſum in Leidenſi et Regio ſequebatur initium verſus, *Et iam iamque?* vacuo ſpatio relicto.

911 NOTAE) *Nocte* Leidenſis et Excerpta noſtra. *motae* alter Menagii. *corpora* Gudianus. *volet* Mediceus.

913 QVACVMQVE) *Quamcumque* Leidenſis, Pariſ. deinde *cum pectore* ſecundus Rottendorphius et Leidenſis. *pectora* Bigotianus.

914 DIRA) *Dicta* Zulichemius. mox *conſpexit* idem.

916 TELVMQVE) *Teloque* a manu ſecunda prior Hamburgenſis. *tremeſcit* Mentelii, Menagii priores, Parrhaſ. et plures alii. *letumque inſtare* Rufinianus de Schem. Lex. p. 35. *cunctanturque* alter Menagii.

 917 QVO

Nec currus usquam videt, aurigamve sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis; et corpore toto
Eminus intorquet. Murali concita numquam
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus. Volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orasque recludit
Loricae, et clipei extremos septemplicis orbis:
Per medium stridens transit femur. Incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
Mons circum, et vocem late nemora alta remittunt.
Ille humilis supplexque oculos dextramque precantem
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit:
Vtere

917 QVO SE) *Qua* Gudianus a manu secunda. *se rapiat* Venetus a manu prima.

819 AVRIGAMQVE) *Aurigamve* Mediceus. Et Bigotianus et Menagii alter et secundus Rottendorphius. *currum* Oudartii. *cursus* duo alii.

920 CORPORE) *Pectore* alter Menagius et Leidensis.

921 NVNQVAM) *Nusquam* Bigotianus. *Saxa sonant* prior Hamburgicus pro varia lectione.

923 CREPITVS) *Strepitus* Mentelii prior, duo Rottendorphii, Venetus, et alter Hamburgicus, Parrhas. et Dorvil. *trepidus* Regius.

924 DIRVM) *Durum* Bigotianus, Menagii et Hamburgensis priores. sed et *Excidium dirum* tertius Mentelius. *Dira* primus Moreti et secundus. *excidium* Parrhas. Sil. XVII. 188. *O dirum exitium mortalibus!* ubi etiam *durum* alii. ut hic Dorvil.

Ibid. RECLVDIT) *Reclusit* Zulichemius. *recludens* illustrissimum Thuanum malle notavit Heinsius.

925 CLIPEI EXTREMOS etc.) *Clypei extremo s. orbe* Heinsius legebat. vid. H. Steph. Schedias. p. 57.

926 PER MEDIVM) *Et medium* multi. Paris. et Parrhas. *stringens.*

Ibid. ICTVS) *Ictu* Hugenianus. vid. Barth. ad Stat. XI. Theb. 555.

929 REMITTVNT) *Dederunt* Vratislaviensis. *mons circa* primus Moreti et Parrhas. *late vocem* Dorvil.

930 SVPPLEXQVE OCVLOS) *Supplex oculos* Bigotianus, alter Menagii et Excerpta nostra. *praetendens* prior Mentelii.

931 DEPRECOR, INQVIT) *Deprecor unquam* Lutatius ad Stat. VIII. Theb. 116. mox *si te* prior Menagii.

936 ET

Vtere sorte tua. Miseri te si qua parentis
Tangere cura potest; oro, (fuit et tibi talis
Anchises genitor) Dauni miserere senectae:
Et me, seu corpus spoliatum lumine mavis,
Redde meis. Vicisti, et victum tendere palmas
Ausonii videre. Tua est Lavinia coniunx:
Vlterius ne tende odiis. Stetit acer in armis
Aeneas, volvens oculos, dextramque repressit.
Et iam iamque magis cunctantem flectere sermo
Coeperat; infelix humero cum adparuit alto
Balteus, et notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Straverat, atque humeris inimicum insigne gerebat.
Ille, oculis postquam saevi monumenta doloris
Exuviasque hausit, furiis accensus, et ira
Terribilis: Tune hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc volnere, Pallas
Inmolat, et poenam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum adverso sub pectore condit
Fervidus. Ast illi solvuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

936 ET VICTVM) *Evictum* secundus Rottendorphius.

938 NE) *Nec* Leidensis.

941 APPARVIT ALTO) *Alte* Oudartii. *ultro* Parrhas.

942 FVLSERVNT) *Fluxerunt* Bigotianus.

946 ACCENSVS) *Incensus* Dorvill.

947 HINC) *Hic* et *eripiere* Parrhas. *in spoliis* alter Menagii.

948 TE) Deest Leidensi. mox *poenas* quartus Moretanus et Dorvill. *ex* deerat alteri Hamburgico *de sanguine* Oudartii pro varia lectione.

950 ADVERSO SVB) *Adversus pectore* Leidensis. *adversum sub* Bigotianus. pro *condit*, quartus Moretanus *torsit*.

952 GEMITV) Illustrat hunc *gemitum* Robert. Titius lib. VII. Controv. Lect. 19. et de illo sono et rauco murmure, quod ex occlusa arteria vocali editur, explicat.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS
C V L E X, *
A D O C T A V I V M.

Lvsimvs, Octavi, gracili modulante Thalia:
Atque, ut araneoli, tenuem formavimus orsum.

Lusimus:

IOSEPHI SCALIGERI
IVL. CAES. F.
COMMENTARII
ET CASTIGATIONES
CVM NOTIS FRID. LINDENBRVCHII
IN
CVLICEM
P. VIRGILII MARONIS.

* QVANQVAM hoc poematium quo anno aetatis suae scripserit Virgilius, plane compertum non habemus: tamen maiorem natu scripsisse satis constat, quam voluerit eius vitae auctor, ignobilis Grammaticus: qui annos tantum quindecim natum vult hoc poematium confecisse. Cuius opinionis nostrae, vel duo maxima argumenta: unum, quod Suetonius Tranquillus in vita Lucani, quae adhuc formis excusa non est, ait *Lucanum inter aequalium suorum plausus, quum magno successu, ac favore poema aliquod a se compositum recitasset, ut ostenderet, quanto iunior, quam Virgilius, Poëticam attigisset, exultabundum dixisse: quantum mihi restat ad Culicem?* quum tamen quo tempore haec dicebat Lucanus, iam eam aetatem transcendisset. Nam Statius: *Haec primo iuvenis canes sub aevo, Ante annos Culicis Maroniani.* Quin et Pharsaliam ante annos Culicis Maroniani cecinisse ait idem Statius. Alterum est, quod Virgilius in Culice non excusaret stili levitatem, nisi conscius sibi esset, maiora se aut scripsisse, aut scribere potuisse: ut facile colligas non adeo tironem haec lusisse. Esto. Si verum est, quod

Lusimus: haec propter Culicis sint carmina dicta.

Omnis

quod ait idem Grammaticus, *Virgilium Octavio prius ob Mathematices, ac Medicinae, et Veterinariae rei scientiam, quam ob Poëticam facultatem notum fuisse*: necesse est, ut minor XV. annorum eas scientias omnes attigerit, quod et putare, ridiculum est. Aut quomodo quindecim tantum annos natus Octavio Culicem dedicaverit, quem iam grandior primum cognovit? An dicendum est, non esse Octavium eum, qui postea Augustus dictus fuit? Nugae. Sane ille literator, quisquis est, satis habuit ex bonis auctoribus Suetonio, Paediano, Hygino, aliis vitam Virgilii consarcinare, neque discrimen facere, neque ut Lucillius ait, *signare linea alba*. Igitur quisquis es, memineris, non pueri ac tironis secundum eum Grammaticum, sed Virgilii ἀνδρὸς καὶ τελείου te opus legere: ut, quoties tanti viri rationem habueris, nihil habeas quoque, quo studium nostrum, quod in hoc poëmatio emaculando posuimus, reprehendas. Plus ei vetustas, an Correctorum audacia nocuerit, incertus sum. Vtrunque autem valde nocuisse cognoscent certo scio; qui nostras commentatiunculas cum eorum Correctorum emendationibus comparabunt.

Ad Cul. Quae horum temporum ratio est, non defuturos arbitror qui Notas hasce meas vitilitigent, culpentque quod ego, qui primum hoc specimen studiorum meorum exhibeo, tam levia, tam paene nullius momenti adferam, cum merito docta deberem, et non nisi laudabilia; quippe cui iuvenilis aetas, ingenium integrum est, nec longo usu aut iugi labore exhaustum. Ita fateor, et quo me tuerer vix haberem, nisi insusurrasset Apollinaris, Donec scientiam natura combiberit, non maior est gloria dixisse quod noveris, quam siluisse quod nescias. Et profecto, si rem recte consideres, boni aliquid in hos scriptores post illustrissimum I. Scaligerum dicere oppido quam difficile videbitur: tanta summi viri in eorum maculis delendis diligentia et felicitas fuit, quae tum demum recte apparebit, si quis hanc nostram editionem, cum retro aliquot editionibus contenderit. Negari tamen non potest, aliquos adhuc restare naevulos: eos ego, etsi non valebo omnes, adtingam vel paucos tamen. nec hoc mihi vitio erit si quosdam reliquero. *Non enim cursim aut remisse tam minuta acumina Adsequi quicunque poterit, sed morosa intentio.* Haec praefanda duxi, nunc ad rem. L.

P. VIRGILI MARONIS CVLEX] In veteri libro manuscripto ita conceptus erat titulus IVVENALIS LVDI LIBELLVS INCIPIT. Ita etiam Martialis de Monobiblo Propertii, *Cynthia facundi carmen iuvenale Properti.* Videtur enim conceptus titulus fuisse, Sex. Aureli Properti Iuvenalis monobiblos.

3 HAC PROPTER CVLICIS SVNT] Lego, *Hacpropter culicis sint carmina dicta. Hacpropter*, ut *Quapropter*. Varro: *Haepropter omnes, qui laborant, invo-*

Omnis ut historiae per ludum consonet ordo
Notitiae, ducam voces: licet invidus adsit,
Quisquis erit culpare iocos, Musamque paratus:
Pondere vel Culicis levior, famaque feretur.
Posterius graviore sono tibi Musa loquetur
Nostra: dabunt cum securos mihi tempora fructus:
Vt tibi digna tuo poliantur carmina sensu.
Latonae, magnique decus Iovis, aurea proles
Phoebus erit nostri princeps, et carminis auctor,
Et recinente lyra fautor: sive educat illum
Alma Chimaereo Xanthus perfusa liquore,

Seu

invocant. Sed haec levia, ac minimi momenti. Illud vero, quod sequitur, non leve.

4 OMNIS VT HISTORIAE] Haec sunt perturbatissima, καὶ ἀσύστατα. lego, *Omnis ut historiae proludens consonet ordo Notitiae, ducam vocem licet. invidus absit.* Vt omnis cordo historiae notitiae consonet, ducam vocem. Deducam vocem in re tam tenui, et humili: Vt stilus conveniat materiae. Nam historia materia dixit, non historica, poëticè, ut: *Tempus et Arcadii memoranda referre magistri:* non *Arcadici.* et eodem modo *Galliae*, *mulieres* apud Sallustium, citante Nonio, pro *Gallicae*, more Graecorum, qui dicunt ἑλλάδες γυναῖκες. Sic Horatius, *Metaurum flumen*, *Stertinium acumen.* Vel potius dicendum: *ut omnis ordo historiae proludens consonet notitiae. Ducere vocem, et deducere*, ut ducere filum. Persistit in metaphora prima: *Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.* Et per illud, — *Invidus absit*, deprecatur, καὶ ἀφοσιοῦται invidiam, ut in sacris — *Procul este profani.* *Proludens* habebat membrana quaedam. P. Pithoei Iurisc. eruditiss. Ex his potes animadvertere, quam inepta sit vulgaris huius loci lectio.

7 FAMAQVE FERETVR] Lege, *feratur.*

13 ET RECINENTE LIRA] Repone ex veteribus manuscriptis, *Et recanente lyra.* Sallust. *Signa occanuere*; pro *occinerunt.*

14 ALMA CHIMERAEO XANTHI] *Alma*, eleganter subintelligitur *urbs.* Sic apud Varronem: *Ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, Craterae, Anancaea populo nobilium Tarentinarum.* Subaudi *urbium.* Sic et Propertius dixit *nobiles* Misenas, subintelligens *urbes.*: *Et te mirantem Thesproto subdita regno Proxima Misenis aequora nobilibus.* Si haec vera scriptura est (nam in aliis est, *littoribus*, non *nobilibus*) intelligit, ut dixi, per Misenas urbes, omnes illas, quae in tractu Neapolitano erant, Cumas, Baias, Puteolos: Vt Varro per Tarentinas nobiles urbes

Seu nemus Asteriae, seu qua Parnassia rupes
Hinc atque hinc patula praependit cornua fronte,
Castaliaeque sonans liquido pede labitur unda.
Quare, Pierii laticis decus, ite, sorores
Naïdes, et celebrate Deum plaudente chorea.
Et tibi, sancta Pales, ad quam ventura recurrit
Agre-

urbes tractus Tarentini, in quibus Croton, et ipsum Tarentum. Propertius enim aequora vocat subdita Thesproti regno, quae ab Abantibus, qui prius Thesprotiam incoluissent, deinde in magnam Graeciam emigrassent, occupata fuerunt. Neapolin enim, et Cumas, aliasque praeterea in ea regione urbes condidisse nemo nescit. Quin et Columella in Hortulo, ubi ait, -- *Cespoto litore Cumae:* ego corrigo, Thesproto. Thesprotum litus vocat, quod ab Abantibus, qui ex Euboea insula in Thesprotiam, et ex ea, duce Columba, in magnam Graeciam venissent, occupatum fuit. Itaque et locum Columellae emendamus et Propertio lucem adferimus, qui immerito magnis viris negotium facessebat, satis enim nota res est: et quae tanta ingenia exercere non debebat.

Ibid. XANTHVS] Reposuimus ex veteribus editionibus, et manuscriptis XANTHI. subintelligitur enim urbs, ut suprà docuimus.

15 SEV NEMVS ASTERIAE] Omnes antiquitus excusi, itemque schedae Pithoei nostri, plane habent, *seu decus astriferum:* Hoc est caelum. Nam Phoebus etiam in caelo, ut pote qui idem sit cum sole. An legendum: *Seu specus oestriferum.* ut intelligatur specus, quod erat Delphis, unde oestro percita reddebat oracula Pythiomantis. Prior coniectura melior. In libro manuscripto Contii I. C. *Seu decus astrigeri.*

17 CASTALIAEQVE SONANS] Malo, ut prae se ferunt membranae Pithoei, quanquam corrupte: -- *Seu qua Parnasia rupes Hinc atque hinc patulà praetendit cornua fronte, Castalia et resonans liquido pede labitur unda.* Castaliae pede dixit, ut Horatius: *Mollis crepante linfa desilit pede.* Quanquam ambitiose dictum cavillatur χρόνῳ πόδα Aristophanes.

20 ET TV SANCTA PALES] Non solum commentitia haec lectio, quod a manu scripta dissentiat; sed et ineptissima, quod nullam bonam sententiam efficiat. Illa membrana Pithoei habebat: *Et tu sanctà Pales, ad quam ventura recurrit Agrestum bona sors cura secura, tenes quae Herbi feros saltus nemorum, sylvasque virentes, Te cultrice* -- etc. Alia item membrana eandem lectionem habet, quanquam paulo depravatiorem. Quid hic purius? quid dilucidius? Invocat Palem, ad quam ait pertinere agrestum bonam sortem, hoc est copiam lactis: quia est νομία et pastoralis Dea. Quem proventum lactis: securum

Agreſtum bona cura, ſequi ſit cura tenentis
Aëreos nemorum tractus, ſilvaſque virentes.
Te cultrice vagus ſaltus feror inter et aſtra.
At tu, cui meritis oritur fiducia chartis,
Octavi venerande, meis allabere coeptis,
Sancte puer: tibi namque canit non pagina bellum,
Phlegra Giganteo ſparſa eſt quo ſanguine tellus:
Nec Centaureos Lapithas compellit in enſis:
Vrit Erichthonias Oriens non ignibus arces:
Non perfoſſus Athos, nec magno vincula Ponto
Iacta, meo quaerent iam ſera volumine famam:
Non Helleſpontus pedibus pulſatus equorum,
Graecia cum timuit venientis undique Perſas:
Mollia

rum ab omni cura dixit: quia ſine ulla cultura ac labore illud percipiunt paſtores: quum contra agricolae maximis ſudoribus terram ſubigant, ut ex ea percipiant fructus. Cura ſecura Graecorum eſt, γομνασίων ἀγύμναστος, ἱερῶν ἀνιέραστος. Ariſtophaneum id paulo diverſius, ſed non hoc loco alienum, τύμῳ προθύρῳ προπύλαιος. Herbiferos ſaltus tenere ait: quia pabulo praeſidet.

23 TE CVLTRICE] Malem, *Te tutrice vagus eſſe.* niſi (quod verius puto) *cultrix* ſit hic habitatrix. Nam ſequitur ἐπεξηγητικῶς -- *tenes quae Herbiferos ſaltus nemorum, ſiluaſque virentes.* Eſt autem Helleniſmus. *Et tu Pales, te tutrice.* Et apud neſcio quem, *me Conſule probibui.* In qua figura non infrequens eſt Plautus et Gellius. Cuius ignorantia fecit, ut lectio mutaretur.

24 ORITVR FIDVCIA CHARTIS] In membrana Antonii Contii I. C. *caſtris.* recte. Tu, qui, ut veteres loquebantur, belli clues.

26 SANCTE PVER] Non ad aetatem referendum. Catullus: -- *Eſt enim iocorum Diſertus puer, ac facetiarum.* Infra: *Et tibi ſancte puer* -- valde ſuſpecta eſt lectio. Membrana Antonii Contii I. C. habebat. *Triſte Iovis ponitque canit non pagina bellum.* lego haud dubitanter: *Triſte Iovis, Poenique canit non pagina bellum. Triſte Iovis bellum*, ut puto, cum Capitolium obſeſſum à Brenno, aut potius cum conflagravit. Imo triſte Iovis bellum. Giganteum.

28 PHLEGRA GIGANTEO] Phlegra tellus, pro Phlegraea, ut Metaurum flumen, quanquam nove dictum videtur. Puto totum hunc locum ita legendum, *Triſte Iovis Poenique canit non pagina bellum, Phlegra Giganteo etc.*: ut Phlegra coniungatur cum illis, Triſte Iovis.

34 MOL-

Mollia ſed tenui pede currere carmina verſu
Viribus apta ſuis Phoebo duce ludere gaudet.
Et tu, ſancte puer, venerabilis, et tibi certet
Gloria perpetuum lucis manſura per aevum:
Et tibi ſede pia maneat locus, et tibi ſoſpes
Debita felicis memoretur vita per annos,
Grata bonis lucens. Sed nos ad coepta feramur.
Igneus aethereas iam Sol penetrarat in arcis,
Candi-

34 MOLLIA SED TENVI] Mendoſus verſiculus. Ita lego: *Mollia ſed tenui percurrere carmina verſu eſt.* Eſt eadem metaphora: *Atque ut araneoli tenuem formavimus orſum:* nimirum à textura. Cuius verbum eſt, *ordiri.* Graecum eſt, ὄρδημα ἡ τολύπη τῶν ἐρίων Item ὀρδικόν, χιτωνίσκος; Percurrere carmina, ut, .. *Percurrens pectine telas,* ἱστὸν ἐποιχομένη.

36 ET TV SANCTE PVER] Interpolatitia lectio, et inepta. Sed ſchedae Pithoei bene habent: *Et tibi, ſancte puer, memorabitur: Et tibi certet* etc. Quam lectionem, quamvis depravatam retinet Contii liber. *Et tibi*, inquit, *memorabuntur abſenti illa, quae ſolent dici inter pocula,* nempe ea, quae ſequuntur: *Et tibi certet* etc. Eius acclamationis meminit et Ovidius: *Et bene te, bene me, patriae pater optime, dixi.* Itemque et Tibullus ad Meſſalam: *Et bene Meſſalam ſua quisque ad pocula dicat Nomen et abſentis ſingula verba ſonent.* Plautus Milite: *Bene, quaeſo, dicatis inter vos et mihi abſenti tamen.* Item erat et *Bene vixis, aut vixeris.* Quod colligo ex verbis Dionis: ἐφ' ᾧ δὴ παραχρῆμα πάντες, in vita Commodi Imp. τοῦτο δὴ τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι, ἐξεβόησαν, ΖΗΣΕΙΑΣ. Suidas haec interpretans, τὸ ζήσειας, inquit, ἐπὶ τῆς τελέσειας τὴν ζωὴν φασὶν οἱ γραμματικοί. Nam quod in malam partem interpretati ſint, eo ſpectat, quia ut alibi diximus, quem actores εὐφημοῦντες volebant dicere mortuum, dicebant, VIXIT. Vt Cicero de coniuratis, VIXERVNT. Plautus Bacchidibus: *Video nimio iam multo plus, quam volueram. Vixiſſe nimio ſatius eſt, quam vivere.* Et in Captivis: *Nunc illud eſt, cum me fuiſſe quam eſſe nimio mavelim.*

37 GLORIA PERPETVVM LVCIS] Manuſcripta, et antiquitus edita lectio, *lucens,* non *lucis.* ergo repone.

38 ET TIBI SEDE PIA] *Vt – tibi brachia contrahit ardens Scorpius.*

Ibid. ET TIBI SOSPES] Soſpitem vitam cum omni bonorum copia precatur. quod Graeci uno verbo eleganter πληθυγίειαν dicunt.

40 GRATA BONIS LVCENS] Graeci poëtae, ἀγαθοῖς φλέγουσα Aeſchyl.

41 IGNEVS AETHEREAS] Excerpta Pithoei in illa membrana

Candidaque aurato quatiebat lumina curru,
Crinibus et roseis tenebras Aurora fugarat:
Propulit e stabulis ad pabula laeta capellas
Pastor, et excelsi montis iuga summa petivit:
Lurida qua patulos velabant gramina collis.
Iam silvis, dumisque vagae, iam vallibus abdunt
Corpora: iamque omni celeres e parte vagantes
Scrupea desertae perrepunt ad cava rupis.
Tondentur tenero viridantia gramina morsu,
Pendula proiectis carpuntur et arbuta ramis,
Densaque virgultis avide labrusca petuntur.
Haec suspensa rapit carpente cacumina morsu
Vel salicis lentae, vel quae nova nascitur alnus:
Haec teneras fruticum sentes rimatur: at illa
Inminet in rivi praestantis imaginis undam.
O bona pastoris, si quis non pauperis usum
Mente prius docta fastidiat, et probet illis
Omnia luxuriae pretiis incognita curis,

Quae

brana habebant, ETNEAS. Ego lego, *oeteas*. Nam ab OEta Oriens in Graecia.

46 LVRIDA QVA] Eadem ἐκλεγόμενα habebant *Humida qua patulos velabant gramina flores*. Quam cur mutemus, caussae profecto non est. Intelligit enim flores, qui subinde in pratis nasci solent -- Sed membranae Contii habebant *Lucida*. unde *Lurida* factum est. *Lucida*. ergo recte, propter rorem.

Ibid. LVRIDA QVA PATVLO] Nisi iam eleganter hic locus a Domino Scaligero emendatus esset, legerem, *Plurima qua patulos*; et profecto non male. L.

49 SCRVPEA DESERTAE PERREPVNT] Membrana Contii *Scrupea desertis aerebat*, pro *haerebant*, quod puto verius esse. Nam haerent et pendent caprae et capreae rupibus. *Dumosa pendent procul de rupe capellae*.

52 DENSAQVE VIRGVLTIS] Labruscum neutro genere enunciatum à Virgilio, iam olim notavit Nonius.

56 IMMINET IN RIVI] Non est dubitandum hic maculas aspersas esse. Ego lego igitur: *Imminet inrigui praestanti marginis undae*. irrigui marginis, διαῤῥύτου πλαταμῶνος.

Ibid. PRAESTANTIS] Nescio an legendum *properanti*.

59 OMNIA LVXVRIAE PRECIIS] Pro *preciis* iam olim emendabamus *pravis*. Quam coniecturam confirmat quaedam vetus membrana, in qua paucula ex hac digressione excerpta erant.

Membra-

Quae lacerant avidas inimico pectore mentes.
Si non Aſſyrio fuerint bis lauta colore,
Attalicis opibus data vellera: ſi nitor auri
Sub laqueare domus animum non tangit avarum:
Picturaeque decus, lapidum nec fulgor in ulla
Cognitus utilitate manet: nec pocula gratum
Alconis referent, Boëtique toreuma: nec Indi
Conchea bacca maris pretio eſt: at pectore puro
Saepe ſuper tenero proſternit gramine corpus:
Florida cum tellus gemmantis picta per herbas
Vere notat dulci diſtincta coloribus arva:
Atque illum calamo laetum recinente paluſtri,
Otiaque invidia degentem, ac fraude remota,
Pollentemque ſibi viridi cum palmite lucens
Vitea pampineo ſubter coma velat amictu.
Illi ſunt gratae rorantes lacte capellae,
Et nemus, et foecunda Pales, et vallibus imis

Semper

Membrana tamen Pithoei aliter habet: -- Et probet illis *Omnia luxuriae preciis incognita, vitans Quae lacerant avidas inimico pectore mentes.* Quae lectio longe optima eſt, modo pro *illis* legatur *illic*. Ergo τὸ illic eſt apud paſtores.

60 QVAE LACERANT] Poëtae θυμαλγέας μελεδῶνας.

63 SVBLAQVEARE] Diſtinguendum, *Sub laqueare*. Laquear, eſt lacunar.

69 GEMMANTES PICTA PER HERBAS] Sic in Pervigilo Veneris: *Ipſa gemmeis purpurantem pingit annum floribus*. L.

70 VERE NOTAT] In illis ſchedis pro *dulci* et *coloribus*, *duris*, et *ligonibus* legebatur, *Vere notat duris diſtincta ligonibus arva.*

71 RECINENTE PALVSTRI] Membrana Contii, *recanente*, ut ſupra *Et recanente lira.*

73 VIRIDI CVM PALMITE] Ex altera membrana repone: *Pollentemque ſibi viridi cum palmite ludens Tmolia pampineo ſubter coma velat amictu. ludens* à flatu venti ſcilicet. Varro, *Capitis corona faſciis tiligneis Faciem labore flatili viridis premit.*

76 ET NEMVS] Eadem altera ſcheda: *Et nemus, et foecunda palus, et vallibus intus* etc. Intus eſt ἔνδοθεν haud dubie: creberrimum Plauto, quae lectio etiam extat in Contiana membrana. Tamen in ſcheda Pithoei ἀκροτελεύτιον huius verſus deſinebat in -- *mollis Iacchus*. Vt poſſis cognoſcere non hodie primum hos errores incepiſſe. *mollis Iacchus* eſſet, θῆλυς Ἴακχος.

Semper opaca novis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior aevo,
Quam qui mente procul pura, sensuque probando
Non avidas agnovit opes, non tristia bella,
Nec funesta timet validae certamina classis?
Non, spoliis dum sancta Deum fulgentibus ornet
Templa, vel evectus finem transcendat habendi,
Adversum saevis ultro caput hostibus offert.
Illi falce Deus colitur, non arte politus:
Ille colit lucos: illi Panchaica thura,
Floribus agrestes herbae variantibus adsunt:
Illi dulcis adest requies, et pura voluptas,
Libera simplicibus curis: huc inminet, omnis
Dirigit huc sensus: haec cura est subdita cordi,
Quolibet ut requie victu contentus abundet,
Iucundoque locet languentia corpora somno.
O pecudes, o Panes, et o gratissima Tempe
Fontis Hamadryadum: quarum non divite cultu
Aemulus Ascraeo pastor sibi quisque poetae
Securam placido traducit pectore vitam.
Talibus in studiis baculo dum nixus apricas
Pastor

78 QVIS MAGIS] Qui, non, quis ἀρχαϊκῶς habent, et manuscriptus codex, et antiquiores excusi. Est autem Hellenismus, magis beatior. Ad verbum Aristophanes: Τίς γὰρ γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερος. Hoc autem archaismo utitur saepe Plautus, ut: *magis maiores nugas egerit.* Item, *Tum nihil invenies magis hoc certo certius.*

89 LIBERA SIMPLICIBVS CVRIS] Puto mendum in his esse. nam melius meo iudicio dixisset, *Libera magnis* vel *gravibus curis.* Non tamen, quam huic substituam comminisci vocem queo. L.

Ibid. HVC IMMINET] Non deterius erat in prisca membrana: -- *Huc mittit, et omnes Dirigit huc sensus* -- Persius Sat. 3. v. 60. *Est aliquid, quo tendis, et in quod dirigis arcum.*

91 QVOLIBET VT REQVIE] Puro, *Qualibet ut requie.* Nisi legendum sit *Quolibet ut requies victu contentus abundet.* *Requies* pro *requietus*, ut irrequies pro irrequietus.

97 TALIBVS IN STVDIIS] Hic sane praeter alia, grassata est Correctorum audacia: quod tamen sine ope veteris schedae non potuissem deprehendere. In ea enim haec dicun-

Pastor agit curas, et dum non arte canora
Compacta solidum modulatur arundine carmen:
Tendit inevectus radios Hyperionis ardor;
Luci-

dicuntur γενικῶς in illo vitae pastoralis μακαρισμῷ, non autem ἰδικῶς de nostro pastore, de quo factum est hoc opusculum. Totum igitur locum apponam, ne singula minima persequendo mihi molestiam, lectori fastidium pariam. *O pecudes, o Panes, et o gratissima Tempe Fontis Hamadryadum: quarum non divite cultu Aemulus Ascraeo pastor sibi quisque poetae Securam placido traduxit pectore vitam Dulcibus in studiis, baculo dum nixus apricat Laetus agit curas: et dum non arte canora Compacta solidum modulatur arundine carmen, Quem circa fessae passim cubuere capellae His superat gelidis manans è fontibus unda, Quae levibus placidum rivis sonet orta liquorem. At volucres patulis residentes dulcia ramis Carmina per varios edunt resonantia cantus. Hinc illi geminas avium vox obstrepit aures Hinc querulas referunt voces, quae nantia limo Corpora linfa fovet. sonitus alit aeris Echo. Argutis et culta fremunt ardore cicadis. Seu libet ad fontem densa requiescere in umbra Excelsis supra dumis: quos leniter afflans Aura susurrantis possit confundere venti: Anxius insidiis nullis, et lentus in herbis Concipit hic mitem proiectus membra soporem, Tendit ut evectus radios Hyperionis ardor, Lucidaque aetherio ponit discrimina mundo, Et iacit Oceanum flammas in utrunque rapaces. Et iam compellente etc.* In his ergo ordini suo restituendis multum adiuti sumus illa schedula, quae ita eo ordine disposita haec habebat. Vt possis agnoscere quanta audacia haec immutarant Correctores isti, quum ea non solum Pastori huic attribuerent, quae Virgilius in genere omni vitam rusticam colenti: sed et, ut ita accommodarent, omnem ordinem perverterunt. Est autem tanti momenti hic locus, ut non solum propter luculentam sententiam suavissima digressione explicatam commendari debeat, sed et quam propter hanc insignem restitutionem nostram diligenti lectori considerare, et perpendere opus sit. Vbi etiam retraximus è fuga versiculum qui ab omnibus editionibus aberat: *Seu libet ad frontem densa requiescere in umbra.* Nunc ad reliqua.

99 COMPACTA SOLIDVM] *Solidum carmen,* nulla aegritudine contaminatum, nullis supervenientibus curis interpellatum.

100 TENDIT INEVECTVS] Idem verbum et infra: *iret inevectus caelum super* -- Qui sane locus ansam hunc corrumpendi audacibus hominibus dedit. Nam veteres editiones habent, *Tendit et evectus.* unde, ita postulante sententia, fecimus, *Tendit ut evectus:* Sic supra -- *Vel evectus finem transcendit habendi.*

 104 REPE.

Lucidaque aethereo ponit discrimina mundo,
Qua iacit Oceanum flammas in utrumque rapaces.
Et iam conpellente vagae pastore capellae
Ima susurrantis repetebant ad vada lymphae:
Quae subter viridem residebant caerula muscum.
Iam medias operum partis evectus erat Sol,
Cum densas pastor pecudes cogebat in umbras:
Vt procul adspexit luco residere virenti,
Delia Diva, tuo: quo quondam victa furore
Venit Nyctileum fugiens Cadmaeis Agave
Infandas scelerata manus e caede cruenta:
Quae gelidis bacchata iugis requievit in antro,
Posterius poenam gnati se morte futuram.

Hic

104 REPETEBANT AD VADA] ἀρχαϊσμός, ut Plautus; *visere ad aliquem.* mallem tamen -- *repebant ad vada.* Quod Syracusanum est. Nam ἑρπῆν Syracusii et Tarentini pro ire ponunt: ita semper usurpat Theocritus. Alioquin caprarum est *repere*, ut supra -- *desertae repebant ad cava rupis.* Quanquam vetus lectio repugnat.

108 LVCO RESIDERE VIRENTI] Cogebat pecudes in umbras residere luco virenti. Ita Horatius, *Descende Torquato iubente Promere languidiora vina.* ἑλληνισμός.

109 QVO QVONDAM VICTA] Haec omnia confusa, et corrupta puto. Nam et ordo perturbatus, et maculae inoleverunt. Quare ita lego: -- *quo quondam victa furore Venit Nyctilei, fugiens Cadmeis Agave Posterius poenam natis è morte futuram.* Nam sane Agave non fugiebat Nyctileum, quem non offenderat, cum eius ministra esset. Imo melius cessisset ei, si fugisset. Non enim eius nimius cultus iactura nati illi constitisset. Imo hoc vult poëta, in eum lucum, in quem Agave victa furore Bacchi, metuens poenam, hoc est ἄγος, quod imminebat eius posteritati propter interfectum Pentheum, confugerat, compulisse pastorem pecudes suas.

113 POSTERIVS POENAM] Correximus ergo: *Posterius poenam natis e morte futuram.* Poenam futuram posterius natis e morte Penthei, ἄγος illud, quod totam posteritatem persequitur, donec expiatum esset, ex veteri superstitione veterum intelligit. Sic Horatius: *Negligis immeritis nocituram Postmodo te natis fraudem committere.* -- Nihil enim aliud, quam ἄγος illud intelligit. ubi et postmodo natis dixit, ut hic Virgilius, *Posterius natis.* Theognis fere, ut Horatius: ἀλλ' ὁ

μὲν

Hic etiam viridi ludentes Panes in herba,
Et Satyri Dryadesque choros egere puellae,
Naïadum coetu. Tantum non Orpheus Hebrum
Restantem tenuit ripis, silvasque canendo,
Quantum te, Peneu, remorantem dia chorea,
Multa tibi laeto fundentes gaudia vultu:
Ipsa loci natura domum resonante susurro
Quîs dabat, et dulci fessas refovebat in umbra.
Nam primum prona surgebant valle patentes
Aëreae platanus: inter quas impia Lotos,
Impia,

μὲν ἀυτὸς τῖσε κακὸν χρέος ὅς δὲ φίλοισιν ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ἐπεκρέμασεν. Inde ἐναγεῖς dicuntur piaculo nexi, *οἱ νεμεσητόν τι πάσχοντες.*

117 RESTANTEM TENVIT RIPIS, SILVASQVE CANENDO] Contiana membrana, *rivis*, non *ripis*. Omnino legendum *Tantum non Orpheus Hebrum Restantem tenuit*, *rivis*, *silvisque canendo*. Cecinit enim silvis et rivis, et rivos restantes, silvas inobiles fecit.

118 QVANTVM TE PENEV] Quia paulo ante dixerat, *tantum non Orpheus*, putarunt hic *ἀνταποδοτικὸν* deesse. Ita hic *Quantum* posuerunt. Atquin legendum: *Non tam te Peneu*. Comparat amoenitatem illius loci cum eo, in quo Orpheus cecinit, item cum eo, in quo nuptiae Pelei, et Thetidis celebratae sunt: in quo describendo imitatur Catullum, qui eas nuptias egregio carmine celebrat: adeo, ut et in arboribus describendis eiusdem vestigiis semper insistat. Totus autem versus ita legendus est: *Non tam te, Peneu, remorata est dia chorea*. Non eam choream describit luculenter Catullus.

123 AEREA PLATANI] Reponendum ex veteribus excusis, *Aeriae platanus*. sic infra: *umbrosae fagus*. ἀρχαϊσμός, et in Georgicis dixit *fagus* pro *fagos*.

Ibid. IMPIA LOTOS] *Impia*, eadem figura Horatio: *Impiae (nam quid potuere maius?) Impiae. duro potuere sponsos Perdere ferro*. Et Catullo: *Ignaro mater substernens se impia nato, Impia non verita est divos scelerare Penates*. Alludit autem ad metamorphosin Loti, quam ex XI. Geoponicon petas licet. Porro omnes hae descriptiones, quanvis nil aliud sunt, quam *πάρεργα*; tamen meliorem partem poematis occuparunt, ut materiae ipsius praecipuae minima hic pars sit. Nam in Catullo totum fere tempus in descriprione pulvinaris, Ariadnae conquestione, et Parcarum carmine conteritur: nuptiarum vero ipsarum minima ratio. Hic vero circa laudes vitae rustica-

 nae,

Impia, quae focios Ithaci moerentis abegit,
Hofpita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus infigni curru proiectus equorum
Ambuftos Phaëthon luctu mutaverat artus,
Heliades teneris amplexae brachia truncis
Candida fundebant tentis velamina ramis.
Pofterius, cui Demophoon aeterna reliquit
Perfidiam lamentandi mala, perfida multis.
Quam comitabantur fatalia carmina quercus:
Quercus ante datae, Cereris quam femina, vitae:
Illas Triptolemi mutavit fulcus ariftis.
Hic magnum Argoae navi decus edita pinus
Proce-

nae, paftorum bona, arborum defcriptiones, inferorum argumenta, multum fatagitur: de Culice vero, quantum dici potuit, tantum dicitur, hoc eft minimum. In pictura enim tam tenui, nifi parerga adhibueris, quid dignum oculis proponi poteft?

127 AMBVSTOS PHAETHON] lege *Ambuftus*.

129 CANDIDA FVNDEBANT TENTIS VELAMINA RAMIS] Nihil muto. Tamen aliquando putavi legendum -- *lentis fudamina ramis*. id eft *electra*.

Ibid. TENTIS VELAMINA] Scripfimus *lentis*, non *tentis*. Paulo inferius de iisdem, *Ipfaeque excedunt ad fumma cacumina lentae, id eft*, ῥαδιναί.

131 PERFIDIAE LAMENTA] Vetus editio: *Perfida lamentandi mala*. Corrigo: *Perfida lamentanda diu mala. Perfidum malum*, hoc eft *perfidia*. ut folftitialis dies, folftitium Ciceroni. reliquit illi lamentanda mala, quae faepe lacrymet. Nam eius gummi, lacryma. Tamen malim. *Perfidiae lamentandi mala*.

Ibid. PERFIDA MVLTIS] Lego -- *perfide multis, Perfide Demophoon. Perfide multis, non folum mihi, fed et multis puellis* Propertius: *Perfide, nec cuiquam melior fperande puellae*. Et repetitio illa amoena. Catullus: *Siccine me patriis abductam, perfide, ab oris Perfide deferto liquifti in littore, Thefeu?*

Ibid. ET NVNC DEFENDE PVELLAM] Inepte, membrana Contiana *puellis*. Sane legendum -- *Perfide multis, Perfide Demophoon et nunc deflende puellis. Multis puellis perfide, et iisdem deflende, vel lamentande:* quemadmodum paulo ante dixit *lamentari mala perfidiae:* Et fane valde congruit huic loco Propertianus verfus, paulo ante a nobis adductus. (Abeft hic verfus in Burm. edit.)

132 FATALIA CARMINA] *Fatidicae quercus*, μαντῳδεις. Nam in Dodona reddebant oraculum.

136 HIR-

Proceras decorat ſilvas hirſuta per artus:
Appetit aëreis contingere montibus aſtra.
Ilicis et nigrae ſpecies, et laeta cupreſſus:
Vmbroſaeque manent fagus, ederaeque ligantis
Brachia, fraternos plangat ne populus ictus.
Ipſaeque excedunt ad ſumma cacumina lentae,
Pinguntque aureolos viridi pallore corymbos:
Quîs aderat veteris myrtus non neſcia fati.
At volucres patulis reſidentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt reſonantia cantus.
His ſuberat gelidis manans e fontibus unda;
Quae levibus placidum rivis ſonat orta liquorem,
Et quamquam geminas avium vox obſtrepit auris,
Hanc

136 PROCERAS DECORAT] Lego. *Proceras decorans ſilvas hirſuta per artus.*

136 HIRSVTA PER ARTVS] Ovidius Metamorph. XI. *Hirſutaque vertice pinus.* Sed videtur hiulca oratio. Puto legendum, *Hic magnum Argoae navi decus edita pinus Proceras decorat ſilvas; hic ſuberis arbos, Appetit aëriis contingere motibus aſtra.* Scriptum erit *arvos* pro *arbos*. unde factum *artus*, ineptiſſime. Quanquam ſuberis arbore ſunt aliae longe proceriores.

137 CONTINGERE MONTIBVS] Non damno. tamen mallem *motibus.* ὀρέγεται ἄστρων. Intelligit quod poëtae dicunt βλωθρόν.

138 ET LAETA CVPRESSVS] Laeta eſſet ἀμφιλαφὴς, quae tamen habeat minutiſſima folia, et ut res ipſa docet, laeta eſſe, et ἀμφιλαφὴς non poteſt. Non omittam coniecturam optimi et eruditiſſimi amici noſtri Oberti Giſanii, qui legit, *lethea cupreſſus.* Nam funebris arbor.

143 QVIS ADERAT VETERIS MYRTVS] Non eſt, quod putat bonus Domitius. Sed alluditur ad Myrti Metamorphoſin. quam vide in XI. Geoponicon. Poſt hunc verſum autem non qui ſtatim (nam quo referendi erant, ſuperius indicavimus) ſed alii, qui multis interiectis ſequuntur, huc reiiciendi ſunt. *Paſtor ut ad fontes denſa requietis in umbra Securo preſſos ſomno mandaverat artus, Stratus humi dulcem capiebat corde quietem, Ni fors incertos iuſſiſſet dicere caſus Nam ſolitam* etc. Et ita perturbatiſſimo loco hac via facillime conſuletur.

146 HIS SVBERAT] Vetus ſcriptura: *His ſuperat.* malim, *ſuperet.* Non erat hic locus haec explicandi; cum in alium locum reiecerimus: ſed vulgatam editionem ſequimur; ut in ſequentibus.

147 QVAE LEVIBVS] Melius, *Quae levibus placido rivis ſonat orta liquore.*

148 ET QVANQVAM GEMINAS] Repone ex veteri: *Hinc illi geminas.*

Hanc querulae referunt voces, quis nantia limo
Corpora lympha fovet: ſonitus alit aëris Echo:
Argutis et cuncta fremunt ardore cicadis.
At circa paſſim feſſae cubuere capellae,
Excelſiſque ſuper dumis: quos leniter adflans
Aura ſuſurrantis poſſit confundere venti.
Paſtor, ut ad fontem denſa requievit in umbra,
Mitem concepit proiectus membra ſoporem,
Anxius inſidiis nullis: ſed lentus in herbis
Securo preſſos ſomno mandaverat artus.
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem:
Ni fors incertos iuſſiſſet ducere caſus.
Nam ſolitum volvens ad tempus tractibus iſdem
Inmanis vario maculatus corpore ſerpens,
Merſus ut in limo magno ſubſideret aeſtu,
Obvia vibranti carpens gravis aëra lingua,
Squamoſos late torquebat motibus orbis.
Tollebant aurae venientis ad omnia viſus.

Iam

Ibid. GEMINAS AVIVM VOX] *Geminas aures* ἀμφιδύμους ἀκοάς. Catullus: *Roſeis ut hic labellis palans ſonitus abit, Geminaſque vox Deae aures nova nuncia referit.* Ita enim depravatus locus Catulli legendus eſt.

149 HANC QVERVLAE] Repone ex veteri ſcheda: *Hinc querulas.*

Ibid. QVIS NANTIA] Corrige ex veteri ſcriptura, *quae nantia.* λιμναῖα κρηνῶν τέκνα. Ariſtoph.

151 ARGVTIS ET CVNCTA] Vetus ſcriptura, *culta.*

151 ARGVTIS ET CVNCTA F. A. CICADIS] *Argutum grillum* dixit V. Cato in Diris, unde Nonius Exodio: *Quando ad ludos venit, alii cum tacent totum diem argutatur quaſi cicada.* L.

154 AVRA SVSVRANTIS POSSIT] Contianus liber *poſcit*, id eſt πειρᾶται.

156 PROIECTVS MEMBRA SOPOREM] Lego *Porrectus*: conveniens huic rei vox. Sic Plautus in Pſeudolo: *Eccam in tabellis porrectam, in cera cubat.* L.

160 IVSSISSET DVCERE CASVS] Lego, *iuſſiſſet dicere.* Ni fors iuſſiſſet, vel coegiſſet nos fateri incertas eſſe, et inſtabiles vices humanas.

161 TRACTIBVS HYDRAE] Ex veteri ſcriptura et editione *tractibus iisdem.*

166 PALLERANT AVRAE] Statius de ſerpente Nemeeo. -- *percuſſae calidis afflatibus aurae Qua tulit ora, cadunt: moriturque ad ſibila campus.* Vetus editio *Tollebant*, non *Pallebant.*

Fortaſſe

Iam magis atque magis corpus revolubile volvens
Attollit nitidis pectus fulgoribus, et se
Sublimi cervice rapit: cui crista superne
Edita purpureo lucens maculatur amictu,
Adspectuque micant flammantia lumina torvo.
Metabat sese circum loca, cum videt ingens
Adversum recubare ducem gregis. Acrior instat
Lumina diffundens intendere, et obvia torvo
Saepius arripiens infringere, quod sua quisquam
Ad vada venisset: naturae comparat arma:
Ardet mente, furit stridoribus, intonat ore:
Flexibus eversis torquetur corporis orbis:
Manant sanguineae per tractus undique guttae:
Spiritibus rumpit fauces. Cui cuncta paranti
Parvulus hunc prior humoris conterret alumnus,
Et

Fortasse *squallebant*. *Squallebant aurae vehementis ad omina visus.* Nam sine dubio *omina* non *omnia* legendum. *Vehementis* habent veteres editiones.

174 OBVIA TORVO] Quaecunque ipsi torvo obvia erant.

175 SAEPIVS ARRIPIENS INFRENDERE] *Arrepens*, non *arripiens*. *Infrendere*, non *infringere* habent veteres editiones, et scripta membrana Contii. Itaque, ut alibi annotamus, *Defrensa* in veteri Glossaria exponitur ἄρυρα θεριοθεῖσα, quasi *fracta* seges. et *Defrens*, ἄρυρα, θερισμός. Catullus idem exprimit: *Abit, infremit, refringit virgulta pede vago.*

180 CVI CVNCTA PARANTI] Lege: -- *quo cuncta parante*. Cuius rei extant vestigia in antiquitus excusis. Cuncta facere, genus loquendi non vulgare in utraque lingua. Quod fere dicebant de irrito conatu. Cicero v. de Fin. *At vero facere omnia, ut adipiscamur, quae secundum naturam sunt* etc. Martialis lepide lusit: *Omnia quum fecit, Thaida Thais olet.* Euripides Eraclidis: μόλις δὲ πάντα δρῶντες, οὐκ ἄτερ πόνων ἐτρέψαμεθ' ἀργεῖον ἐς φυγὴν δόρυ. Eubulus Comicus: ἐγὼ κεχόρτασμαι μὲν, ἄνδρες, οὐ κακῶς. ἀλλ' εἰμὶ πλήρης ὥστε καὶ μόλις πάνυ, ὑπεδησάμην, ἅπαντα δρῶν, τὰς ἐμβάδας. Sic infra: *Gutturis arenti revolutus in omnia sensu.* Hoc est, πάντα ποιῶν ἵνα πίῃ. Nisi sit, ἐπὶ πᾶν δίψης ἰών. Petronius apertius: *Quae ergo dementia est, omnia facere, nequid e nobis relinquat sepultura?*

181 HVMORIS ALVMNVS] Ita Culices describit, quod humore nascantur. Plinius lib. IX. cap. XV. *Arescente humore culices* (scilicet *proveniunt*.) Inepte alii haec legunt et explicant. L.

182 MO-

Et mortem vitare monet per acumina. Namque
Qua diducta genas pendebant lumina gemmis,
Hac senioris erat naturae pupula telo
Icta levi. Tum prosiluit furibundus, et illum
Obtritum morti misit: cui dissitus omnis
Spiritus excessit sensus. Tum torva tenentem
Lumina respexit serpentem comminus: inde
Impiger, exanimis, vix compos mente refugit,
Et validum dextra truncum detraxit ab orno:
Qui casus sociaret opem, numenve Deorum.
Namque illi dederitne viam casusve, Deusve,
Prode-

182 MONET PER ACVMINA] Lego cum veteribus excusis: *Et mortem vitare monet, per culmina nanque Qua diducta genas*, etc. *Culmina*, τὰς κεραίας vocat.

183 QVA DIDVCTA GENAS] Genae hic αἱ βλεφαρίδες. Ennius: *Pandite sulti genas, et corde relinquite somnum.* Melius ergo *obdebant*, quam *pandebant*. Nam veteres excusi, *ponebant*. Et fortasse bene. *Ponebant*, pro *abdebant* rectum est.

184 AC LEVIORIS] Lege, ut antiquitus excusi, *Ac senioris erat naturae pupula* -- araneosam cutem et senilem, hoc est rugosam intelligit. Nam sane senem hunc pastorem ab eo induci patet ex alio loco: *Quantumcumque sibi vires tribuere seniles.*

Ibid. NATVRAE PVPVLA TELO ICTA LEVI] Eleganter Tertullianus quod cum telo semper volet Culicis tubam et lanceam dixit. Aelianus quoque de Animal. lib. XIIII. cap. XXII. Κώνωπι δὲ αἱρεῖται μόνῳ πονηρῷ μὲν ζῴῳ, καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἀνθρώποις ἐχθρῷ καὶ δακεῖν καὶ βοῆσαι. L.

187 TVM TORVA TENENTEM LVMINA] Fortasse: *tum torva tuentem Lumine* -- Sed nihil mutandum. *Tenentem lumina* est, immotis luminibus stantem.

189 VIX COMPOS MENTE REFVGIT] Repone ex veteribus *resurgit*. Compos mente ἀρχαϊσμός. ut Plautus, *vino cupidae*. ut Ennius -- *studiosum robore belli.*

192 NANQVE ILLI] Iste versus ὑποβολιμαῖος. neque in veteribus excusis reperitur, et sententiae concinnitati repugnat. Namque omnino legendum: *Cui casus sociarit opem, numenve Deorum, Prodere sit dubium.* Imo potius: *Qui (casus sociarit opem, numenve Deorum,) Horrida squamosi, etc.* Vt duo illi versus sint perperam interpositi. *Namque illi d. v. c. D. Prodere, s. d. v. s. v. t.* Illa autem: *timor obcaecaverat artus*, includenda sunt parenthesi. *Qui*, hoc est; *quo trunco*, ἀρχαϊκῶς, *Qui* pro, *quo*. Sive, inquit, casus sive Deus illi opitulatus sit. Nam ita haec iungunt veteres;

Prodere ſit dubium: voluit ſed vincere tales.
Horrida ſquamoſi volventia membra draconis,
Atque reluctantis crebris, foedeque petentis
Ictibus oſſa ferit, cingunt qua tempora criſtam:
Et quod erat tardus, omni languore remoto,
Neſcius adſpiciens timor obcaecaverat artus:
Hoc minus implicuit dira formidine mentem.
Quem poſtquam vidit caeſum langueſcere, ſedit.
Iam quatit, et biiuges oriens Erebo cit equos nox,
Et piger aurato procedit Veſper ab Oeta,
Cum grege conpulſo paſtor duplicantibus umbris
Vadit, et in feſſos requiem dare conparat artus:
Cuius ut intravit levior per corpora ſomnus,
Languidaque effuſo requierunt membra ſopore,
Effigies ad eum Culicis devenit, et illi
Triſtis ab eventu cecinit convitia mortîs.
Inquit:

teres; Caſus, Providentia, Fors, Ratio. Horatius: *Seu fors, ſeu Ratio dederit.* Haec eſt vera lectio. Ex Epicurea ſchola eſt, Fors, Caſus; ex Stoica, Ratio, Providentia. Epicurus *εἰκῇ* omnia, Stoici *προνοίᾳ* fieri ſciſcebant.

195 FOEDEQVE PETENTIS] Lego *patentis.* patet ictibus, qui nullo modo adverſarii ictus repellit, ſed recipit.

196 CINGVNT QVA TEMPORA CRISTAM] Legendum *Criſtae.*

197 OMNI LANGVORE REMOTO] Lege, *ſomni.* Vix tum primum expergiſcebatur.

201 IAM QVATIT ET] *Quatit*, ſupple *flagrum.* quod mulionum, et aurigarum eſt ſignum, *καὶ σύνθημα* quum profecturi ſunt. Iuvenal. -- *Mota iam mulio virga Annuit* etc. tamen malo: *Iam quatiens biiuges.* ſupra: *Et piger aurato quatiebat lumina curru.*

207 EFFIGIES AD EVM] *Effigiem τὸ εἴδωλον* vertit. Tamen potuerat dicere ſpectrum. Sed nondum ſatis erat in uſu. Primus enim Catius Inſuber, Epicuri *εἴδωλα* ſpectra vertit. auctor Cicero. Lucillius, quia eo tempore Romani, quomodo Latine dicerent, non habebant, Graecam vocem uſurpavit: *Eidola atque atomos vincere Epicuri volam.*

208 CECINIT CONVICIA] Lucanus Panegyr: *Stridula cum rapido faciunt convicia ſoli.* Antiqui hoc *occentare* dicebant. Feſtus: *Occentaſſint antiqui* dicebant, quod nunc *convicium fecerint* dicimus, quod id clare et cum quoddam canore fit, ut procul exaudiri poſſit. L.

209 IN-

Inquit: Quid meritus, ad quae delatus acerbas
Cogor adire vices? tua dum mihi carior ipſa
Vita fuit vita, rapior per inania ventis:
Tu lentus refoves iucunda membra quiete,
Ereptus tetris e cladibus: at mea Manes
Viſcera Lethaeas cogunt tranſnare per undas:
Praeda Charontis agor. Viden' ut flagrantia taedis
Lumina collucent infeſtis omnia templis?
Obvia Tiſiphone, ſerpentibus undique comta,
Et flammas, et ſaeva quatit mihi verbera poenae:
Cerberus et diris flagrant latratibus ora,
Anguibus hinc atque hinc horrent cui colla reflexis,
Sangui-

209 INQVIT, QVID MERITVS] Mihi videtur melius legi poſſe: *Quis meritis, inquit, aut quae delatus.* Nam etiam *meritis* erat in membrana Contiana.

Ibid. QVAE DELATVS] Deferor hoc crimen, eſt ἀρχαϊσμός.

218 VERBERA POENAE] Hic *poena* eſt *Furia*, ut infra: *Ergo iam cauſſam mortis me dicere vinctae Verberibus ſaevo cogunt ab iudice Poenae.* Sic Graece ποινή. Scriptor neſcio quis, apud Suidam: πάντων ἀσεβημάτων, καὶ παρανομημάτων, ὧν εἰργάσαντο, παρέστησαν αὐτῷ τινὰς ἐριννῦς, καὶ ποινὰς, καὶ προστροπαίους τῶν δι' ἐκείνων ἠτυχηκότων. et in Axiocho: Λαμπάσιν ἐπιμόνως πυρούμενοι ποινῶν. Plutarchus: Ἐρωτικῷ: καὶ ποινὰς καλοῦσιν αὐτὰς, καὶ τοῖς ἀνδράσιν ὀργιζομένας, ὅτι σωφρονοῦσι. In eam partem, in quam accepit Plutarchus, interpretandum apophthegma de uxore, ἣν μὲν αἰσχρὰν, ποινήν. ἣν δὲ καλὴν, κοινήν. Terentius Eunucho cruces vocat. -- *illis crucibus, qui nos noſtramque adoleſcentiam Habent deſpicatam* — Varro Eumenidibus: *Tertia Poenarum, Infamia, Stans nexa in volgi pectore.* Nam prius dixerat: *Videmus populum Furiis inſtinctum tribus Diverſim ferri, exterritum formidine.* Ex tribus illis Furiis, ac Poenis tertiam ponit infamiam. Corrector ergo, quiſquis fuit ille, non intellexit, Poenae nomine hic Furiam accipi debere. Quo factum, ut poſtea ſequentem verſum corruperit.

219 FLAGRANT LATRATIBVS] Lege, *flagrans.* ἀπὸ κοινοῦ, ſaeva quatit verbera. et ita melius concinnitati et lectioni conſuletur.

220 HORRENT CVI COLLA] Sed non diſplicet id, quod in veteribus editionibus reperi, *arent cui colla.* Nam *ſquallere,* et *arere* pro eadem re ponebant veteres.

224 PRAE-

Sanguineique micant ardorem luminis orbes.
Heu! quid ab officio digressa est gratia, cum te
Restitui superis lethi iam limine ab ipso?
Praemia sunt pietatis ubi? pietatis honores
In vanas abiere vices: et rure recessit
Iustitiae prior illa fides: instantia vidi
Alterius, sine respectu mea fata relinquens.
Ad pariles agor eventus: fit poena merenti:
Poena fit exitium: modo fit dum grata voluntas,
Existat par officium. Feror avia carpens,
Avia Cimmerios inter distantia lucos:
Quem circa tristes densentur in omnia poenae.
Nam vinctus sedet inmanis serpentibus Othos,
Devictum moestus procul adspiciens Ephialten,
Conati quondam cum sint incendere mundum:
Et Tityos Latona tuae memor anxius irae,
Inplacabilis ira nimis, iacet alitis esca.
Terreor a tantis insistere, terreor umbris

Ad

224 PRAEMIA SVNT PIETATIS] Concinnius puto, *Praemia ubi pietatis? ubi pietatis honores? In vanas abiere vices.* -- Simile Catulli: *Omnia sunt ingrata: nihil fecisse benigne est.*

Ibid. PIETATIS HONORES?] *Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?*

228 FIT POENA MERENTI] Corruptissima haec sunt, et perturbatissima. Ita lego: -- *fit poena merenti, Poena fit exitium, modo, si cui grata voluntas, Existat par officium* -- Age plectar sane, et mihi poena pro beneficio sit, dum tamen si cui gratus ànimus est, is parem gratiam mihi referat. si qua est gratia, mutuis officiis me remuneretur.

232 QVEM CIRCA TRISTES] Hinc alio divulsi sunt versus, quos ita in suas sedes postliminio restituimus: *Quem circa tristes densentur in omnia poenae, Atque alias alio densent super agmine turmas. Terreor a tantis insistere, terreor umbris. Nam vinctus sedet etc.*

Ibid. DENSENTVR IN OMNIA] Sic alibi loquitur: *Gutturis arenti revolutus in omnia sensu.*

237 IMPLACABILIS IRA NIMIS] Vetus editio: *Implacabilis ita iacet vivus alitis esca.* Ex quibus lego, *Implacabilibus Divis iacet alitis esca. Ad stygias revocatus etc.*

244 OCIA

Ad Stygias revocatus aquas. Vix ultimus amni
Reſtat, nectareas Divum qui prodidit eſcas,
Gutturis arenti revolutus in omnia ſenſu.
Quid, ſaxum procul adverſo qui monte revolvit,
Contempſiſſe dolor quem Numina vincit acerbus,
Otia quaerentem fruſtra? Vos ite puellae,
Ite, quibus taedas accendit triſtis Erinnis,
Sicut Hymen praefata dedit connubia mortis:
Atque alias alio denſat ſuper agmine turmas,
Impietate fera vecordem Colchida matrem
Anxia ſollicitis meditantem vulnera gnatis:
Iam Pandionias miſeranda prole puellas,
Quarum vox Ityn; et Ityn, quod Biſtonius Rex,
Orbus Epops moeret volucris evectus in auras.
At diſcordantes Cadmeo ſanguine fratres
Iam truculenta ferunt, infeſtaque vulnera corpus
Alter in alterius: iamque adverſatus uterque
Impia germani manat quod ſanguine dextra.
Eheu!

244 OCIA QVAERENTEM FRVSTRA] Malo ex veteribus editionibus: *Otia quaerentes fruſtra ſub lite puellae Ite, quibus taedas accendit triſtis Erinnys: Si cui hymen praefata dedit connubia mortis: Impietate fera cum cernam Colchida matrem Anxia ſollicitis etc.* Poſtrema enim de induſtria reponimus, *ſub lite.* nam certatim, καὶ φιλοτιμούμεναι dolia implent. Facile abſolvit Danaidas, cum videat maius ſcelus a Medea patrari, nimirum natorum caedem.

246 SICVT HYMEN] Correximus: ſi cui hymen.

248 VECORDEM COLCHIDA] Flagitioſe haec mutarunt. Nos ex veteribus editionibus, *-quum cernam Colchida* etc. Et ſic poſtea in libro Contii ſcriptum reperi.

251 QVARVM VOX ITYN] Neque ſententia, neque ſyllaba conſtant. neque ambae illae aves Ityn referunt, ſed Procne tantum. quanquam potuit haec confundere poëta. ex veſtigiis priſcae editionis repono: *Quarum vox querula eſt. Superas quoque Biſtonius Rex Orbus Epops moeret volucres evectus in auras.*

254 IAM TRVCVLENTA FERVNT, INFESTAQVE VVLNERA] Puto rectius eſſe, quod habet membrana Contii l. C. *Iam truculenta ferunt infeſtaque lumina corpus, Alter in alterius.*

257 EHEV

Eheu! mutandus nunquam labor: auferor ultra
In diversa magis: distantia Numina cerno:
Elysiam tranandus agor delatus ad undam.
Obvia Persephone comites Heroidas urget.
Adversas perferre faces: Alcestis ab omni
Inviolata vacat cura, quod saeva mariti
Ipsa suis fatis Admeti fata morata est.

Ecce,

257 EHEV MVTANDVS] Hi versus alieni loci insessores sunt, et interdicto de vi eiiciendi. Quibus vindiciis in eos agamus, postea dicemus sub finem colloquii Culicis.

263 IPSA SVIS FATIS] Nihil argutius hac lectione, quae tamen tanquam sorex indicio suo periit. Nam in obsoletis editionibus longe diversior concepta lectio: *Hic Chalcedonias Admeti cura morata est.* Ne audax nimis fuit ille, qui, quod ignorabat, id mutavit. Melius enim fuit haec praeterire, quam corrumpere, sed melius, ut puto, erit et interpretari. An opponit Chalcedonias mulieres Alcestidi, ut videatur, quomodo eius in Admetum maritum pietas insignis, sic harum nescio quod detestabile facinus in maritos suos fuisse? In historiis quidem legimus Chalcedonias mulieres, quum loquerentur cum viris, dimidiam oris partem tegere solitas, quod puderet eas concubuisse cum peregrinis ac servis. Videretur ergo Virgilius velle innuere, eas propter servos, interfecisse maritos suos. quanquam Plutarchus dicit earum viros periisse in bello, quod cum Bithynis gesserant, ac cum servis concubuisse. Ergo ita mens esset. Maronis: Alcestis apud inferos caret omni cura, et poenarum immunis est. Cuius mirum amoris exemplum in maritum omnes Chalcedonias, quibus diversa fuit de maritis cura, remoratum est, ne in eandem sedem scilicet ingrediantur, quam Proserpina piis uxoribus, Alcestidi, Penelopae, et Eurydicae assignavit. Saevam curam vocavit, quod, ut marito consuleret, sibi non pepercit. Si corrector ille hac saltem modestia auctori consultum voluisset, ut quidvis potius auderet, quam ut hoc ulcus tangeret, et plus gloriae apud me consequutus fuisset, et invidiae minus. Sed hoc contenti non erimus. Putamus enim sine dubio, legendum esse, *Istbis Alcyonas Admeti cura morata est.* Exemplum Alcestidis moratum est Alcyonas. Hoc est, stupuerunt Alcyones exemplum simile Alcestidis in maritum. Alcyonis pietas in maritum nota est ex fabulis. Alcyonas elegantius dixit numero plurali, pro caeteris, quae similiter ex luctu de morte maritorum perierant. qua de re eleganter disputat Dionysius Longinus περὶ ὕψους. Quin et puto allusum ad poëma Ciceronis, cuius titulus erat, *Alcyones.* auctor Capitolinus in Gordianis.

Ecce, Ithaci coniux ſemper decus Icariotis
Feminoum incorrupta decus manet, et procul illam
Turba ferox iuvenum telis confixa procorum.
Quin miſera Eurydice tanto moerore receſſit,
Poenaque reſpectus, et nunc manet Orpheus in te.
Audax ille quidem, qui mitem Cerberon unquam
Credidit, aut ulli Ditis placabile numen:
Nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus undis,
Nec moeſta obtentu diro, et ferrugine regna,
Defoſſaſque domos, ac Tartara nocte cruenta
Obſita, nec faciles Ditis ſine iudice ſedes,
Iudice, qui vitae poſt mortem vindicat acta.
Sed fortuna valens audacem fecerat Orphea.
Iam rapidi ſteterant amnes, et turba ferarum
Blanda voce ſequax regionem inſederat Orphei:
Iamque imam viridi radicem moverat alte
Quercus humo, ſteterantque amnes, ſilvaeque ſonorae
Sponte ſua cantus rapiebant cortice amara.
Labentes biiuges etiam per ſidera Luna

Preſſit

265 FOEMINEVM INCORRVPTA] Priores excuſi *concepta.* Quae vera eſt lectio. *Concepta decus*, ἀρχαϊσμός.

268 ET NVNC MANET ORPHEVS IN TE] Lege: *Et nunc in te manet Orpheu.*

272 NEC MOESTA OBTENTV DIRO] Interpolatum ex priſca editione: *Nec moeſta obtentu ditis ferrugine regna.* Lego *obtenta* non *obtentu.* obtenta ferrugine.

273 DEFOSSASQVE DOMOS] In membrana Contiana, *Neſoſaſque domos.* Sane veteres Romani *Cneſoſum* pro *obſcuro* dicebant, teſte Feſto παρὰ τὸ κνέφας. Sed an ita ſcripſerit Virgilius nec ne, liquido non deieratim.

274 NEC FACILES DITIS] Et Aeneid. VI. *Nec vero hae ſine ſorte datae, ſine iudice ſedes.* Mallem tamen, — *nec faciles Dicteo iudice ſedes. Dicteus iudex* eſt Minos ἀπρόσιτος ἕδρα διὰ τὸν δυσπαραίτητον κριτήν, τὸν δικταῖον.

275 IVDICE, QVI N. P. MORTEM VINDICAT ACTA] Vetus membrana, *Indicat.*

275 POST MORTEM VINDICAT ACTA] Monuit D. Scaliger veterem membranam habere *indicat.* Ego malim τὸ *vindicat*: Praeclare Manilius lib. v. *Quaeſitor ſcelerum veniet vindexque reorum, Qui commiſſa ſuis rimabitur argumentis.* L.

283 MEN-

Pressit equos: et tu currentis menstrua virgo
Auditura lyram tenuisti nocte relicta.
Haec eadem potuit Ditis te vincere coniux,
Eurydicemque ultro ducendam reddere; non fas,
Non erat in vitam Divae exorabile numen.
Illa quidem nimium Manes experta severos
Praeceptum signabat iter: nec rettulit intus
Lumina, nec Divae corrupit munera lingua.
Sed tu crudelis, crudelis tu magis, Orpheu,
Oscula cara petens rupisti iussa Deorum.
Dignus amor venia, parvum si Tartara nossent
Peccatum ignovisse: sed et vos sede priorum,

Vos

283 MENSTRVA VIRGO] *Luna.* Sic Martianus Capella lib. IX dixit *menstruam lampadem*, *lunam* intelligens, quae modulationibus menstruis variat, aequali vicissitudine, lucem semper atque obscuritatem resumens. L.

287 DIVAE EXORABILE NVMEN] Veteres excusi -- *divae exorabile mortis.* Ergo: *Eurydicemque ultro ducendam reddere non fas Non erat in vitam dirae exorabile mortis.* Haec eadem lyra potuit te vincere, o Proserpina: et iam eo res redierat, ut leges mortis non vetarent Eurydicen in lucem reddere. οὐκ ἦσαν θεσμοὶ θανάτου ἀπαραίτητοι, μὴ οὐχὶ πάλιν εἰς φῶς τὴν Εὐρυδίκην ἀνάγειν. Porro quam omnes Eurydicem, eam Mimnermus vocat Agriopen.

290 CORRVPIT MVNERA] Repono ex antiquitus excusis, et ex membrana Contii, *Corrupit limina.* Vetuerat enim Proserpina loqui intra limina, et respicere.

293 PARVVM SI TARTARA] Melius priscae editiones, quas tamen ita interpungimus: *Dignus amor venia, gratum si Tartara nossent Peccatum meminisse. Grave: at vos etc.* Si Tartara nossent meminisse peccatum gratum, hoc est aequi boni consulere. imo peccatum gratum, quod est gratuitum. Sic gratum mendacium posset quis dicere, quod nulla mercede quis, sed solo garrulitatis morbo motus mentitur., quod Graeci dicunt ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν. Idem ergo extulit et in Georgicis: *Quum subito incautum dementia cepit amantem, Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.* Putarem tamen melius legi posse: Peccatum minus esse. qua figura Petronius: Quisquis inops peccat minor est reus. -- Ita hic, quisquis in gratiam alicuius peccat, minor est reus.

294 GRAVE] Ita putamus distinguendum, ut sua periodo

inter-

Vos manet Heroum contra manus: hic et uterque
Aeacides. Peleus namque, et Telamonia virtus
Per secura patris laetantur numina, quorum
Connubiis Venus, et virtus iniunxit honorem.
Hunc rapuit serva; ast illum Nereis amavit.
Assidet hac iuvenis, sociat quem gloria, fortis,
Acer, inexcussus, referens a navibus ignis
Argolicis Phrygios torva feritate repulsos.
O quis non referat talis divortia belli,
Quae Troiae videre viri, videreque Graii?
Teucria cum magno manaret sanguine tellus,
Et Simois, Xanthique liquor, Sigaeaque praeter
Litora, cum Troës saevi vos Hectoris ira

Videre

intercipiatur. Sic Horatius: *Durum sed levius fit patientia Quicquid corrigere est nefas.* Hic *Grave*, ut in Horatio, *Durum.* Grave quidem, inquit: at vos pro hac iactura, vos, inquit, manet beatorum sedes. Orpheum et Eurydicen per apostrophen alloquitur.

297 LAETANTVR NVMINA] Lego *munia.* id est *praefecturam Aeaci*, quam obtinet ille apud inferos. Telamonis virtus Graecanicum est, ἲς τελαμῶνος, βίη πριάμοιο.

299 HVNC RAPVIT FERITAS] Quia fuit ἄγριός τις. propterea ipsi favit Virtus. sicut contra Venus Peleo, qui ἀπράγμων fuit, ut uxorem Thetidem meruerit. Quare impudenter nimis fecit ille, qui nuper edidit: *Hunc rapuit serva.* et quaenam fuit illa *serva*? Non Hesionem putat, si sapit. At Aiacem filium rapuit Tecmessa ancilla. Sed quam Homerus ἠνορέην vocat, feritatem Virgilius vertit, ut et paulo post torva feritate repulsos.

300 ASSIDET HAC IVVENIS] Quam proxime potero, ad veteris editionis vestigia accedam: *Assidet hac iuvenis sociatae gloria fortis Alter, in excursu referens a navibus ignes Argolicis Phrygios torva feritate repulsos.*

301 ACER, INEXCVSSVS] Veteres duae membranae, Alter in *excissum.* alter in excidium.

304 VIDERE IN CLASSES] Antiquitus excusi recte habent *viderit.* Hectoris ira περιφραστικῶς more Graecorum, μένος ἕκτορος Quum Hector, o Troes, vos viderit paratos inferre etc. Sed quum idem antiquitus excusi habeant, Troas, puto verius: -- *Cum Troas saevi vis Hectoris ire Viderit in classes inimica mente Pelasgas Vulnera, tela, neces ignes inferre paratos.* -- *vis Hectoris*, idem Hellenismus, βίη ἕκτορος.

310 IPSA

Videre in classis inimica mente Pelasgas
Vulnera, tela, neces, ignis inferre paratos.
Ipsa iugis namque Ida potens feritatis, et ipsa
Aequa faces altrix cupidis praebebat alumnis,
Omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora
Classibus ambustis flamma superante daretur.
Hinc erat oppositus contra Telamonius heros,
Obiectoque dabat clipeo certamina: et illinc
Hector erat, Troiae summum decus: acer uterque,
Fulminibus caelo veluti fragor editus alto:
Ignibus

310 IPSA IVGIS] Repono ex veteribus excusis, *Ipsa magis:* sed totum locum apponam *Ipsa magis nanque Ida potens feritatis, et ipsa Acta faces altrix cupidis praebebat alumnis.* *Acta* posui, cum membranae, item libri antiquitus excusi habeant, *Datque.* *Acta* est ἀκτή. *At procul in sola secretae Troades Acta.* Putavi et legi posse, *Dicta.* Nam in Troade ἴδη, καὶ δίκτη montes, ut et in Creta. Strabo. Prior coniectura magis placet. *Potens feritatis* (ita enim veteres excusi habent) ἀγριόδενδρος. Nam feritas, ut Autumnitas, olivitas. Ergo in qua multae ferae arbores: ut fera vitis Sisennae. et fera oliva ἡ κότινος Statio: *Pulvereumque fera crinem detersit oliva.* Potest et ferarum altrix θηρόβοτος. quo nomine et μητέρα θηρῶν dicunt Poëtae.

313 FLAMMA SVPERANTE] Veteres illae editiones, et membranae *flamma lacrimante.* Quis tam stolidus, si vera erat lectio vulgata, ut hanc mallet, quae minus usitata est? Sed sane subditium est τὸ superante. Equidem eruditissimum poëtam more Graecorum lacrimantem flammam dixisse puto. Nam illi δακρυόεσσαν φλόγα et πόλεμον δακρυόεντα.

317 FVLMINIBVS CAELO] Et haec et sequentia importuna Correctorum audacia depravavit. Sequar vestigia illarum obsoletarum editionum: *Fulminis ut coelo volitat fragor, editur ense Tegminibus, telisque super* – *Nam illae habent: Fulminibus caelo veluti fragor, editur ense Tegminibus, telisque super* -- vel potius, Fulmineus caelo veluti fragor, ἀπὸ κοινοῦ editur. *Imminet,* inquit, *ense super omnia tela, et tegmina,* hoc est clupeos. Ensem coruscans inter tela, et clypeos viam perrumpit. Idem XII. Aeneid. *Ense sequens nudo superimminet.* Superimminet, ut hic, supereditur. et apud Tibullum in panegyrico ad Messalam: -- *celerem superedere corpus Audet equum* -- hoc et *emicat* vocavit eodem libro Virgilius: – saltu *Emicat in currus* -- Quid ergo faciemus istis monstris Correctorum?

Ignibus hic telisque super, si classibus Argos
Eripiat reditus: ille ut Vulcania ferro
Vulnera protectus depellere navibus instet.
Hoc erat Aeacides alter, laetatus honore:
Dardaniaeque alter fuso quod sanguine campis
Hectoreo victor lustravit corpore Troiam.
Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat, et hu-
Alma dolis Ithaci virtus quod concidit icta, [ius
Huic gerit aversos proles Laërtia vultus,
Et iam Strymonii Rhoesi, victorque Dolonis
Pallade iam laetatur ovans, rursusque tremiscit
Iam Ciconas, iam iamque horret Laestrigonas atros.
Illum Scylla rapax canibus succincta Molossis,
Aetnaeusque Cyclops: illum metuenda Charybdis,
Pallen-

319 ERIPERET REDITVS] Homericum: νόστιμον ἦμαρ ἀπηύρα. Hic corruptae sunt veteres editiones.

321 HOC ERAT AEACIDES] O immanem licentiam βιβλιοστρεβλῶν istorum! ut ista nobis mutarunt, ut ne Virgilius quidem ipse agnoscere possit. saltem veterem editionem nobis reliquissent, quae ita legit: *Hoc erat AEacides vultu laetatus honore: Dardaniaeque alter, fuso quod sanguine campis* etc. Ex quibus sane legimus, non ex animi nostri libidine, *Hic erat AEacides vultus elatus honore Alter, Dardanio fusis quod sanguine campis Hectoreo victor lustravit corpore Troiam.* Nam iste alter AEacides, est Achilles: alter de quo iam dixit, Aiax. Campis fusis sanguine est ὑπαλλαγὴ poetis frequentissima. Nam dicendum potius fuso sanguine campis.

324 RVRSVS ACERBA FREMIT PARIS HVNC QVOD LAEDAT] Repone lectionem manuscriptam. *Paris hunc quod letat. Letare* κτείνειν, θανατῶσαι.

325 ALMA DOLIS] Repone, *Alta dolis.* Allusum ad Epigramma, in quo virtus Aiacis conqueritur: θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, οὕνεκ' Ἀχαιοῖς ἁ δολόφρων ἀπάτα κρέσσον ἐμεῦ κέκριται.

326 HINC GERIT AVERSOS] Priores editiones habebant: *Hinc gerit eversos proles Laertia currus.* Quod quare mutemus? intelligo evertisse currus Rhesi, interfecto Rheso ipso. vel, si mavis aversos currus. *Avertit* enim, hoc est abegit ipsum currum cum equis, ut testatur auctor Tragoediae Rhesi (non enim est Euripides) his verbis: -- οἱ δ' ὄχημα πωλικὸν λαβόντες ἵππων ἵεσαν φυγῇ πόδα.

333 AM-

Pallentesque lacus, et squalida Tartara terrent.
Hic et Tantalei generis decus amplus Atrides
Assidet, Argivum lumen: quo flamma regente
Doris Erichthonias prostravit funditus arces.
Reddidit, heu, gravius poenas tibi Troia ruenti;
Hellespontiacis obiturus reddidit undis.
Illa vices hominum testata est copia quondam,
Ne quisquam propriae fortunae munere dives
Iret inevectus coelum super omne: propinquo
Fran-

333 AMPLVS ATRIDES] Placet *ἀρχαϊσμὸς* veterum editionum, Atrida.

336 REDDIDIT HEV GRAVIVS] Miror istos tam securos haec praeteriisse, cum non intelligerent: aut ipsis melius hac cognita esse, quam nobis qui haec non intelligimus Non enim vacant maximo aliquo mendo. Sed puto non solum ipsi Correctoribus, sed et aliis ita facile intelligi posse, si hoc modo legantur: *Heu reditus Graium poenas tibi, Troia, ruenti Hellespontiacis obiturus reddidit undis* -- reditus obiturus *ὁμηρικῶς*. -- *ἀπώλετο νόστιμον ἦμαρ*. Reduces Graii perituri in undis reddiderunt tibi poenas. Subiicit enim: *Illa vices hominum testata est copia quondam* etc. Et ita Propertius lib. IIII. -- *tu diruta fletum Supprime, et Euboicos respice, Troia, sinus.* Sed sine dubio de Achille haec dicta sunt -- quare hinc eiiciendi sunt duo hi versus, et in superiora reiiciendi, hoc est in suas pristinas sedes postliminio revocandi. *Hic erat Æacides vultus elatus honore Alter, Dardanio fusis quod sanguine campis Hectoreo victor lustravit corpore Troiam. Reddidit heu gravius poenas tibi, Troia, ruenti Reddidit, Hellespontiacas obiturus ad undas.* Nihil clarius hac lectione. Nam ad Hellespontium litus sepultus est. Graeci vero non in Hellesponto, sed ad Caphareos scopulos, hoc est in mari Euboico naufragium fecerunt. obiturus in futuro dicit, quia de ipso adhuc raptante Hectorem loquitur. Ruentem Troiam vocat, quae Hectore peremto facilior caput erat. -- et ademptus Hector *Tradidit fessis leviora tolli Pergama Graiis.* Ait Higenus, quum Hectorem raptaret, Achillem exclamasse: *expugnavi Troiam.*

338 ILLA VICES HOMINVM] Enumeratis sigillatim Heroibus, nunc in genere eorum naufragium narrat: et hic incipit narratio. Locus autem hic ita legitur in membrana excerptorum: *Illa vices hominum testata est copia quondam. Cur aliquis propriae fortunae munere dives Tendit inevectus caelum super?* Vt nullam satis malam crucem istis Correctoribus imprecari possim, qui ita, ut in vulgatis hodie legitur, mutarunt.

Frangitur invidiae telo decus. Ibat in altum
Vis Argoa petens patriam, ditataque praeda
Arcis Erichthoniae: comes huic erat aura secunda
Per placidum cursu pelagus: Nereis ad undas
Signa dabat, pars inflexis super acta carinis:
Cum seu coelesti fato, seu sideris ortu
Vndique mutatur coeli nitor, omnia ventis,
Omnia turbinibus sunt anxia. Iam maris unda
Sideribus certat consurgere: iamque superne
Corruere et Sol iis, et sidera cuncta minantur.
At venit in terras coeli fragor. Hoc modo laeta
Copia nunc miseris circumdatur anxia fatis,
Inmoriturque super fluctus, et saxa Capharei,
Euboicas et per cautes Haereaque late
Litora:

342 VIS ARGOA] Miror hoc hominum genus, qui omnia mutare solent, adeo caecos fuisse, ut dispicere non potuerint, quid intersit inter ἀργῷα, et ἀργεια. Nam Argoa ab Argo navi: illud ab Argivis. Quare legendum esset *Argiva.* Sed veteres editiones admonent aliam fore lectionem, si earum corrupta vestigia sequamur. Habent enim: *Vis repetens Argo patriam.* -- *ut malim* sane: *Vis repetens Argos patrium.* -- Vis, Copia, ut infra.

343 COMES HVIC ERAT] Comes aura, πόμπιμος οὖρος, πομπὸς ἀήτης. Quem ita describit Varro κοσμοτορύνῃ hac Coronide anapaestica: *Detis habenas animae leni, Dum ventus vos flamine sudo Suavem ad patriam perducat.* aliter λαμπρὸς ἀήτης. Candidus. Petronius: *Nequitiae classes candida vela ferunt.*

344 NEREIS AD VNDAS] Puto legendum -- *Nereides undis Signa dabant* -- Nam de pluribus omnino loqui necesse est, cum subiungat -- *Pars inflexis super acta carinis.* Deinde nescio quid ὑποβάρβαρον ἐν λέξει esset. Et quare unam potius Nereidem assignasset?

345 PARS INFLEXIS] Fortasse -- *pars inflexis subit acta carinis:* ut intelligat partem praeire, partem subire oneri, hoc est, navi; quod Graeci ἀνέχειν dicunt.

348 VNDA SIDERIBVS CERTAT CONSVRGERE] Virgilius *Sidera verberat unda.* L.

351 HIC MODO LAETVM] Quare laeta in laetum mutarunt, cum et sententia, et veteres editiones refragentur? Copiam vocat exercitum, ut supra: *Illa vices hominum testata est copia quondam.* Varro III. rerum humanarum: in tres partes divisa copia in populos XII. Salentini dicti, quod in salo amicitiam fecerint. Citat Probus VI. Bucolico Virgilii.

354 HERAEAQVE LATE] De Heraeis litoribus, ad quae perierit

Litora: cum Phrygiae passim vaga praeda peremtae
Fluctuat omnis in aequoreo iam naufraga tractu.
Hic alii sidunt pariles virtutis honore
Heroës, mediisque siti sunt sedibus omnes.
Omnis Roma decus magni quos suscipit orbis.
Hic Fabii, Deciique: hic est et Horatia virtus:
Hic et fama vetus nunquam moritura Camilli:
Curtius et, mediis quem quondam sedibus urbis
Devo-

perierit Aiax Oilei, adhuc nihil legi. sed neque extare in literis puto. Si enim, qui correxit hóc, is sequutus est vestigia priscae lectionis, vereor, ne *Gyraea* legendum sit. γυραῖαι enim πέτραι dicuntur, ad quas periit ille, quas γυρὰς Homerus vocat. In commentariis in Lycophronem Γυραῖαι δὲ κυρίως ἐλέγοντο αἱ πέτραι, ἐν αἷς ὁ Αἴας ἀπώλετο. In obsoletis editionibus, ut et in membranis, plane expressum est Caeica, valde diversa lectione. an in membranis scriptum fuit *aecea*, pro *aegea*? ut *subicitare* pro *subigitare*: *inicere*, pro *inigere*: *indices*, pro *indiges*? Nam Ægea litora legendum esse etiam Euripides docet in Ione: -- πέτραις καφηρείαις ἐμβαλών, αἰγῆτε.

355 PRAEDA PEREMPTA] Ineptissima sane lectio. At veteres editiones recte, *praeda peracta*, id est penitus aversa, et convectata: ut sidus peractum, confectum

356 FLVCTVAT OMNIS IN AEQVOREO IAM NAVFRAGA TRACTV] Pro *tractu* membrana Contii habet *luctu*. Lego *fluctu* -- Sed et totus versus in ea ita conceptus erat: *Fluctuat omnis in aequoreo naufraga luctu.* Fortasse *Fluctuat omnis in aequoreo naufraga fluctu.* Vt -- Naufragum Scylacaeum.

359 OMNIS ROMA DECVS] Versus, qui ab hoc nonus est, huc reiiciendus est: *Iure igitur tali sedes pietatis Honore est.* vetus editio ita habet: *Iure igitur tali s. p. Honores*, Ex quo nostrum correximus.

361 MORITVRA CAMILLI] Missas fac Correctorum nugas, et cum priscis editionibus legito: *Hic et fama vetus nunquam moritura per aeuum Curtius, e mediis quem quondam sedibus urbis Devotum bellis consumpsit gurges inundans.* Ad verbum, καὶ μῦθος παλαιὸς ὁ κύριτιος. Non enim dubium, quin ea vera sit lectio. Nam famam veterem, seu Historiam vocat Curtium, quod et incertum tempus eius historiae, et incerta, ac varia de eo tradebantur. Quod cognosces ex Varrone. Est autem Graecismus, ut indicavi, Curtius fama vetus. Similiter loquutus est: *Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.* vide Servium. At quur omisit Camillum omnium optime de patria meritum? Atqui Romulum, et Numam, qui

 priores

Devotum bellis consumsit gurgitis haustus:
Mucius et prudens, ardorem corpore passus,
Legitime cessit cui fracta potentia Regis.
Hic Curius clarae socius virtutis, et ille
Flaminius, devota dedit qui corpora flammae.
Iure igitur talis sedes pietatis honorat.
Illic Scipiadaeque duces: devota triumphis
Moenia quos rapidos Libycae Carthaginis horrent.
Illi laude sua vigeant: ego Ditis opacos
Cogor adire lacus, viduos a lumine Phoebi,
Et vastum Phlegethonta pati: quo maxima Minos
Conscelerata pia discernit vincula sede.
Ergo iam caussam mortis me dicere vinctae

Verbe-

priores ordine, et memoria erant, pariter omisit.

363 GVRGITIS HAVSTVS] Illae veteres editiones, et membranae: *gurges in unda.* Nos *gurges inundans.* Nam ex iis variis opinionibus de morte Curtii, sunt et quae dicant, inundatione, dum ad hostes penetrare vult, et paludem traiicere, absorptum, vide Varronem, et quae in illum annotavimus olim: item Dionysium. Inde Curtilacus vocatus est locus ille. Dicebant enim quidam subito stagnasse locum, et ubi in undam coniecisset se Curtius, postea exiccatum gurgitem fuisse.

365 LEGITIME CESSIT] Legitimum Regem vocat Porsenam. Scriba enim, qui pro Rege interfectus fuit, non erat legitimus Rex, sed ψευδοτυράννας.

367 DEVOTA DEDIT QVI] Coniecit enim se tanquam in flammam, et ut Cicero loquitur, tanquam, in pestem ob oculos positam, cum conflixit cum Annibale, et equo devolutus interfectus est. Aucupatur autem argutiam ex allusione nominis, *Flaminius*, *flamis.*

374 CONSCELERATA PIA] Sane nihil muto. Non tacebo tamen, quid de hoc loco sentiam. Videtur enim melius, et commodius legi posse: *Cognita discernit scelerata piacula sede.* Nam ex *cognita scelerata* videntur fecisse *Conscelerata.* Ex *piacula* autem *pia vincula.* deinde eo ordine disposuisse, quo hodie leguntur, ut versui consuleretur. Discernit ergo piacula, et reos sedibus. hoc est, pro ratione criminum eis suas sedes assignat: ut etiam legimus VI. Æneid. lacus viduos à lumine, ἡλιοστερεῖς Sophocli.

375 ERGO IAM CAVSSAM] Valeant Correctorum deliramenta. Tu, si verum amas, veterem lectionem, quae in antiquitus excusis et membrana

legitur,

Verberibus saevo cogunt ab iudice poenae:
Cum mihi tu sis caussa mali, nec conscius adsis,
Nec tolerabilibus curis haec inmemor audis:
Quae tamen, ut vanis dimittens omnia ventis,
Digredior nunquam rediturus: tu cole fontis,

Et

legitur, potius sequere: *Ergo quam caussam mortis, quam dicere vitae Verberibus saevae cogunt sub iudice Poenae, Cum mihi tu sis caussa mali, nec conscius adsis? Sed tolerabilibus curis haec immemor audis?* Nam quid magis perspicuum hac lectione? quam caussam mortis, quam vitae ex Dialogis νεκρῶν Luciani hac cognosces. Nam ibi Charon et de vitae, et de mortis genere interrogat.

378 SED TOLERABILIS] Importune nuper depravarunt, *Nec tolerabilibus.* intolerabiles ipsi sane -- *Tolerabilis* hic est ἀνεξίκακος. Columella lib. VII. Quoniam saepe frigorum atque hiemis saevitia pastorem decipit, et eas oves interimit, quas ille tempore Avtumni ratus adhuc esse tolerabiles, non summoverat. Nam ibi *tolerabiles* sunt tolerantes, hiemis. Ita intolerabilis Afranio, Privigno: -- *quod si fecissem paulo saepius Didicisses ferre, et non esse intolerabilis.* οὐκ ἂν δυσανασχετοίη. locus ille in Heautontimorumeno parum vulgo intelligitur: -- *nam parentum iniuriae Vniusmodi sunt ferme paulo qui est homo tolerabilis, Scortari crebro nolunt -- Nam etiam,* inquit, *si quis inter patres patientissimus, et filiorum ingeniis aequissimus est, tamen crebro illos scortari nolit* etc. Hic ergo, tolerabilibus curis audis, est Graecorum ἀνεξικάκως ἔχεις περὶ ταῦτα. Dictum autem ad exemplum Graecorum. Nam Homerus dixit eadem mente τλητὸν, τλητὸν θυμόν. Τλητὸν γὰρ θυμὸν μοῖραι θέσαν ἀνθρώποισι. sic μενετοὺς θεοὺς pro ἀνεξικάκους Aristophanes dixit. Cum tamen μενετὸς, et tolerabilis, et τλητὸς patiendi notionem habeant, non agendi. Non absimili forma Naevius Alcestide, intolerantibus curis dixit.

379 QVAE TAMEN VT VANIS] Iam errorem errore, vel potius scelus scelere cumularunt, qui haec mutarunt. Vetus editio: *Et tamen in vanis demittes somnia ventis.* Ego non solum amplector hanc lectionem, quanquam nonnullis maculis aspersam: sed et versum, qui hinc distractus fuit, ea duce, in suas sedes repono. Lego igitur: *Tu tamen in vanos dimittes somnia ventos, Et mea diffusas rapientur dicta per auras.* Nam quaecunque Culex pastori dicit dormienti et in somnis dicit. quae qui non animadverterunt, veram, et genuinam vocem immutarunt.

380 DIGREDIOR] Iam tempus est versus iam longo intervallo hinc vi pulsos, de quibus supra monuimus, in suas sedes reponere: *Tu tamen in vanos dimittes somnia ventos, Et mea diffusas rapientur dicta per auras.*

Et viridis nemorum silvas, et pascua laetus:
Et mea diffusas rapiantur dicta per auras.
Dixit: et extrema tristis cum voce recessit.
Hunc ubi sollicitum dimisit inertia vitae,
Interius graviter mentem aeger: nec tulit ultra
Sensibus infusum Culicis de morte dolorem,
Quantumcumque sibi vires tribuere seniles,
Quis tamen infestum pugnans devicerat hostem:
Rivum propter aquae viridi sub fronde latentem,
Conformare locum capit inpiger: hunc et in orbem
Destinat, ac ferri capulum repetivit in usum,
Gramineam ut viridi foderet de cespite terram.
Iam memor inceptum peragens sibi cura laborem
Congestum cumulavit opus, atque aggere multo
Telluris tumulus formatum crevit in orbem:

Quem

ras. *Eheu mutandus nunquam labor! auferor ultra In diversa magis, distantia limine certo. Elysiam tranandus agor delatus ad undam. Digredior nunquam rediturus. tu cole fontes, Et virides nemorum silvas, et pascua laetus. Dixit: et extrema* etc. Piget me has correctiones aut venditare, aut commendare, quasi excellentissimorum virorum ingeniis, aut iudiciis diffidam. Ipsi considerent, et videbunt non tam meam diligentiam, quam aliorum negligentiam: qui cum omnia suspecta haberent, haec interim silentio praetermiserunt.

Ibid. DISTANTIA LIMINA CERNO] Lego *distantia limine certo*. inde enim nunquam exitur amplius.

385 MENTEM AEGER] Omnino legendum, *mentem aegret*. A quo etiam aegrescere. Alioqui valde confusa erat huius loci sententia. Sed alio nos revocat scripta lectio, Interius graviter rege mentem: quae proba est, et tenor sententiae continuatur usque ad Conformare locum capit impiger.

390 CONFORMARE LOCVM] Capit conformare locum. Ita supra locutus est: -- *Et infessos requiem dare comparat artus.* Nam ibi eodem modo comparat dare, ut hic, capit conformare. *Capere* vero verbum Augurum, cum locum eligebant ad effandos fines templorum. Sic *captus* Augur, *captus* iudex, *captus* arbiter. Grammatici etiam veteres nugantur, qui haec verba DE VESTALI CAPIENDA putant dicta ex more, et superstitione veteri: quod quae primum Vestalis facta, capta sit in bello.

395 TELLVRIS TVMVLVS FORMATVM CREVIT IN

Quem circum lapidem levi de marmore formans
Conferit assiduae curae memor. Hic et acanthus,
Et rosa purpureo crescit rubicunda colore,
Et violae omne genus: hic est et Spartica myrtus,
Atque hyacinthus: et hic Cilici crocus editus arvo,
Laurus item Phoebi surgens decus: hic rhodo-
Liliaque, et roris non avia cura marini, [daphne,)
Herba-

IN ORBEM] Nobilissimus doctissimusque iuvenis Ianus Douza legendum putat cumulus. L.

396 QVEM CIRCVM] Puto: *Quem circum lapidum laevi de marmore formas Conferit* etc. Formas lapidum.

397 CONSERIT] κυριολογία. Nam crustas marmorum quas vocat formas, eas intelligit, quas aliter ἐμβλήματα, a conferendo dicunt.

399 ET VIOLAE OMNE GENVS] Vel dictum ἴων πᾶν γένος, vel ἴα παντοῖα. ut Ausonius: *Et duplici defensa putamine quinquegenus Nux.* Omne genus autem dixit, quia plura earum genera. Plinius libro XXI, Nicander vero in Georgicis duo tantum, quod miror. Ex eo optimos et luculentissimos hos versus proferemus ita, ut olim a nobis correcti sunt: ἀλλὰ τὰ μὲν σπείροις, τὰ δὲ καὶ ὡραῖα φυτεύοις ἄνθη Ιαονίηθε. γένη γε μὲν Ἰάσι δισσά, ὠχρόν τε, χρυσῶπε φυὴν εἰς ὦπα ἰδέσθαι τεῦται Ιονιάδες, Νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ιωνι. πισαίοις ποθέσασαι ἐνὶ κλήροισιν ὄρεξαν. ἤνυσε γὰρ χλεῦνιν μετὰ δ' ἐσσύμενος σκυλάκεσσιν ἀλφειῷ κατὰ λῦθρον, ἑῶν ἐπλύνατο γυίων, ἑσπέριος νύμφαισιν Ιαονίδεσσι νυχεύσων.

Ibid. SPARTICA MYRTVS] τὸ Spartica νοθίζει. Non enim Sparticus a Sparta, sed Spartanus. An, legendum Astartica, hoc est Venerea? Astarte enim Venus. An, de quo non dubito, Parhica? Sane id confirmabimus ex Athenaeo lib. XV. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τετάρτῳ παρθικῶν ἄνθος τι ἀναγράφει καλούμενον φιλάδελφον κατὰ τὴν παρθικὴν χώραν. περὶ οὗ τάδε φησί, καὶ μυρσίνης γένη ποικίλα, μίλαξ τε, καὶ τὸ καλούμενον φιλάδελφον. In his verbis habes μυρσίνην παρθικήν. Tamen Theophrastus in libris ἱστορίας φυτῶν, aliquem agrum sparticum Achaiae facit, περὶ τὴν σπαρτικὴν τῆς ἀχαΐας. Sed haec *incerta sunt*.

400 CILICI CROCVS] Placet veterum editionum ἀρχαϊσμὸς *Cilice*, non *Cilici*.

402 ET RORIS NON AVIA] Haec lectio interpolata ex quibusdam veteribus editionibus, *novania*. Aliae vetustiores habent *Nonacria*. Puto, *Nonacria tura*: -- *et Rores*, *Nonacria tura*, *marini*. ut apud Nonacrios Arcadiae gentem vicem turis praestitisse intelligatur.

Herbaque thuris opes priscis imitata Sabina,
Chrysanthusque, ederaeque nitor, pallente corymbo,
Et Bocchus Libyae Regis memor: hic amaranthus,
Buphthalmusque virens, et semper florida pinus:
Non illinc Narcissus abest: cui gloria formae

Igne

tur. Sane propterea, λιβανωτὶς dicta, quia τῇ ὀσμῇ λιβανοτίζει. Et quemadmodum herba Sabina priscis Romanis pro ture adolebatur, ita etiam iustius videatur ἡ λιβανωτὶς in usu turis fuisse. Eodem modo supra dixit. -- *illi Panchaia tura, Floribus agrestes herbae variantibus adsunt.* Cui, inquit, pro ture, aut vice turis sunt herbae odoriferae. an legendum non *annua cura.* Nam non colitur quotannis, ut vitis: sed ramo depacto sponte inolescit.

403 HERBAQVE TVRIS OPES PRISCIS IMITATA SABINIS] Lege ex prisca membrana, Sabina.

404 CHRYSANTVS] Lege *Chrysanthes.* Ita Nicander Georgicis: Πολλάκι θ' ἕλικα καλά, τότε χρυσανθὲς ἀμέργων.

Ibid. EDERAEQVE NITOR] Vt Vitruvius: *Neque olei nitorem, neque vitium fructum habere potuissemus.* Poëtica sunt, τὸ πῖαρ, τὸ λίπος, τὸ γάνος. Sed et *ederae nitor* ita videri possit dictum, ut apud Theocritum ῥόδα ἀγλαΐα: ἀγλαΐην πυρσοῖο ῥόδα χήρεσσι λέγουσα.

405 ET BOCCVS] ἐπώνυμον Βόκκω. Sed quid sit, quaeramus.

406 BVPHTHALMVSQVE] Nicander in Georgicis ex correctione nostra: ἢ γὰρ καὶ λεπτοὶ πτέριδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες, λευκοΐα τε ἀμένην' ἐν καὶ κρόκος εἴαρι μύων κύπρος τε, σισύμβριον, ὅσσα τε χ' οἷα ἄσπορ' ἰαμναίοισι πότοις ἀνεθρέψατο λειμὼν κάλλεα, βουφθαλμόν τε, καὶ εὐῶδες διὸς ἄνθος. Veteres excusi et membranae mendose, meo iudicio, omnes habent *Bumastus.* Si autem vera est, quaeramus quid sit *Bumastos.*

Ibid. ET SEMPER FLORIDA] Iniuriose nimis mutarunt hunc locum, ubi antea legebatur -- *semper florida pinus:* quum Picris etymo suo satis ostendat, inter hos delicatissimos flores locum se habere non posse. At pinus non est arbor, quod putavit Corrector: sed χαμαίπιτυς. Eam inter flores Columella ponit -- Quin si quando nos eam legimus, ea, ac suavissimo quovis alio flore laetamur. Apollodorus inter στεφανωματικὰ ponit. Athenaeus, Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τῷ περὶ θηρίων φησὶ, χαμαίπιτυν. οἱ δὲ ἰωνιὰν, οἱ δὲ κατ' Εὔβοιαν, σιδηρῖτιν. Non aliam intellexit Poëta noster IIII. Georg. *Ipse thymum, pinosque ferens de montibus altis.* Post: -- *illi tiliae, atque uberrima pinus.* Qui enim putaverit ibi de arbore pinu intelligendum, toto caelo eum errare necesse est.

411 ELO-

Igne Cupidineo proprios exarſit in artus,
Et quoſcumque novant vernantia tempora flores.
His tumulus ſuper inſeritur: tum fronte locatur
Elogium, tacita format quod litera voce:

Parve

411. ELOGIVM] *Elogium* proprie, quod Gallice *Blaſon* dicimus. quod tam in bonam, quam in malam partem accipiendum. Plautus Mercatore: *Meae fores impleantur elogiorum carbonibus.* Multi putant Graecum eſſe: priusque dictum ἐκλόγιον. Ego vero contra putem, quemadmodum pleriſque nominibus Graecis Latini praepoſitiones ſuas anteponebant: ita etiam elogium ex Graeca voce, et Latina praepoſitione conflatum: ut in prologo et prologio, et antelogio videmus factum: quae qui mere Graeca dixerit, is magnas nugas egerit. Sic Pronus primam producit. Nam compoſitio eſt Latina: origo Graeca. In antiqua enim lingua fuit πρωνὸς παρὰ τὸ πρωνεύειν Ex quo manſit tantum in uſu πρωνωπής. Sic etiam Propola ex Graeco πωλεῖν. Sed praepoſitio Latina eſt, ut Prologus: producitur enim. quod non eſſet, ſi Graeca eſt. Si enim eſſet προπώλης, non eſt, προξενητὴς, et Pararius Senecae, ut nonnulli annotant ex Polluce: neque primam produceret, neque eam ſignificationem haberet, quam nunc. Dictus enim, quod primus vendat merces: quas in portu primus anticipat: et ut Perſius ait *primus tollit piper a ſitiente camelo, ut prior vendat.* quod manifeſto innuit Lucillius: *Sicuti quum ficus primus propola recentes Attulit, et precio ingenti dat primitu' paucos.* Nam quominus credam doctiſſimo viro, qui cenſet propalam, non propolam dicendum, facit, quod ea non eſt ſcriptura Etymologiae, ſed pravae librariorum conſuetudinis. Si enim, quod unus aut alter propola ſcripſerit, verum eſſet, eam rectam eſſe ſcripturam: quid ni et ego quoque contenderem propula dicendum eſſe, qui in optimo Gloſſario ſcriptum invenerim, Propula, πωλεύς? Deinde quare multis partibus plures libri habent Propola, quam Propala? Quid cauſſae eſt, quur quae uſitatior ſcriptura, ea ut verior non ſit? Quare ego puto Propolam eſſe Graecum cum Latina praepoſitione: quae tamen idem valet quod Graeca πρό. Nam eadem eſt in πρόλογος, quae in Prologus. Sic Graeci Latina vocabula cum Graeca praepoſitione Latio abſtulerunt, et ſua fecerunt, ut ἐπιτόγιον. Sic Arabes addito articulo ſuo, Al, pleraque Graeca ad morem ſuum interpolarunt: ut liber Ptolemaei eſt Almageſte eſt enim ἡ μεγίστη πραγματεία, ſive σύνταξις. Sic Alchymia, χυμεία et Alchymiſta χυμιστής. Sic almanac Kalendarium: μανακὸς, a Luna et menſibus. unde circulus Lunaris apud Vitruvium μανακός. Sic Alembic, a Graeco ἄμβιξ, apud Dioſcoridem. Itaque, ut dixi, eo modo Propola. Ita et de Elogio. Nam

et

Parve Culex, pecudum custos, tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

et sunt, qui dictum putent, ut diximus, quasi ἐκλόγιον, hoc est, parvam Eclogam: quod omnia parva poematia, quae Graeci vocant εἰδύλλια, Eclogas dicerent. Itaque et Bucolica sua Virgilius, Horatius Epistolas, et Satyrarum poematia, Ausonius vero et opuscula sua Eclogas inscripserunt: quod nimirum brevia essent, ut quae excerpere solemus ex variis auctoribus in usum nostrum. Quod si verum erat, et, elogium hic, quasi Eclogium dixisset Virgilius: quare non et eodem modo, Elogas, nec Eclogas dixisset? Quare satis puto eorum opinionem confutasse, qui Elogium, quasi Eclogium dictum censent? Tamen non dubito, quin quod Graeci ἐλεγεῖον, id dictum fuerit antea elogium. Hoc est epigraphe distichos.

Ibid. TACITA QVOD FORMAT] Malo ex veteri editione, *firmat*. Nam litera est ad subsidium Elogii. est autem ὀξύμωρον *Tacita voce*. Catullus: *Nequicquam tacitum cubile clamat.*

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

CIRIS,*

AD MESSALLAM.

Etsi me vario iactatum laudis amore,
Irritaque expertum fallacis praemia vulgi,
Cecro-

*) Huius politissimi poematii auctorem esse Virgilium vel una ratio vicerit, versus crebro hic repetiti, qui passim in Aeneide, et in Georgicis, atque in Bucolicis leguntur. Quod si propterea Virgilii non est, ut dicebat amicus noster, qui putabat Virgilium pleraque ex hoc poemate desumpsisse, et suis operibus inservisse: at fidem fecerit unus versiculus, *Vt vidi, ut perii, ut me gravis abstulit error*. Negari enim non potest, quin eum ex Theocrito verterit Maro, qui omnium Romanorum primus Theocritum Latine expressit. Consequens ergo, ut illius versiculi auctor secundum alios quoque versus vindicias iure postulet. Scripsit autem hoc poema, cum Megaram se contulisset, motus memoria rei, quam locus ipse ei excitabat. Nam et Grammaticus is, qui eius vitam scripsit, id propemodum innuere videtur, quum scribit: *Quum Megaram vicinum Athenis oppidum visendi gratia peteret, languorem nactus est.* Ac sane videtur id supremum Virgilii opus fuisse, tum ex illius verbis Grammatici, qui ait *postea languorem nactum fuisse:* tum ex ipso Virgilio canente: *In quo iure meas utinam requiescere Musas, Et leviter blandum liceat deponere morem.* Principio statim poematis innuit se studiis irretitum philosophiae, ac in hortulo Sophiae, quae est Epicuri schola, considentem, non posse Poeticae, ut antea, operam dare. Profectus enim erat Athenas, ut philosophiam Epicuri perdisceret, cuius gustum a Scirone tantum, ut nonnulli volunt, ego etiam a Catio Insubro accepisse puto: cum dicat idem Grammaticus Mediolani studuisse, quod erat natale solum Catio Epicureo. Ac sane ea gratia ipsemet petiisse Athenas hoc Epigrammatio profitetur: *Ite hinc inanes Rhetorum manipli, Ite hinc etc. Nos ad beatos vela mittimus portus, Magni petentes docta dicta Scironis, Vitamque ab omni vindicavimus cura.* Quin etiam eo anno videtur Athenas ingressus, qui in Quinquatria Minervae inciderat:

Cecropius suavis exspirans hortulus auras
Florentis viridi sophiae complectitur umbra:
Num mea quaeret eo dignum sibi quaerere carmen?
Longe aliud studium, atque alios accincta labores,
Altius

rat: ut inde videatur nactus occasionem peplum Minervae describendi, qui Panathenaicis in pompa ferebatur. Dedicat vero Val. Messalae, viro domi militiaeque claro: qui Augustum secutus fuerat in Orientem: cui reduci occurrit Megaris ipse Virgilius, ut scribitur in eius vita his verbis: Anno quinquagesimo secundo, ut ultimam manum Aeneidi imponeret, statuit in Graeciam et Asiam secedere, trienmioque continuo operam limationi dare, ut in reliqua vita tantum philosophiae vacaret. Sed quum aggressus iter Athenis occurrisset Augusto ab Oriente Romam revertenti, una cum Caesare redire statuit, etc. Est autem prorsus cultissimum poematium, et quod nulli Latinorum neque nitore, neque elegantia cedat: atque adeo quod venustate sua merebat, ut minus ad nos depravatum veniret. Non enim dici potest, quot mendis deformatum vix possit elegantiae suae dignitatem sustinere. In eo vero nihil omnino vidisse Chalderinum, apparet: qui praeter multa futiliter, oscitanter, otiose dicta, tandem nobili inepta errores suos cumulavit, cum cirim interpretatus sit praeconium. Os hominis! Inter κείρειν et κήρυκα nihil interesse putavit. Sed de his satis.

1 ET SI ME VARIO] Totum hoc prooemium perturbatum est. Apponam ita, ut et legendum, et distinguendum censeo. *Et si me vario iactatum laudis amore, Irritaque expertum fallacis praemia volgi, Cecropius suaves expirans hortulus auras, Florentis Sophiae viridi complectitur umbra, Nec mea quit Erato dignum se quaerere carmen: (Longe aliud studium, atque alios accincta labores Altius ad magni subtendit sidera mundi, Et placitum paucis ausa est ascendere collem) Non tamen absistam coeptum detexere munus.* Nihil est lucidius, nihil expeditius hac lectione, quam posuimus.

3 EXPIRANS HORTVLVS] Apollodorus apud Diogenem ait hortum Epicuri emptum fuisse ὀγδοήκοντα μνῶν. De eo Papinius: .. *cultoque senex Gargettius horto.* Innuit ergo se Epicuri Philosophiae operam dare.

5 NVM MEA QVAERET EO] Restituimus, *Nec mea quit Erato*, levi traiectione literarum. Nec te moverit ratio syllabae in Quit. Quam saepe enim hoc commisserint Poetae, ostendere possem, nisi scirem in re nota turpe esse abuti otio suo. Quin potius superstitio syllabae in caussa fuit ignaris hominibus, lectionem priscam expungendi.

Altius ad magni ſuſpendit ſidera mundi,
Et placitum paucis auſa eſt aſcendere collem.
Non tamen abſiſtam coeptum detexere munus:
In quo iure meas utinam requieſcere Muſas,
Et leviter blandum liceat deponere morem.
Quod ſi mirificum proferre valent genus omnes
Mirificum ſaecli, modo ſit tibi velle libido;
Si me iam ſumma ſapientia pangeret arce,
Quatuor antiquis quae haeredibus eſt data conſors,
Vnde hominum errores longe, lateque per orbem
Deſpi-

7 ALTIVS AD MAGNI] Pro *ſuſpendit* lego *ſubtendit*, hoc eſt, ut alibi dicit, affectat viam Olympo. *Subtendit*, *ſurſum tendit*. ut, *ſubiicit*, *ſurſum iacit*. *Quantum vere novo viridis ſe ſubiicit alnus*. Lucillius. *Vt veles bonu', ſub vitem qui ſumicit baſtas*. *Sumicit*, pro *ſubiicit*, ἀρχαϊκῶς.

Ibid. ASCENDERE COLLEM] Propter illud — καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν. Nam Philoſophiam ſuam Epicurei ſolam virtutem putabant, eamque caeleſtem ſcientiam vocabant. Ad quod plane alluſit Lucretius de Epicuro loquens: *Qui primus caelo eſt | oculos attollere contra Auſus* hoc eſt, quod ait poeta Graecus apud Galenum: ἀνταυγεῖν πρὸς ὄλυμπον ἀταρβήτοισι προσώπαις, Propterea dixit Virgilius hic: *Altius ad magni ſubtendit ſidera mundi*. Nam et Epicurus ipſe librum, in quo praecepta ſua deſcripſerat, vocavit διοπετῆ, vel potius eius ſectatores.

8 ET PLACITVM MVLTIS] Veteres omnes editiones habent, *et placitum paucis*, quae vera eſt lectio. paucis placuiſſe ait, quia deterriti ſunt difficultate aditus cum ſit ὄρθιος οἶμος.

12 QVOD SI MIRIFICVM] Omnino et obſcura et inepta lectio. Subolet ex prioribus excuſis, qui hunc verſum mutilum habent, legendum eſſe: *Quod ſi Maiorum, Valeri, genus omne tuorum Mirifice ſeclis modo ſit proferre libido*: etc. Si eſſet mihi libido mandare ſeclis, et memoriae aeternae genus Valeriorum, ex quo Meſſalarum familia: non ego te acciperem hoc munere, ſed longe excellentiore carmine. Mihi videtur omnino hoc voluiſſe Virgilium. Quanquam non ſatis confido coniecturae meae: tamen ſpero minimum me abeſſe a vera lectione.

14 PANGERET ARCE] *Arcem* dixit, ut ſupra *collem*. Quatuor heredes ſunt Plato, Ariſtoteles, Zenon, Epicurus. Ideo de re non admodum obſcura memini, ne cuipiam rudiori imponeret Domitius.

16 VNDE HOMINVM ERRORES] Videtur ſumtum ex Lucretii lib. II. *Sed nil dulcius eſt, bene quam munita tenere. Edita* *doctri-*

Despicere, atque humilis possem contemnere curas:
Non ego te talem venerarer munere tali:
Non equidem: quamvis interdum ludere nobis,
Et gracilem molli liceat pede claudere versum.
Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo,
Qualis

doctrina sapientum templa serena, Despicere unde queas alios, passimque videre Errare, atque viam palanteis quaerere vitae. Quo etiam Claudianus allusit in Panegyr. Mallii: — *Ex alta mortalia despicit arce.* L.

21 PEPLO] Quod peplum Minervae ferretur in Panathenaicis, pleni sunt Graecorum commentarii. Sed et Plautus Mercatore meminit: *Neque nisi quinto quoque anno posse invisere Vrbem: atque extemplo inde, ut spectavisset peplom Rus rursum confestim exigi solitum a patre.* In eo, ut hic videmus, pingebantur acu, sive intexebantur Titanomachiae, et Minervae victoria in Titanas. Euripides: ἢ παλλάδος ἐν πόλει τᾶς καλλιδίφρου Ἀθάνας ζεύξομαι ἅρματι πάλους. Nimium ergo tribuerit Messalae Virgilius, qui peplo tali voluerit intexi gesta eius. Sed eo respexit, quia et strenuorum quoque Ducum Athenis gesta in peplo intexta templo Minervae imponebantur. Aristophanes ἱππεῦσι: εὐλογῆσαι βουλόμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τῆς γῆς ἄξιοι, καὶ τοῦ πέπλου. Quare et Aristoteles librum suum, quem de Heroum tumulis confecerat, *Peplum* vocavit. Eum nuper edidit doctus iuvenis Gul. Canterus, summa necessitudine mihi coniunctus.

21 PEPLO] Bene de hoc peplo Suidas: Πέπλος τὸ ἅρμενον τῆς παναθηναϊκῆς νεώς. ἣν, οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ διὰ τετραετηρίας, ἧς καὶ τὴν πομπὴν, διὰ τοῦ κεραμεικοῦ ἐποίουν μέχρι τοῦ ἐλευσινίου. πέπλον δὲ τοῦτο ἐκάλουν, διὰ τὸ ἐρεοῦν αὐτὸν εἶναι. ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν αὐτῷ ὁ ἐγκέλαδος ὃν ἀνεῖλεν ἡ Ἀθήνα. ἦν δὲ τῶν γιγάντων εἷς, ἢ ὅτι νικήσαντες οἱ Ἀθηναῖοι πέπλον ἐποίησαν τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ ἐνέγραψαν τοὺς ἀρίστους ἐν αὐτῷ. Id peplum Athenis, quinto quoque anno, hoc est, quarto completo, et quinto incipiente, circumferebatur, ut ex Plauti exemplo ab Illustrissimo Scaligero citato, et aliis scriptoribus patet. Et fallitur Lutatius, Statii vetus et doctus interpres, qui tertio quoque anno id factum putat. Cuius verba haec sunt: *Peplum est vestis candida, aureis clavis picta sine manicis, quod simulachris fiebat. Sed hoc peplum primum est ab Atheniensibus institutum, quod matronae suis manibus faciebant, et inter triennium numinibus offerebant.* Nisi quis inter quinquennium, legendum dicat; quasi non Lutatii error sit, sed exscriptorum, qui saepe nobis huiusmodi portenta monstra pepererunt; quod equidem crediderim. L.

Qualis Erichtheis olim portatur Athenis,
Debita cum castae solvuntur vota Minervae,
Tardave confecto redeunt Quinquennia lustro,
Cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
Et prono gravidum provexit pondere cursum.
Felix ille dies, felix et dicitur annus:
Felices, qui talem annum videre, diemque.
Ergo Palladiae texuntur in ordine pugnae:
Magna Giganteis ornantur pepla tropaeis:
Horrida sanguineo pinguntur praelia cocco.
Additur aurata deiectus cuspide Typho,
Qui prius Ossaeis consternens aethera saxis,
Emathio celsum duplicabat vertice Olympum.
Tale Deae velum sollemni in tempore portant:
Tali te vellem, iuvenum doctissime, ritu
Purpureos inter Soles, et candida Lunae
Sidera, caeruleis orbem pulsantia bigis,
Naturae rerum magnis intexere chartis:
Aeternum sophiae coniunctum carmine nomen
Nostra tuum senibus loqueretur pagina saeclis.
Sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes,
Nunc primum teneros firmamus robore nervos.
Haec tamen interea quae possumus, in quibus aevi
Prima rudimenta, et primos exegimus annos,
Accipe dona meo multum vigilata labore,
Et praemissa tuis non magna exordia rebus.
Inpia prodigiis ut quondam exterruit amplis
Scylla, novosque avium sublimis in aere coetus
Viderit: et tenui conscendens sidera penna
Caeruleis sua tecta supervolitaverit alis.

Hanc

48 VT QVONDAM EXTERRVIT AMPLIS] Hic ἀνακόλουθον est. et procul dubio aliquod magnum monstrum alit haec lectio. Lego: *Impia prodigiis ut quondam exercita amoris.* facile enim fuit ex o facere p, et ex r, l. prodigiis amoris, hoc est amore prodigioso. ἓν διὰ δυοῖν. Τερατωδῶς ἐκμανεῖσα.

 57 SCYL-

Hanc pro purpureo poenam ſcelerata capillo,
Proque patris ſolvens exciſa funditus urbe.
Complures illam, et magni, Meſſalla, poetae
(Nam verum fateamur: amat Polyhymnia verum)
Longe alia perhibent mutatam membra figura,
Scyllaeum monſtra in ſaxum converſa vocari:
Illam eſſe, aerumnis quam ſaepe legamus Vlyxi
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe ratis, et gurgite in alto
Deprenſos nautas canibus laceraſſe marinis.
Sed neque Maeoniae haec patiuntur credere chartae,
Nec malus iſtorum dubiis erroribus auctor.
Namque alias alii vulgo finxere puellas,
Quae Colophoniaco Scyllae dicuntur Homero.
Ipſi ſeu Lamiae mater ſit, ſive Crataeis,

Sive

57 SCYLLAEVM] *σκύλλαιον* ait vocatum a Graecis monſtrum in ſaxum converſum. Dicitur et *σκυλάκαιον*. -- navifragum Scylacaeum. *σκύλλον* autem, et *σκύλακα*; et *σκύμνον* eadem origine de canino genere dicebant. Vnde illum ſcopulum, quia latratus imitatur, *σκύλλαν* vocarunt.

63 NEC MALVS] Latet mendum *in malus*. niſi aliquem inſigniter ineptum *μυθολόγον* intelligi voluit. Ego putem legendum eſſe *Lamus*. Nae quum Laeſtrygonum rex fuerit, poteſt videri pater Scyllae.

66 IPSE CRATINEI] Sequemur veſtigia prodigioſae lectionis, *Sive Crataeis ei mater de ſemine Erechthei, Seu Lamie monſtro genuit grandaeva biformi*. Nam alii dicunt Crataein matrem Scyllae. Homerus *βωστρεῖν δὲ Κραταίιν μητέρα τῆς Σκύλλης, ἥ μιν τέκε πῆμα βροτοῖσι.* alii Perſean, alii Lamiam, alii Cretheida, alii Ecaten. Patrem vero pars Phorcyna monſtrum marinum, ut Acuſilaus. apud Scholiaſten Apollonii. *Ἀκουσίλαος Φόρκυνος, καὶ ἑκάτης τὴν Σκύλλαν λέγει.* Pars Crathin fluvium magnae Graeciae. auctor Martianus Capella. Biforme monſtrum, *διφυές*. eſt autem Phorcyn. Non me poenitet et eius lectionis, quam aliquando commentus ſum ita: *Sive Crataeis ei mater, ſive et Cretheis Sic illam monſtro genuit grandaeva biformi*. Qui vero alias, atque alias lectiones hic commenti ſunt, videntur mihi digna ipſa Scylla, hoc eſt, monſtroſa ſcribere. Mallem enim vulgatam lectionem tueri, quam ſic temere aliquid immutare. Nam etiam ſimpliciter per grandaevam poſſem intelligere Hecaten.

Sive illam monſtro genuit Perſaea biformi,
Sive eſt neutra parens: atque hoc in carmine toto
Inguinis eſt vitium, et Veneris deſcripta libido:
Sive etiam exactis ſpeciem mutata venenis
Infelix virgo: quid enim commiſerat illa?
Ipſe pater timidam ſaeva complexus arena
Coniugium carae violaverat Amphitrites:
Attamen exegit longo poſt tempore poenas:
Vt cum cura ſui veheretur coniugis alto,

Ipſa

caten. Plautus Ciſtellaria: *Nam ſi quidem ita eris, ut volo, nunquam aetate Hecata fies.* Alioqui ſi ex libidine noſtra potius, quam ex veterum ſcriptis aliquid mutandum eſſet, libentius legerem: *Seu Luna hanc monſtro genuit grandaeva biformi.* Vt videatur Luna hanc genuiſſe monſtro biformi, hoc eſt διφυῆ et biformem. Omnia monſtra ἔκνομα et praeter naturam aut conſuetudinem, veteres e Luna demiſſa putabant, ut Leonem Nemeaeum. Lunam enim terram alteram putabant. Epimenides: καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ σελάνας ἠϋκόμοιο, ἃ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσείσατο θῆρα λέοντα ἐν Νεμέαιν ἄγοισ' αὐτὸν διὰ πότνιαν ἥραν. Claudian. -- *Taurus medio nam ſidere Lunae Progenitus Dictaea Iovis poſſederat arva.* Idem de Dianae curru: -- *Currum ſubiere iugales, Quos decus eſſe Deae primi ſub limine Caeli Roſcida foecundis concepit Luna cavernis.* Haec opinio quamvis aſpernanda non eſt, tamen alii praeferenda mihi non videtur. Matrem enim Scyllae Lamiam fuiſſe auctor eſt Steſichorus.

69 INGVINIS EST] Quod a pube canis tota fuerit, hoc ſignificare eius immoderatam libidinem, qualis eſt in canibus, qui ἀναίδην coram omnibus coeunt. Itaque ſaepe κύων propterea Elena dicta. et Homero, et Lycophroni, ὅταν θρασεῖα θηρὰς οἰστρήσει κύων πρὸς λέκτρα.

70 EXACTIS SPECIEM] Exacta venena vocat, ut Medici ἀκριβῆ πυρετόν.

72 IPSE PATER] Neptunus. De qua re ita in Graecorum commentariis reperi: ἦν δὲ ὥς φασι, πρῶτον, ἡ Σκύλλα γυνὴ εὐπρεπής, ποσειδῶνι δὲ μιγεῖσα, ἀμφιτρίτης ζηλοτυπησάσης, καὶ φάρμακα ἐμβαλούσης τῇ πηγῇ, ἐφ' ᾗ εἰώθει λούεσθαι, ἀπεθηριώθη. Ovidius ait *mutatam venenis Circes:* ſed aliam cauſam aſſignat.

75 VT QVVM CVRA] Cura ſui coniugis: Scylla amaſia Neptuni. more Graecorum, qui dicunt τὸ ἐμὸν μέλημα. et in Diris: p. 60. *Dum mea iucundas exponet cura querelas.* Propertius: *Lynceu, tunc meam potuiſti tangere curam?* Sappho: ἵνα σε, τὸ ἐμὸν μέλημα, περιπτύξωμαι.

Ipſa trucem multo miſceret ſanguine pontum.
Seu vero, ut perhibent, forma cum vinceret omnis,
Et cupidos quaeſtu paſſim ſpoliaret amantes:
Piſcibus, et canibus rabidis vallata repente,
Horribiles circum vidit ſibi ſiſtere formas.
Heu quoties mirata novos expalluit artus!
Ipſa ſuos quoties heu pertimuit latratus!
Auſa quod eſt mulier numen fraudare Deorum,
Et dictam Veneri votorum vertere poenam:
Quam, mala multiplici iuvenum quod ſepta caterva
Dixerat, atque animo meretrix agitata ferarum,
Infamem tali merito rumore fuiſſe,
Docta Palaephatia teſtatur voce papyrus.
Quidquid, et ut quiſquis tali de clade locutus,
Omnia

84 VERTERE POENAM] Ποινὴν more Graecorum debitam mercedem. an quod noluit perſolvere decumas quaeſtus ſui, quas voverat Veneri? ſed tunc melius legeretur avertere. an, quod melius eſt, mercedem a iuvenibus accipiebat: iuvenes ipſos excludebat? Ovidius: *Hanc multi petiere proci. quibus illa repulſis Ad pelagi Nymphas, pelagi gratiſſima Nymphis Ibat, et eluſos iuvenum narrabat amores.*

86 ATQVE ANIMO MERETRIX IACTATA] *Animo ferarum iactata*: hoc eſt, plane θηριωδῶς ἐκμανεῖσα.

87 MERITORVM MORE FVISSE] Melius tu Cuiaci vir eruditiſſime *Infamem tali merito rumore fuiſſe* etc. Vulgaris vero lectio vult his verbis, *meritorum more*, id eſt, quod ita ſe in iuvenes geſſiſſet: quod ita de eis promerita eſſet. ita loquitur Attius Tereo: *Tereus indomito more, atque animo barbaro.*

88 PALAEPHATIA] Vetuſtiſſimus ſcriptor Palaphatus. Extant et hodie Palaephati cuiusdam μυθολογικά. Non tamen huius noſtri Palaephati eſſe puto. Hunc autem ſequuti videntur Apollodorus, et Diodorus Siculus. Fuit et χρησμολόγος τις eo nomine, ut cognoſcimus ex Chriſtodori in eum Elogio. δάφνῃ μὲν πλοκαμῖδα παλαίφατος ἔπρεπε μάντις τεψάμενος, δόκεε δὲ χέειν μαντώδεα φωνήν. Sane Palaephatus, qui ſcripſit μυθικὰ, Stoici nomine citatur a Grammaticis Graecis.

Ibid. PACHYNVS] Puto eſſe poema, ſeu opus μυθολογικὸν Palaephati. et veriſimile eſt in eo multa de Siciliae fabuloſis contineri: cum et *Pachynus* promontorium ſit Siciliae, et Scylla ipſa in Sicilia: et nihil cenſeo mutandum. Nam alioqui *Papyrus*, quod hodie pro *Pachynus* legitur, eſt Iani Parrhaſii

Omnia ſint: potius liceat noteſcere Cirin:
Atque unam ex multis Scyllam non eſſe puellis:
Quare et quae cantus meditanti mittere certos,
Magna mihi cupido tribuiſtis praemia, Divae
Pierides: quarum caſtos altaria poſtes
Munere ſaepe meo inficiunt, foribuſque hyacinthi
Deponunt flores: aut ſuave rubens narciſſus,
Aut crocus alterna coniungens lilia caltha,
Sparſaque liminibus floret roſa. Nunc age, Divae,
Praecipue noſtro nunc adſpirate labori:
Atque novum aeterno praetexite honore volumen.
Sunt Pandioniis vicinae ſedibus urbes,
Actaeos inter collis, et candida Theſei
Purpureis late ridentia litora conchis:
Quarum non ulli fama concedere digna
Stat Megara, Actaei quondam munita labore
Alcathoi

rhaſii commentum. Papyrus vero recte pro libro aut poematio, ut Catullo: Velim Caecilio *papyre* dicas.

90 OMNIA SINT POTIVS] Sic infra: *omnia vel potius, quam te laeſiſſe, putabo.* ἑλληνισμός. πάντα μᾶλλον, ἢ σὲ βλάπτειν οἰομένη.

91 ET SCYLLAM] Et Scyllam non eſſe μίαν ἐκ τῶν πολλῶν, ut loquuntur Graeci; hoc eſt, non eſſe ignobilem. quod ſaepe uſurpatur a Seneca, unus ex multis. Puto tamen genuinam lectionem eſſe: *Atque unam ex multis Scyllam noviſſe puellis.* Quod nihil aliud eſt, quam: *et noſſe Scyllam puellam.* Nam ita loquuntur Graeci. Theocritus in Epigrammatio: Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμμὶ συρακοσίων. hoc eſt, εἰμὶ συρακούσιος.

95 MVNERE SAEPE] Inficiunt, κνισσῶσι. κνισσᾶν ἀγυιὰς Poetis.

103 RIDENTIA LITTORA] Non temere dixit. Nam totus ille tractus maris conchis abundat: ut inde etiam lapis conchites adveheretur. Pauſan. μόνοις δὲ ἑλλήνων μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης λίθος ἐστι, καὶ σφίσι καὶ ἐν τῇ πόλει πεποίηται πολλὰ ἐξ αὐτοῦ. ἔστι δὲ ἄγαν λευκὸς, καὶ ἄλλου λίθου μαλακώτερος. κόγχοι δὲ αἱ θαλάσσιαι διὰ παντὸς ἔνεισιν οἱ etc.

105 ACTAEI QVONDAM MVNITA LABORE ALCATHOI, PHOEBIQVE] Theognis Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην, Ἀλκαθόῳ πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.

Alcathoi, Phoebique: Deus namque adfuit illi:
Vnde etiam citharae voces imitantur acutas:
Saepe lapis recrepat Cyllenia munera pulſus,
Et veterem ſonitu Phoebi teſtatur honorem.
Hanc urbem, ante alios, qui tum florebat in armis,
Fecerat infeſtam populator remige Minos:
Hoſpitio quo ſe Niſi Polyidos avito,

Carpa-

106 DEVS NANQVE ADFVIT ILLI] Pauſanias: *τότε δὲ αὐτῷ (Ἀλκαθόῳ) τειχίζοντι, ὥς φασιν οἱ μεγαρεῖς, συνειργάζεται γε Ἀπόλλων.*

108 SAEPE LAPIS] Ovidius: *Regia turris erat ſublimibus edita muris. In quibus auratam; proles Latonia fertur Depoſuiſſe lyram. ſaxo ſonus eius inhaeſit.* Pauſanias: *καὶ κιθάραν κατέθηκεν ἐπὶ τὸν λίθον. ἢν δὲ τύχῃ βαλών τις ψηφῖδι, κατὰ ταυτὰ οὗτός τε ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα.* Item Ovidius: *Saepe illuc ſolita eſt aſcendere filia Niſi, Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo.* Ibi vero petere eſt *βάλλειν*. *Malo me Galatea petit.* Item barbarus ſcriptor Martianus: *Megaris ſaxum ad ictum pulſus cuiuſcunque fidicinat.* Et Epigramma Graecum *Τόν με λίθον μέμνησο τὸν ἠχήεντα, παρέρπων Νισαίην. ὅτε γὰρ τύρσιν ἐτειχοδόμει Ἀλκαθόος, τότε Φοῖβος ἐπωμαδὸν ἦρε δοκαῖον Λᾶα, λυκωρείην ἐνθέμενος κιθάρην. Ἔνθεν ἐγὼ λυροκτύπος. ὑποκρούσας δέ με λεπτῇ Χειμάδι τοῦ κόμπου μαρτυρίην κόμισον.*

112 HOSPITIO QVE SENI] Hic additi ſunt tibicines ad fulciendum verſum hiantem. Sed fideliores ſane omnes antiquitus excuſi, qui habent: *Hoſpitioque ſenis hypolydoſa victo.* ut ſane magno nobis adiumento fuerit ad veram lectionem indagandam: *Hoſpitio qua ſe Niſus Pelopeus avito Carpathium fugiens, et flumina Curetea Texerat.* Videtur Virgilius ſentire, Niſum fretum opibus ſuis ultro bellum intuliſſe Minoi, *καὶ ἄρξασθαι χειρῶν ἀδίκων.* Quod ſane ſequentibus confirmatur: -- *hunc bello repetens Gortynius heros etc. repetens bello,* a quo laceſſitus fuerat prius. Itaque victus Niſus coactus eſt caſtra movere, et propere vela dare in Atticam. Quo circa dixit, *Carpathium fugiens, et flumina Curetea.* Hoc eſt, *Cretae flumina*, in quae prius venerat laceſſens bello Minoa.

Ibid. POLYDOSA] Mendoſe pro *Pelopeos.* Puto primum librarium ſcripſiſſe *Pelodeus:* unde poſtea illud monſtrum lectionis conflatum eſt. Pelopeum autem, niſi me fallit augurium meum, vocat, quia Megara condita fuit ab Alcathoo Pelopis filio. et quid impedit a Pelope genus ducere? Hominum fidem, quam nugaciter hic argutatur bonus Chalderinus. lege, et ridebis.

Ibid. VICTO] Iam monuimus ex *polydoſa victo*, legendum

Carpathium fugiens, et flumina Cerataea
Texerat. Hunc bello repetens Gortynius Heros
Attica Cretaea sternebat rura sagitta.
Sed neque tunc cives, neque tunc Rex ipse veretur
Infesto ad muros volitantis agmine turmas
Ducere, et indomita virtute retundere mentis:
Responsum quoniam satis est meminisse Deorum.
Nam capite a summo Regis, mirabile dictu,
Candida caesaries, florebant tempora lauro,
Et roseus medio fulgebat vertice crinis:

Cuius

dum -- *Pelopeus avito. Hospitium* autem *avitum* hoc est portio haereditaria Nisi, fuit Megara. Sophocles apud Strabonem: Πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς ἀκτὴν ἐμοὶ Πρεσβεῖα νείμας τῆσδε γῆς. τῷ δ' αὖ λύκῳ Τὸν αντίπλευρον κῆπον εὐβοίας νέμων. Νίσῳ δὲ τὴν ἀνόμαλον ἐξαιρεῖ χθόνα Σκείρωνος ἀκτῆς. τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον Ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων Εἴληχε πάλλας. - Qui versus hodie mendosi, et perturbati in vulgatis Strabonis codicibus circumferuntur.

113 CARPATHIVM] Regnum Minois, hoc est Creta insula, ab oriente Carpathium pelagus habebat. Eo autem tempore fere totius eius tractus Minos ἐθαλασσοκρατεῖ. Diodorus.

Ibid. ET FLVMINA CERATEA] Lego -- *et flumina Curetea* Graece ad verbum: καρπάθιον λείπων, καὶ νάματα κουρήτεια. Κουρήτη prius dicebatur, quae postea per syncopen Κρήτη. auctor Strabo. Domitius ait *Ceratum flumen prope Cnosson.* Id quidem ne nos quoque ignoramus. Sed scimus κέρατον scribi. Quare ita vitiosus, et debilis esset versus. Suspicor tamen, neque aliter mihi persuadere possim, Virgilium scripsisse: *Carpathium pelagus fugiens, et flumina Caeratea:* Nam ab Eustathio καίρατος ponitur tam fluminis, quam urbis in Creta.

118 INDOMITA VIRTVTE. R. M.] *Indomitas virtuter. mentes.* L.

121 CANDIDA CAESARIES] Veteres editiones habebant: *Candida caesaries florebant tempora lauro.* Ego lego: *Candida caesaries florebat tempore longo, Et roseus medio surgebat vertice crinis.*

122 FVLGEBAT] Repono ex antiquioribus, *surgebat*: ut apex enim extabant ii crines. infra: *Ecce repente velut patrios imitatus honores Purpuream concussit apex in vertice cristam.*

Ibid. ROSEVS FVLGEBAT VERTICE CRINIS] Hunc infra *Purpureum crinem* vocavit, quomodo et Statius silua IIII. lib. III. . *Hinc et purpurei cedat coma saucia Nisi.* L.

123 CV-

Cuius quam servata diu natura fuisset,
Tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum,
Concordes stabili firmarunt numine Parcae.
Ergo omnis caro residebat cura capillo:
Aurea sollemni comtum quoque fibula ritu
Mopsopio tereti nectebat dente cicadae.
Nec vero haec vobis custodia vana fuisset,
Nec fuerat: nisi Scylla novo concepta furore,
Scylla patris miseri, patriaeque inventa sepulcrum.
O nimium cupidis si non inhiasset ocellis!
Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
Iratum

123 CVIVS QVAM SERVATA DIV] Ovidius lib. VIII. Metamorph. -- *quam Nisus habet cui splendidus ostro Inter honoratos medio de vertice canos Crinis inhaerebat, magni fiducia regni*. Hyginus Fabul. CXCVIII. *Nisus* Martis filius, sive ut alii Deionis (malim Pandionis, ut apud Apollodorum lib. III.) filius, rex Megarensium, in capite crinem purpureum habuisse dicitur. Cui responsum fuit, tamdiu eum regnaturum, quamdiu eum crinem custodiisset. L.

128 CORSELLAE] Lege Cecropiae. Cuius rei exstant vestigia in veteribus editionibus. in illis enim disertim legitur Corpselae. ergo ita lege: *Aurea solenni comptum quem fibula ritu Cecropiae, tereti nectebat dente cicadae.* Nonnus lib. XIII, καὶ πολὺς ἀγγέλλων προτέρην αὐτόχθονα φύτλην χρύσεος ἀπλέκτοισι κόμαις ἐσφίγγετο τέττιξ. Habes et in prooemio Thucydidis morem hunc Atheniensium τεττιγοφορούντων. Erat autem congestus capillorum in conum, qui mulieribus Romanis vocabatur *Tutulus*. Eam crinium metam τεττίγων ἐνέρσει, ut ait Thucydides, comprehendebant, ut se αὐτόχθονας hoc argumento indicarent. Nam e terra volunt cicadas procreari. Ac in viris quidem vocabatur κρωβύλος, καὶ κορύδλη. in mulieribus κόρυμβος, καὶ κεσύμβη. in pueris σκορπίος. Aristophanes ἱππεῦσι priscum Atheniensem τεττιγοφόρον vocat. ὁ δ' ἐκεῖνος ἐστὶ τεττιγοφόρος, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός. Legi etiam aliquando, *Tortilis*, et *tereti*. Fuit et cum legerem, *Cypseliae*. Sed neutrum verum. Priorem coniecturam veram puto.

129 NEC VERO HAEC VOBIS] Lege: *Nec vero haec votis custodia vana fuisset.* hoc est: Nec vero haec frustra in animo conceperant, eam ita conservare, et custodire.

130 NOVO CONCEPTA FVRORE] Aut legendum, -- *concepta: aut -- novos concepta furores.* ut in Culice: *Femineum concepta decus* -- qui est notus archaismus.

136 ET

Iratum potuit, quem nec pater; atque avus idem
Iupiter. Ille etiam Poenos domitare leones,
Et validas docuit vires mansuescere tigris.
Ille etiam Divos, homines; sed dicere magnum est.
Idem tum superis acuebat parvulus iras
Iunonis magnae, cuius periuria Divae
Olim se meminisse diu periura puellae
Non ulli liceat: violaverat inscia sedem,
Dum sacris operata Deae lascivit, et extra
Procedit longe matrum comitumque catervam,
Suspensam gaudens in corpore ludere vestem,
Et tumidos agitante sinus Aquilone relaxans.
Necdum etiam castos agitaverat ignis honores,

Necdum

136 ET VALIDAS DOCVIT VIRES] Repone ex veteribus editionibus, *Et validas docuit victas mansuescere Tigres.*

138 IDEM TVM SVPERIS] Idem parvulus Superorum iras exercebat in mortales, ut Iunonis in Scyllam. Nam quum nescio quid perperam iurando, Iunonis iram in se provocasset, non diu factum est, ut quodam die, Dea ita volente, inter aequales suas in lusu pilae, cum, ut fit, imprudens studio provecta longius processisset, ad ipsa usque urbis moenia perveniret: unde castra hostium prospiciens, Minoa conspicata est. cuius amore deinde icta fuit. Quae ei ἀρχέκακος dies, et caussa, caputque malorum extitit. Id vult accidisse Virgilius Iunonis providentia, cuius numen Scylla, peierando in eius templo, offenderat. Higenus non Iunone, sed Venere irata hoc Scyllae accidisse scribit.

139 IVNONIS MAGNAE] Hic est principium narrationis. et ita, ne quid te fallat, distinguendum: *Iunonis magnae (cuius periuria, Divae, Olim se meminisse diu periura puellae Non ulli liceat) violaverat inscia sedem, Dum sacris etc.* Iunonis magnae sedem inscia violaverat. Cuius puellae periuria, o Musae, nemini fas meminisse. Dixit vero cuius puellae, ut intelligatur tunc, cum puella esset, ea periuria commisisse. Nam multo ante tempore hoc accidisse innuit.

140 SE MEMINISSE] ἀρχαϊσμός. ut: omnes, qui sese student caeteris praestare animantibus: Sallustius. Frequens Plauto, Catoni, Varroni, aliis.

Ibid. PERIVRA] *Periuria periura*, duriusculum. Forsan *peritura*: quia dixit nefas efferri, et divulgari. Sed et periuria periura dixerit, ut Plautus preciosum precium, in Epidico.

146 NEC DVM ETIAM CASTOS] An nondum initiatam sacris Iunonis intelligit, cuius ageretur ἀγών quidam λαμπαδοῦχος?

Necdum sollemni lympha perfusa sacerdos
Pallentis foliis caput exornarat olivae,
Cum lapsa e manibus fugit pila, cumque relapsa
Procurrit virgo: quo utinam ne prodita ludo
Aurea tam gracili solvisset corpora palla
Omnia, quae retinere gradum, cursumque morari
Possent: o tecum vellem tua semper haberes
Non unquam violata manu sacraria Divae!
Iurando infelix nequidquam iura piasses.
Et si quis nocuisse tibi periuria credat,
Caussa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.

At

δὐχος? an nondum sacra ab antistita patrata, ut nisi patratis et confectis sacris ei pilā ludere fas fuerit, intelligat? an potius nondum nupsisse intelligit? Itaque pila ludentem facit: quod tantum puellarum erat, non nuptarum.. ut de Nausicaa legitur apud Homerum. Nam mox nupturae pilas cum pupis, et strophiolis suspendebant Veneri. Varro Sequiulysse: *Suspendit Veneri marinas pilas, reticula, ac strophia.* Quanquam et Varro de eo lusu intelligere potuit, de quo apud Ouidium: *Reticuloque pilae laeves fundantur aperto: Nec nisi quam tollas, ulla movenda pila est.* Marinas autem vocavit Varro, quae non fiebant Romae: sed aliunde deuehebantur. Sic pastinacam marinam Celsum dixisse puto: hoc est peregrinam. Sic passer marinus Plauto in Persa: et Ausonio, ἡ ϛρυθιοκαμήλος. Alia ratione dixerunt Ros marinus, et marinum mel, ἀφύης φῦκος in Glossario veteri. Transmarinas ergo intellige, vel, ut veteres loquebantur, permarinas.

151 AVREA TAM GRACILI] Discinxerat enim se, quo expeditius curreret ad excipiendam pilam. *O utinam*, inquit, *tecum tua vestimenta haberes, quae poterant gradum morari.* Ita enim non malam rem tibi quaesivisses. Nam ludendo, ut diximus, provecta est usque ad moenia imprudens. videtur itaque in phaenomeride mansisse. quod Graeci vocant δωριάζειν.

155 IVRA PIASSES] Piaculum commisisses. piaculo te obstrinxisses.

157 TIMVIT FRATRI] Et, si quis credat hoc tibi evenisse propter piaculum in periurio commissum: maluit te hoc modo punire Iuno, quam si te Iovi excruciandam rradidisset, qui solus periuria hominum, praesertim puellarum ulciscitur. Propertius: *Non semper placidus periuria ridet amantum Iuppiter, at furta negligit aure preces: Vidistis toto sonitus percurrere caelo, Fulminaque aetheria desiliisse domo? Non haec Pleiades faciunt, neque aquosus Orion. Nec sic de nihilo fulminis ira cadit. Periuras*

At levis ille Deus, cui ſemper ad ulciſcendum
Quaeritur ex omni verborum iniuria dicto,
Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
Heu nimium tereti, nimium Tirynthia viſu,
Virginis in tenera defixerat omnia mente.
Quae ſimul ac venis hauſit ſitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in oſſa furorem:
Saeva velut gelidis Ciconum Biſtonis in oris,
Ictave barbarico Cybeles antiſtita buxo,

Infe-

iuras tunc illae ſolet punire puellas Deceptus quoniam flevit et ipſe Deus.

159 EX OMNI INIVRIA DICTO] *Dictum* hic accipitur, ut Homero ἔπος. hoc eſt *res.* ſic Hebraei dicunt *verbum* pro *facto.* ſic Latinum RES. Nam a ῥῆσις. et Veteres dicebant Reſes. quod decurtatum in Res, ut alia.

161 HEV NIMIVM TERETI] Tela tereti viſu, ut, -- *domus ſanie, dapibuſque cruentis.* Tela ergo tereti viſu erunt ταχέα, vel ϛρογγύλα ἰδέσθαι. Sed in obſoletis editionibus legitur *Terei,* non *tereti.* Itaque poſſet legi, *Heu nimium Terei nimium Tirynthia viſa. Terei,* ut *Orphei,* ὀρφεῖ. *Orphei Calliopea.* Quae tela non puerilia, tametſi puer eſt Cupido: ſed Herculea, ac nimium ſaeva expertus eſt Tereus: ut patet ex his graviſſimis Attii poetae verſibus: *Tereus indomito more, atque animo barbaro Conſpexit in eam, amore vaecors, flammeus, Depoſitus. facinus peſſimum ex dementia Confingit.* -- Sed non poſſum facere, quin, ut vere legendum exiſtimo, huic chartae commendem. Puto igitur: *Heu nimium celeri nimium torrentia niſu.* Nam etiam in excuſis manifeſto legitur niſu. quod Graece eſſet, ῥοπῇ, βολῇ. ſicut torrentia, τα χύπτερα. Et ne quid diſſimulem, puto hanc veram lectionem eſſe.

163 QVAE SIMVL AC VENIS] Ex cultiſſimo Catulli poematio: -- *Cuncto concepit pectore flammam. Funditus, atque imis exarſit tota medullis.* Inſignes enim locos eius poematis expreſſit Virgilius.

165 SAEVA VELVT] Ita legitur hic verſus in antiquitus excuſis: *Saeva velut gelidi Sithonum Biſtonis oris.* ubi ſane neceſſe eſt ſecundam Sithonum produci, quae aliter brevis erat. quod Virgilium commiſiſſe non credo. Lego igitur, *Saeva velut gelidis Edonum Biſtonis oris.* Horat. -- *non ego mitius Bacchabor Edonis.* eſt autem deſumptum ex eodem Catulli poemate: *Saxea ut effigies bacchatis proſpicit evoe.*

166 ICTAVE BARBARICO] Nicander, Alexipharmacis: ἠ ἄτε κερνοφόρος ζάκορος βωμίϛρια

Infelix virgo tota bacchatur in urbe.
Non ſtorace Idaeo flagrantes picta capillos
Cognita, non teneris pedibus Sicyonia ſervans,
Non niveo retinens bacchata monilia collo.
Multum illi incerto trepidant veſtigia curſu.
Saepe redit patrios aſcendere prodita muros:
Aëriaſque facit cauſſam ſe viſere turres.
Saepe etiam triſtis volvens in nocte querelas,
Sedibus ex altis coeli ſpeculatur amorem:
Caſtraque proſpectat crebris lucentia flammis.
Nulla colum novit: carum nec reſpicit aurum.

Non

ϛρια ῥηκὴς εἰνάδι λινοφόροισιν ἐνι χρίμπτυσα κελεύθοις μακρὸν ἐπεμβοάα γλώσσῃ θρόον. οἱ δὲ τρέυσιν Ἰδαίης ῥιγηλὸν ὅτ' εἰσαΐωσιν ὑλαγμόν. ὡς ὁ νόον λύσσῃ ἠσφαλμένα βρυχανάαται.

Ibid. ANTISTITA] Cor. Severus: *Stabat ad antiquas Antiſtita numinis aras.* hoc eſt apud Nicandrum, ζάκορος βωμίςρια etc.

168 NON STYRACE IDAEO] Tamen *Idaeum*, ſeu *Creticum ſtoracem* non probat Plinius. Eſt autem totus hic locus imitatus ex politiſſimo opere Catulliano: *Non tereti ſtrophio roſeas evincta papillas.*

169 COGNITA NON TENERIS] Hoc eſt *conſueta.* mallem tamen *condita.* eodem modo, hoc eſt Figura; Hypallage dicuntur *condita* Sicyonia pedibus, quo Perſius dixit -- *inſeris aures Fruge Cleanthea.* Nam potius fruges inſeruntur auribus, quam frugibus aures.

172 SAEPE R. P. ASCENDERE PRODITA MVROS] Nobiliſſimus Dominus Ianus Douza pater, *Perdita legere* mavult. L.

175 CAELI SPECVLATVR AMOREM] Lego, *caeli ſpeculatur ad oram.* id eſt, τὴν περάτην. Cum enim iam dixerit, *Saepe etiam triſtes voluens in nocte querelas*: Conſequens, ut illa diem optaret. unde fiebat, ut crebro ad oram caeli ſpectaret, unde dies ſolet exiſtere.

Ibid. NON ACCEPTA PIIS] Omnino, ſicut alia pleraque, deſumptum ex Catulli Ariadna: *Non ingrata tamen fruſtra munuſcula Divis Promittens, tacito ſuſpendit vota labello.*

177 NVLLA COLVM] ἀρχαϊσμός. Terentius: nullus dixeris. Plautus: *Nam mihi quem dixit, is nullus venit.*

Ibid. NOVIT] Etiam *nubit* legi poterat. Suſpicor enim librarium ſcripſiſſe, *nuvit. Colum nubere* dicunt Graeci ϛέφειν. Et quae velamina, vel vellimina, ut vocat Varro, dicuntur in colu, ea ϛέμματα in Oreſte Euripides vocat.

Ibid. LIBYCO] Citreo, vel lotino.

179 PLAV-

Non arguta sonant tenui psalteria chorda:
Non Libyco molles plauduntur pectine telae.
Nullus in ore rubor. Vbi enim rubor, obstat amori.
Atque ubi nulla malis reperit solatia tantis,
Tabidulamque videt labi per viscera mortem:
Quo vocat ire dolor, subigunt quo tendere fata,
Fertur: et horribili praeceps impellitur oestro:
Vt patris, ah demens, crinem de vertice ferret
Furtim, atque arguto detonsum mitteret hosti.
Namque haec conditio miserae proponitur una.
Sive illa ignorans: quis non bonus omnia malit
Credere, quam tanto scelere damnare puellam?
Heu tamen infelix (quid enim imprudentia prodest?)
Nise pater: cui direpta crudeliter urbe,
Vix erit una super sedes in turribus altis,
Fessus ubi extructo possis considere nido.

Tu

179 PLAVDVNTVR] κροτοῦνται, σπαθῶνται, ut σπαθηταὶ ἐσθῆτες Sophocli, hoc est crebrae. ut contra Rallae. Apud Plinium lib. VIII. *crebrae papaveratae*. ubi forsan melius legeretur *paveratae*, hoc est σπαθηταὶ, ut sint eaedem, quae Pavitentes apud Isidorum. quomodo *pavera frumenta*, multum trita, ut granum deglubatur. Sunt enim frumenta quaedam, quae vix e glumis suis evaginari possunt. *Pavera* autem a *paviendo*. Pavire παρὰ τὸ παίειν, ut -- *palmisque misellam Depuuit me*. Lucill.

179 PLAVDVNTVR] Propter sonum. Tibull. -- Et appulso tela sonant latere.

180 VBI ENIM PVDOR] Ovidius: *Non bene conveniunt, pudor atque amor.*

186 ARGVTO DETONSVM] *Argutum* vocat, quicquid habet συμμετρίαν τινὰ, et elegantiam: ut, *Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga.* ubi sane nugatur Servius. Plin. lib. XXXV. Primus symmetriam picturae dedit: primus argutias vultus, elegantiam capilli.

187 NANQVE HAEC CONDITIO] Nihil muto. Subolet tamen hanc lectionem commentitiam esse: cum in priscis editionibus ita legatur: *Nanque haec conditio raptori opponitur una.* Nam quae tanta diversitas lectionis? Ego sane putarim ita Virgilium scripsisse: *Nanque haec condicti ratia proponitur una.* Nam alium modum condicendi hosti, non habet. proprie proditorum est condictum. Nam iis, quibus arcem, aut urbem proditurí sunt, proprie condicere et constituere dicuntur.

Tu quoque, avis, moriere: dabit tibi filia poenas.
Gaudete, o celeres ſubnixae nubibus altis,
Quae mare, quae virides ſilvas, lucoſque ſonantes
Incolitis: gaudete vagae, blandaeque volucres:
Voſque adeo humani mutatae corporis artus,
Vos, o crudeli fatorum lege puellae
Dauliades (crudele) venit cariſſima vobis
Cognatos augens reges, numerumque ſuorum,
Ciris, et ipſe pater: vos, o pulcherrima quondam
Corpora, caeruleas praevertite in aethera nubes,
Qua novus ad ſuperum ſedes Chalcheius, et qua
Candida conceſſos aſcendat Ciris honores.
Iamque adeo dulci devinctus lumina ſomno
Niſus erat: vigilumque procul cuſtodia primis
Excu-

200 DAVLIADES (CRVDELE)] Non dubium eſt, quin legendum ſit, *Dauliades gaudete*, -- praeſertim quum toties hoc verbum antea, et poſt interiecerit. Quin apices ipſi literarum recte conveniunt.

204 CHALCHEIVS] Ego, hoc monſtri quid ſit, plane ignoro. Nam Chalcis ſane non eſt. Quod ſi eſſet, at *χαλκὶς*, quae et *κύμινδις* Homero, inter nocturnas aves ponitur a Plinio. Quare non poſſet eſſe Falco noſter. Eum enim eſſe Niſum alibi demonſtrabo. Sed nulla controverſia legendum Haliaeetus. Hic enim etiam ipſi apices literarum congruunt.

206 DEVINCTVS LVMINA] *Devinctus lumina*, ut Theocritus, *ὄμματα πεπεδημένα μαλακῷ δεσμῷ*. Poſſet et legi *devictus*.

207 VIGILVMQVE PROCVL CVSTODIA PRIMIS EXCVBIAS FORIBVS] Absque dubio rectum erit ſi legatur, -- *primas Excubias foribus ſtudio* etc. Dividebantur enim Vigiliae in quatuor partes. Cenſorinus de die Natali cap. X. Alii diem quadripartito, ſed et noctem ſimiliter dividebant; id ſimilitudo teſtatur militaris, ubi dicitur, *Vigilia prima*, item *ſecunda*, et *tertia*, et *quarta*. Viſe Vegetium lib. de Re militari III. cap. VIII. Et ſervatur hic ordo nonſolum in militia, ſed etiam in principium domibus. Apuleius de Mundo: *Ante fores viri fortes, ſtipatoreſque regalium laterum, tutela pervigili, cuſtodiam per vices ſortium ſuſtinebant.* Nec minori cura hoc fiebat in navibus. Petronius Arbiter: *Illud miror, Eucolpi, tibi non ſucurriſſe unum nautam ſtationis perpetuae interdiu noctuque iacere in ſcapha, nec poſſe inde cuſtodem, niſi aut caede expelli, aut praecipitari viribus.* Quod et ex legum Navalium Rhodiorum verbis

Excubias foribus ſtudio iactabat inani:
Cum furtim tacito deſcendens Scylla cubili
Auribus arrectis nocturna ſilentia tentat:
Et preſſis tenuem ſingultibus aëra captat.
Tum ſuſpenſa levans digitis veſtigia primis
Egreditur: ferroque manus armata bidenti
Evolat: at demptae ſubita in formidine vires,
Caeruleas ſua furta prius teſtantur ad umbras.
Nam qua ſe ad patrium tendebat ſemita limen,
Veſtibulo in thalami paulum remoratur; et altum
Suſpi-

verbis intelligitur, in quibus praefecti vigilum mentio fit, quem βιγλίων φρουρὸν vocant, unde et ἡμεροβίγλιον apud Curopalatam ἀπὸ τῆς βίγλης, ex Latio, qui eius ſaeculi mos erat, ſumto vocabulo. Verba legis haec ſunt: εἰ δὲ καὶ ὁ ἀρμενιστὴς ἀμελήσας, καὶ ὁ βιγλίων φρουρὸς ἀποκοιμηθῇ ὡς διαβραχεὶς ἀπώλετο ὁ ἀρμενίζων, καὶ ὃν κρούσῃ ἀζήμιος φυλαττέσθω. Vocabantur huiusmodi vigiles *Noctiani* antiquis. Gloſſarium Graeco-latinum: Νυκτοφύλαξ, *Noctianus, Nocte cuſtos, Vigilis.* Illi autem qui in navibus excubabant, etiam Ναυφύλακες et *Diaetarii* Vlpiano L. I. §. 3. D. *Nautae, caup. ſtab.* Paulo lib. III. Tit. VII. *Zetarii* (quomodo Zabulon pro Diabolon) vocantur, nimirum a *Diaeta*, quae erat cuſtodum non ſolum in navibus, verum et domibus. Planum hoc ex inſcriptione lapidis Tiburtini. AD IO SEPVLCHRVM HORTVS QVI EST CINCTVS MACERIA, ET DIAETA AIVNCTA IANVAE CVSTODIAE CAVSA SEPVLCHRO CEDAT. Nam cuſtodes poſt ianuam locatos paucos puto eſſe qui ignorent. Vnde etiam *Ianizari* apud Turcas. Calchondilas de eorum geſtis lib. I. Othomannici generis principem ſatellites ſibi adhibuiſſe et allegiſſe, quos *Ianizaros*, id eſt *ianuas regis ſeu principis* appellaverit. L.

212 SVSPENSA LEVANS DIGITIS VESTIGIA PRIMIS] Sic Apuleius Mileſiarum lib. III. *Suſpenſo et inſono veſtigio me perducit.* Maximianus Elegia III. *Fallere ſollicitos ſuſpenſos ponere greſſus, Et tota nullo currere nocte ſono.* Sed optime Tibullus, ut me monuit Nobiliſſimus Douza Fil. *Veſtigia furtim Suſpenſo digitis fert taciturna gradu.* L.

214 AT DEMPTAE] Lege, *ut demptae.* id eſt, Simulac illi demptae vires. *Caeruleas* autem *umbras* more Graecorum, κυανέαν ὄρφναν. et Albinovanus ad Liviam, *caeruleam mortem*.

Suſpicit ad culti nutantia ſidera mundi,
Non accepta piis promittens munera Divis.
Quam ſimul Ogygii Phoenicis filia Carme
Surgere ſenſit anus (ſonitum nam fecerat illi
Marmorea aeratus ſtridens in limine cardo)
Corripit extemplo feſſam languore puellam:
Et ſimul, o nobis ſacrum caput, inquit, alumna:
Non tibi nequidquam viridis per viſcera pallor
Aegrotas tenui ſuffudit ſanguine venas.
Nec levis hanc faciem (neque enim pote) cura ſubegit:
Haud fallor, quod te potius Rhamnuſia fallit:
Nam qua te cauſſa nec dulcis pocula Bacchi,
Nec gravidos Cereris dicam contingere foetus?
Qua

218 NVTANTIA SIDERA] Vt -- *nutantem pondere mundum*. Potes et legere *nictantia*. videntur enim connivere. Cuius rei cauſſam reddidit Ariſtoteles in Meteorologicis. Porro in veteribus non *culti*, ſed *caeli* excuſum eſt: ut ſuſpicerem legendum eſſe, *Suſpicit ad celſi*.

220 QVAM SIMVL OGYGII] Filiam tamen Eubuli cuiusdam facit Pauſanias Corinthiacis: ἐν αἰγίνῃ δὲ, inquit, πρὸς τὸ ὄρος τοῦ πανελληνίου διὸς ἰοῦσιν ἐστιν Ἀφαίας ἱερὸν, ἐς ἣν καὶ πίνδαρος ᾆσμα αἰγινήταις ἐποίησεν. φασὶ δὲ κρῆτες (τούτοις γάρ ἐστι τὰ ἐς αὐτὴν ἐπιχώρια) καρμάνορος τοῦ καθήραντος ἀπόλλωνα ἐπὶ φόνῳ τοῦ πύθωνος παῖδα εὔβουλον εἶναι) διὸς δὲ καὶ Κάρμης τοῦ εὐβούλου βριτόμαρτιν γενέσθαι.

225 VIRIDIS PER VISCERA PALLOR] Sic indifferenter Latini *pallorem*, et *virorem*, uſurpant, ut Graeci ὠχρὸν, καὶ χλωρόν. Galenus.

227 NEC LEVIS HOC FACERET] Lege, *Nec levis hoc facere neque enim pote cura ſubegit.* *Nec levis cura te ad hoc faciendum adegit, ut timeres.* Elegans eſt hic uſus verbi facere more Graecorum. Porro ſimile neſcio quo modo videtur illud Sapphonis, ut citatur ab Ariſtotele in Rhetoricis: αἰ δ᾽ ἦχες ἐσλῶν ἵμερος ἢ καλῶν, καὶ μηδὲν εἰπῆν γλῶσσ᾽ ἐκύκα κακόν. αἰδώς κεν οὐχί σ᾽ ἦχεν ὄμματ᾽, ἀλλ᾽ ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

228 HAVD FALLOR] Inconcinna ſane lectio, et tanto Poeta indigna. Sed nihil facilius, quam veterem aſſerere, quae plane ita habebat: *Haud fallor: quod te potius Rhamnuſia, fallar.* id eſt, quod potius te precor Rhamnuſia, fallar. id eſt, quod potius te precor ut fallar. Sic *Te Neptune, pater*, eleganter ſubticetur, *precor*. de quo ſatis Coniectaneis in Varronem.

230 NEC GRAVIDOS] *Gravidos foetus*, γονίμους. ut, *Sed gravidae*

Qua caussa ad patrium solam vigilare cubile:
Tempore quo fessas mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
Dic age nunc miserae saltem, quod saepe petenti
Iurabas nihil esse mihi, cum moesta parentis
Formosos circum virgo morerere capillos?
Hei mihi, ne furor ille tuos invaserit artus,
Ille, Arabis Myrrhae quondam qui cepit ocellos,
Vt scelere infando, quod nec sinit Adrastia,
Laedere utrumque uno studeas errore parentem.
Quod si alio quovis animo iactaris amore:
Nam te iactari, non est Amathusia nostri
Tam rudis, ut nullo possim cognoscere signo:
Sin concessus amor noto te macerat igne,

Per

vidae fruges, et Bacchi Massicus humor. Cicero *graviditates τὰς κυήσεις* vocat. *Ab eoque*, inquit, *Luna illuminata graviditates, et partus adferat, maturitatesque gignendi.*

236 MORERERE CAPILLOS] Verus editio remorere. quod non est deterius illo.

239 QVOD NEC SINIT ADRASTEA] *Sinit, siverit.* Etiam frequens Plauto, ut et *sirit.* Sic Horatius edit, pro edat. *Edit cicutis allium nocentius.*

240 LAEDERE VTRVNQVE] Melius, meo iudicio, *ludere.* illud tritum Comicis, *ludos facere. Vtrunque autem parentem*, me, et patrem: Nam nutrix etiam mater Plauto in Mercatore: et obstetrix etiam mater. Idem Truculento.

141 QVOD SI ALIO] Quod si quomodocunque aliter animata amas, et non propter has caussas, quas suspicata sum. Vel ut veteres loquebantur, *Quod, si cum alio animo amas.* Non male etiam legere possis: *Quod si alio quovis nimio iactaris amore.* Sed non dubito legere: *Quod si alio quovis animum iactaris amore.* vel *Quod si alio quovis nimio iactaris amore.*

242 NAM TE IACTARI Legendum *rostra* non *nostri*, et *Amathuntia*, non *Amathusia*, quamquam idem est, Catullus: *Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam.* Non ita aversa mea Venere de amore iudico. Comicus aliquis licenter composuisset: ὐχ ὕτως εἰμὶ ἀπειραφρόδιτος.

244 SIN CONCESSVS AMOR] Non est deterius, quod habent veteres editiones, *confessus amor.* Graecanicum est ὁμολογητὸς, tam qui in confesso est, quam qui esse potest. Sic Petronius: *Quum se confesso vinxit amori Iupiter.* Ne dubita igitur reponere *confessus.* Est

autem

Per tibi Dictynnae praesentia numina iuro,
Prima Deum quae te mihi dulcem donat alumnam,
Omnia me potius digna, atque indigna laborum
Millia visuram, quam te tam tristibus istis
Sordibus, et scoria patiar tabescere tali.
Haec loquitur: mollique ut se velavit amictu,
Frigidulam iniecta circumdat veste puellam.
Quae prius in tenui steterat succincta corona.

Dulcia

autem hic ἔκλειψις ἀττική. Nullum enim ἀνταποδοτικόν. ut, ἣν μὲν ἔλθωσιν, εἰ δὲ μή. etc. Aristophanes: -- εἰ μὲν ἦν τις ἐστιν, εἰδὲ μή, ἡμεῖς αὐταί γε, καὶ τὰ θυλάρια etc. ea aliquando utitur et Plautus.

247 DIGNA ATQVE INDIGNA] *Digna indigna*, ut Terentius, *iusta iniusta me facturum*. Quae omnia παροιμιώδη. cuiusmodi proverbium non animadversum apud interpretem AEschyli: δῦλε δεσποτῶν ἄκε καὶ δίκαια κἄδικα. Quo Plautus Captivis allusit: *indigna digna habenda sunt, herus quae facit*.

249 ET SCORIA] Non puto Virgilium sordida verba, et ut Gellius loquitur, maculantia ex plebis faece huc inseruisse, ut tam culto, ac tam nitido poematio, tam sordidam verbi labem inspergeret. Praeterea quis credat Virgilium modulum primae syllabae, quae est in *scoria*, ignorasse? Sed profecto legendum, *scabre tabescere tali*. Varro: *ager derelinqueretur, ac periret scabre, squaleque, inluvie, inculta vastitudine*. Quam scabrem intelligat, plane innuit illo, *Non styrace Idaeo* etc. Significat ergo omnem neglectum munditiarum: quemadmodum et Graecis nomine ἀλυσίας idem concipitur. Euripides Oreste: ὡς ἠγρίωσαι διὰ μακρᾶς ἀλυσίας. Quod expressit Lucillius ita: *hic cruciatur fame, Frigore, inluvie, inbalnitie, imperfundie, incuria. Imbalnitie*, ἀλυσίᾳ.

252 TENVI SVCCINCTA CORONA] *Tenui corona*, τροφίῳ. Nam τροφίον, et quo cingebantur, et capitis corona. *Choronam* etiam veteres scribebant aspirate, conscii scilicet sibi eius etymi. Nam primum veteribus τέφανος, χορωνὸς vocabatur, παρὰ τὺς χορύς. Simonides: φοῖβος ἰσχγῦται τῆς τυνδαρρσιν ἀοιδῆς, ἂν ἄμετροι τέττιγες ἀπημείψαντο χορωνᾷ. Sed videamus an satis Latinum sit, *cincta in strophio, in Zona*. Minime sane Hoc ergo unum falsi lectionem convicerit. et profecto ita est. Nam legendum, *Quae prius in tenui steterat succincta Crocota*. *Crocotam* etiam hodie decurtato nomine *Cotam* vocamus in tota Gallia. Scyllam ergo, ita ut surrexerat e lecto, crocota tantum indutam ait. Cui metuens nutricula, ne scilicet algeret, *Frigidulam iniecta circumdat veste puellam, quae prius tantum manserat in tenui crocota*. Etoit demeuree en cotte, Gallico idotismo.

260 NEC

Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens,
Persequitur miserae caussas exquirere talis.
Nec tamen ante ullas patitur sibi reddere voces,
Marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intra.
Illa autem, Quid nunc me, inquit, nutricula: torques?
Quid tantum properas nostros novisse furores?
Non ego consueto mortalibus uror amore,
Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus,
Nec genitor cordi est: ultro namque odimus omnis.
Nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
In quo falsa tamen lateat pietatis imago:
Sed media ex acie, mediis ex hostibus, heu heu,
Quid dicam? quove ipsa malum hoc exordiar ore?
Dicam equidem: quoniam quid tu tibi dicere, nutrix,
Non finis? extremum hoc munus morientis habeto:
Ille, vides, nostris qui moenibus adsidet hostis,
Quem pater ipse Deum sceptri donavit honore,
Cui Parcae tribuere nec ullo vulnere laedi:
Dicendum est, frustra circumvehor omnia verbis,
Ille mea, ille idem oppugnat praecordia Minos.

Quod

260 NEC MIHI NOTORVM] Ait se non amicorum amore tangi, sed quod *ἄτοπον* et vix credibile, hostium. Hostem enim Minoem amare. noti sunt amici: ut in Epitaphio Puppii poetae Tragici: *Flebunt amici, et bene noti morti in mea.* Catullus: *Si tria notorum basia reppererit.*

Ibid. DEFLECTVNT LVMINA] *Deflecti lumina* iis dicebant Veteres, qui alicuius rei subito cupidi fiebant. Varro, Nam qui ad eam sunt ingressi integris oculis, omnes sunt strabi facti. Habet enim nescio quid *ἑλκυστικὸν* formosula provincialis uxor. Ergo strabum fieri, et deflecti oculos, idem est. Quod Graeci non adsimili allusione dicunt *ἰλιγγιᾷν πρός τι*.

270 CVI PARCAE] Restitue ex veteribus editionibus: *Cui Parcae tribuunt, nullo quoque vulnere laedi.* An sentit Minoem in eo bello nullum vulnus unquam accepisse? An, quod verum est, *ἱστορικῶς* dixit? ut idem videatur concessum Minoi, quod Talo Cretensi. Qui, quod *ἄτρωτος* esset, propterea a Poetis totus Aeneus perhibetur.

272 OPPVGNAT] Non de nihilo dixit, *oppugnat.* Nam et moenia quoque oppugnabat.

 274 PER-

Quod te per Divum crebros obteſtor amores,
Perque tuum memoris hauſtum mihi pectus alum- [nae,)
Vt me, ſi ſervare potes, ne perdere malis.
Sin autem optatae ſpes eſt inciſa ſalutis,
Ne mihi, quam merui, invideas, nutricula, mortem.
Nam niſi te nobis malus, o malus, optima Carme,
Ante hunc conſpectum caſuſve, Deuſve tuliſſet:
Aut ferro hoc (aperit ferrum quod veſte latebat)
Purpureum patris dempſiſſem vertice crinem,
Aut mihi praeſenti peperiſſem volnere lethum.
Vix haec ediderat, cum clade exterrita triſti
Intonſos multo deturpat pulvere crinis,
Et graviter queſtu Carme complorat anili.
O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
O iterum noſtrae Minos inimice ſenectae
Semper:

274 PERQVE TVVM MEMORIS] Lege *memori. mihi memori, et gratae* -- Aſpiratio facit, ne ſit hiatus. *Haurire pectus*, eſt quod *ſugere mammam* Varro dixit: *et mammam lactis ſugentem paſcere puppum.* Vnde *ſuctum lactis* idem dixit γνῶθι σεαυτόν. -- *Denique certe Lac fultiſicum daret, et manſum: Quo venarum ſanguine rivos Compleret puer: ut crementa Corpora fierent: ut maiora Parvo ſuctu candida lactis.* Nos ita et correximus, et coniunximus.

275 VT ME SI SERVARE] Simile Ovidius in ſua Medea dixerat: *Servare potui: perdere an poſſim, rogas?*

279 ANTE HVNC CONSPECTVM] Aut dixit pro, *Anteexpectatum*: aut ſane legendum *Ante expectatum.* παρὰ προσδοκίαν, ἀπροσδοκήτως. III. Georgicon: -- *et hoſti Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.*

286 CRVDELIS REDDITE] Hoc eſt, *o mihi nunc iterum effecte crudelis.* Non tamen verum puto, ſed -- *crudeliter addite Minos*: ut, -- *et Teucris addita Iuno.* Poetae, ἐπιζαφελής, ἐπιζαχελής. ſed Servius cum ait eſſe verbum antiquorum, producitque Plauti teſtimonium, *Additus Ioni Argus*: vereor ne memoria lapſus ſit, habueritque in mente locum ex Aulularia: *Quos ſi Argus ſervet, qui totus oculeus fuit, Quem quondam Iovi Iuno cuſtodem addidit.*

287 O ITERVM NOSTRAE] Ita lego hunc locum: *O iterum noſtrae Minos inimice ſenectae: Semper et ante olim natae te propter eundem, Ab amor inſanae luctum portabit alumnae.* Vt olim natae meae Britomarti luctum portavit amor propter te, ſic et alumnae Scyllae nuper propter te

Semper: et aut olim nata o te propter eundem,
Aut amor insanae luctum portavit alumnae.
Tene ego tam longe capta atque avecta nequivi,
Tam grave servitium, tam duros passa labores,
Effugere, ut sistam exitium crudele meorum?
Iam iam nec nobis ea, quae senioribus, ullum
Copia vivendi vitae genus. Vt quid ego amens
Te erepta, o Britomarti, meae spes una salutis,
Te, Britomarti, diem potui producere vitae?
Atque utinam Cereri, nec tantum grata Dianae
Venatus esses virgo sectata virorum,
Cnossia neu Partho contendens spicula cornu
Dictaeas ageres ad gramina nota capellas:
Nunquam tam obnixe fugiens Minois amores,
Praeceps aëreis specula de montibus isses:
Vnde

te eundem. quanquam diversa ratione. Nam olim amans, nunc vero amatus luctum portat puellae. *Portare luctum* dixit, quod Graeci κῆδος προξενεῖν. Britomartis matrem Carmen hanc fuisse superius ex Pausania docuimus, quod et apud Antonium Liberalem invenies, quae in manus Nisi pervenit bello captiva, ut ipsamet infra profitetur: *Tene ego tam longe capta, atque evecta, nequivi* etc.

292 OBSISTAM] Haec est veterum excusorum lectio, quam mirum quot modis cruciarint Correctores isti: cum alius *ut sistam*, alius *absistam*, alius alia monstra pro libidine confingeret. Ego vero nulla pene licentia ita lego: *Effugere obses tam exitium crudele meorum.* An non satis constat de veritate lectionis? *obsidem* se vocat, quae esset αἰχμάλωτος.

293 IAM IAM NEC NOBIS] Nihilo secius huic vulneri manus intulerunt, ut illi peius esset: cum disertim excusum sit antiquitus: *Iam iam nec nobis ea, quae senioribus, ullum Copia vivendi vitae genus.* Iam nec nobis copia restat vivendi ullum vitae genus, ne ea quidem, quae senioribus superest. Nam quid est tam desperatum quam vita senum, ut quae proprior morti sit? At ea ne nobis quidem superest. Graecum est: πᾶς βίος ἀβίωτος ἡμῖν.

295 MEAE SPES VNA SALVTIS] Ne huic quidem loco pepercerunt. veteres habebant -- *mei spes una sepulcri.* Dignum elegantia Virgiliana. Nam quae vitam seniorum mortem existimet, propterea maluit dicere *spes sepulcri*, quam *spes salutis.* Notum enim et senes τυμβογέροντας vocari.

302 PRAECEPS AERIIS] ἓν διὰ δυοῖν: *specula de montibus*, pro, *specula montium*: sic in Moreo: *grumos spargit sale?* Sed

sine

Vnde alii fugisse ferunt, et numina Phocae
Virginis assignant: alii, quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam.

Sint

sine dubio legendum, -- *aerii specula de montis abisses.* Sic in Bucol. *praeceps aerii specula de montis in altum Deferar* --

303 VNDE ALII FVGISSE] An, *unde alii*, qui propter amoris impotentiam vellent se praecipites dare, prae altitudine saltus deterriti sunt; et abstinuerunt tali temeritate. Quapropter Statius vocat *temerariam Sappho*, quae non horruerit saltum Leucadis, quem non foeminae, sed viri, ex amoris insania salire consueverant, ut cognoscimus ex Menandro apud Strabonem, et Anacreonte ita canente: *ἀρθεὶς δ' ἠῦτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι.* Nam sane de Sapphone intellexit Laevius poeta vetus: *Seseque in alta maria praecipem misit Inops, et aegra sanitatis Herois.* Sed nimis alte repetita explicatio. Non dubium est quin hic lateat historiae reconditus sensus, quae est eruditio Virgilii. Vnde alii fugisse ferunt: hoc est, unde aiunt te evasisse, et inde Ἀφαίαν vocatam fuisse, *παρὰ τὸ ἀφεθῆναι.* Nam Britomartis a Cretensibus Dictynna vocata est, ab AEginetis Aphaea, ut ego interpretor, et ut manifeste hic canit Virgilius, quod effugerit Minois vim, *παρὰ τὸ ἀφεθῆναι*, ut iam dixit Hesychius: *ἀφαία, δίκτυννα, ἄρτεμις.* Pausanias de Britomarti: *χαίρειν δὲ αὐτὴν δρόμοις τε, καὶ θήραις, καὶ ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι, μίνω δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα ἐρρῖψεν ἑαυτὴν ἐς δίκτυα ἀφειμένα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ. ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν ἄρτεμις. σέβουσι δὲ οὐ κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰγινῆται, λέγοντες φαίνεσθαι σφισὶν ἐν τῇ νήσῳ τὴν βριτόμαρτιν. ἐπίκλησις δέ οἱ παρά τε αἰγινήταις ἐστὶν ἀφαία, καὶ δίκτυννα ἐν κρήτῃ.* Idem Antonius Liberalis.

Ibid. ET NVMINA PHOCAE] Lege, *et nomen Aphaeae.* nam cum prius scriptum esset, *aphoeae* per *oe*, ut nullum inter *ae*, et *oe* discrimen faciebant imperiti librarii, inde factum, ut ex *nomen aphoeae* facile fecerint *numina phocae.* Eruditio Virgiliana hic plane elucet. Nam quum ait, *Vnde alii fugisse ferunt*, intelligit AEginetas: quum vero, *alii quo notior esses*, intelligit Cretenses. Hi enim Dictynnam, illi vero Aphoeam vocabant.

305 DICTYNNAM] Quod fugiens Minois amores *εἰς δίκτυα* inciderit. Cuius fabulae auctorem facit Strabo Callimachum. Ad eam allusit Aristoph. *διατραγεῖν κράτιστον ἐστί μοι τὸ δίκτυον. ἡ δέ μοι δίκτυννα συγγνώμην ἔχοι τοῦ δικτύου.* Porro de Britomarti ita Solinus: Cretes Dianam religiosissime venerantur, *βριτόμαρτιν* gentiliter nominantes: quod sermone nostro sonat *virginem dulcem. AEdem virginis, praeterquam nudus vestigia, nullus licito ingreditur.* Haec ille Sane quod ait de etymo nominis, ego

invenio

Sint haec vera velim: mihi certe, gnata, perifti.
Nunquam ego te fummo volitantem in vertice montis
Hyrcanos inter comites, agmenque ferarum
Confpiciam, nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verum haec tum nobis gravia, atque indigna fuere,
Tum, mea alumna, tui cum fpes integra maneret:
Et vox ifta meas nondum violaverat aures,
Tene etiam Fortuna mihi crudelis ademit?
Tene, o fola meae vivendi cauffa feneĉtae?
Saepe tuo dulci nequidquam capta fopore,
Cum premeret natura, mori me velle negavi,
Vt tibi Corycio glomerarem flammea luto.
Quo nunc me infelix, aut quae me Numina fervant?
An nefcis, qua lege patris de vertice fummo
Edita candentis praetexat purpura canos?
Quae tenui patriae fpes fit fufpenfa capillo?

Si

invenio in Gloffario Hefychii, *βριτὺ, τὸ γλυκὺ, ὡς κρῆτες.* Quod vero excalceati in eius templum intrarent, puto ob id factum, quia nudis pedibus erat, quum fugeret Minoem. Etiam nefcio quid tale notat barro-Pfeudapolline *περὶ θεῶν ἀπαντήσεως*, ita: Quod in eius Dei templa calceati introeunt. Nam in oppido, in quo eft aedes Apollinis, qui ibi ad Herculis introeunt, nemo fe excalceatur.

308 HIRCANOS] De Hircanibus confule Xenophontem, Gratium, Oppianum, et Olympium Nemefianum.

310 GRAVIA, ATQVE INDIGNA] *Indigna*, *ἄφατα*, Ennius, *indignae turres.* Virgilius ipfe: -- *indigno quum Gallus amore periret* -- Ergo *indignum*, *ἄφατον*. Nam, *Dignum*, quod aeftimari, ac monftrari poterat, *παρὰ τὸ δεικνύειν.* Sic Attici *τὸ ἄξιον* vocabant, quod facile aeftimari poterat. Itaque faepe *ἀντὶ τῦ ἐυώνυ* ponunt. Ariftophanes *ἱππεῦσι: ὑπώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.* Item: *ᾔσθοντο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας.* i. e. *ἐυώνυς.*

318 QVO NVNC ME INFELIX] *τὸ infelix διὰ μέσυ*, ut loquuntur Grammatici Graeci *δαιμονίη.* Sententia autem eadem apud Senecam Oedipode, -- *Cui refervamur malo?* Plinius videtur nomine proverbii fimile retuliffe: *Fortuna multis parcit in poenam.* Forfan Publii Mimi: *Fortuna multis parcere in poenam folet.* Quo allufum videtur: *Vna falus miferis nullam fperare falutem.*

321 QVAE TENVI PATRIAE] Malo, *Quam tenui patriae fpes fit fufpenfa capillo.*

323 IN-

Si nefcis, sliquam poffum fperare falutem:
Infcia quandoquidem fcelus es conata nefandum.
Sin eft, quod metuo: per me, mea alumna, tuumque
Expertum multis miferae mihi rebus amorem,
Per me, et facra precor per flumina Ilithyiae,
Ne tantum in facinus tam nulla mente fequaris.
Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
Flectere, Amor: neque fit cum Dîs contendere noftrum:
Sed patris incolumi potius te nubere regno,
Atque aliquos tamen effe velis tibi, alumna, penates:
Hoc unum exitio docta, atque experta monebo.
Quod fi non alia poteris ratione parentem
Flectere: fed poteris (quid enim non unica poffis?)
Tunc potius tamen ipfa, pio cum iure licebit,
Cum facti cauffam, tempufque doloris habebis:
Tunc potius conata tua, atque incepta referto,
Meque, Deofque tibi comites, mea alumna, futuros
Polli-

323 INSCIA] Hic *infcia*, λανθάνουσα. ut -- *liquitque volatile ferrum Nefcius* -- Plautus Captivis: *Si quid nefcivi id nefcium tradam tibi.* Gellius lib. XIX. cap. I. aut *repentinus nefcius periculi nuncius.*

324 PER ME MEA] Legendum: -- *ter per mea alumna.*

326 PER ME ET SACRA] Lege, *Per te facra precor.* Cuius noftrae correctionis veftigia apparent in veteribus editionibus, *Perdere facra.* Notiffimum eft femper interponi cafum perfonae in obteftationibus: ut apud Euripidem -- πρός σε σῆς γονιάδος Hic tamen eft obteftatio πρὸς τῆς Φωσφόρου.

Ibid. PER FLVMINA] Lego *per lumina.* videtur enim iuramentum Creticum, ναὶ τὰν φωσφόρον. Etiam Atticis mulieribus familiare. Sic enim illa apud Ariftophanem: Παννύχιος ἡ νὴ την ἑκάτην τὴν Φωσφόρον. Tamen non male legeretur, *Per te facra precor per luminis Ilithiae.* ut *perluminis* eo modo dictum, et formatum fit, quo *pernoctis.* Nihil vero mutandum cenfeo.

327 NE TANTVM IN FACINVS] Puto legendum effe: *Ne tantum in facinus tam molli mente feraris.* Nam veteres editiones habent *tam molli,* non, *tam nulla.*

329 FLECTERE AMOR] Sententia eft Sophoclis: ἔρωτι μὲν γὰρ ὅςις ἀντανίςαται πύκτης ὅπως εἰς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.

338 MEQVE DEOSQVE TIBI COMITES] Vult dicere, quod

Polliceor: nihil eſt quod texas ordine longum.
His ubi ſollicitos animi relevaverat aeſtus
Vocibus, et blanda pectus ſpe vicerat aegrum:
Paullatim tremebunda genis obducere veſtem
Virginis, et placidam tenebris captare quietem,
Inverſo bibulum reſtinguens lumen olivo,
Incipit ad crebos inſani pectoris ictus
Ferre manum, aſſiduis mulcens praecordia palmis.
Noctem illam ſic moeſta ſuper morientis alumnae
Frigidulos cubito ſubnixa pependit ocellos.
Poſtera lux ubi laeta diem mortalibus almum,
Et gelido veniens mani quatiebat ab Oeta,
Quem pavidae alternis fugitant, optantque puellae:
Heſperium vitant, optant ardeſcere Solem:
Praeceptis paret virgo nutricis, et omnis
Vndique conquirit nubendi ſedula cauſſas.

Ten-

quod expreſſius Graeci: *ὡς ἐμῦ σὺν θεοῖς συλληψομένης σοι, οὕτω ποίει.*

339 NIHIL EST, QVOD TEXAS] Quod fit *εὐθημοσύνη*. Quo nomine extat liber Hippocratis. Xenophon Oeconomico: *ἔϛι γὰρ ὐδὲν ὕτως ὔτε ἔυχρηϛον, ὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις.*

344 INVERSO BIBVLVM] Superſtitio veterum, qui lucernam non extinguebant, ſed per ſe ſinebant langueſcere. Plutarchus. Hic vero obruitur olivo, ne viderentur ut hominem interficere, ſi tantum extinguerent, ſed ut ſaturitate opprimere. etiam vinum invergebant, quum langueret lumen, et ex crepitantis flammae, quam mero tangebant, ſonitu, omina captabant. Propertius: *Seu me-tuit tangi parca lucerna mero.* In Epiſtola Heronis ad Leandrum: *Interea lumen (poſito nam ſcribimus illo) Stertuit, et nobis proſpera ſigna dedit. Ecce merum nutrix fauſtos inſtillat in ignes. Cras erimus plures, inquit: et ipſa bibit.*

345 INCIPIT AD CREBROS] Melius veteres editiones: *Incipit: et crebros inſani pectoris ictus Ferre manu.* Hic ferre manu, eſt *χειρὶ ἀνέχειν.* et quod Plaut. *Caſina, contine pectus: face ventulum amabo.*

350 ET GELIDO] Lege *Egelido. Egelido veniens mani. q. a. oeta*

352 HESPERIVM] *Heſperium diem* pro *Heſpero*, quomodo Cicero *brumalem diem* pro *bruma*. eum ait odiſſe puellas, ut et ipſum inſectantur illae apud Catullum: *Heſpere, qui caelo lucet crudelior ignis?*

360 NAN-

Tentantur patriae ſummiſſis vocibus aures,
Laudanturque bonae pacis bona: multus ineptae
Virginis inſolito ſermo novus errat in ore.
Nunc tremere inſtantis belli certamina dicit,
Communemque timere Deum: nunc Regis amicos,
(Namque ipſo verita eſt orbari moeſta parente)
Cum Iove communis qui quondam habuere nepotes
Nunc etiam confiƈta dolo mendacia turpi
Invenit, et Divum terret formidine civis:
Nunc alia ex aliis, nec deſunt, omnia quaerit:
Quin etiam caſtos auſa eſt corrumpere vates:
Vt, cum caeſa pio cecidiſſet viƈtima ferro,
Eſſent, qui generum Minoa auƈtoribus extis
Iungere, et ancipites ſuaderent tollere pugnas.
At nutrix patula componens ſulfura teſta,
Narciſſum, caſiamque, herbas incendit olentis:
Terque novena ligat triplici diverſa colore
Fila:

360 NANQVE IPSO VERITA EST] μίμησις εἰρωνική.

364 NVNC ALIA EX ALIIS] Lege *Nunc alia ex aliis (nec deſunt) omina quaerit.*

369 COMPONENS SVLP. TESTA] *Teſtam* ad eam rem adhiberi novimus ex AEſchylo, et eius interprete. in ea enim ſuffimenta componebant piatrices mulieres. In veteribus Gloſſis ita reperio: *Tegularia, maleficia:* eo quod ſupra tegulas ſacrificent. Nam maleficiorum nomine, ſortilegia.

371 TERQVE NOVENA LIGAT] Multi huius rei meminerunt. Horatius Sat. VIII. lib. I. *Herbas atque incantata lacertis Vincula cum magno riſuque iocoque videres.* Nemeſianus Ecloga. IIII. *Haec eadem nobis varieque coloria fila. Et mille ignotas Mycale circumtulit herbas.* In quibus verſibus maximum poetam imitatus eſt in Pharmaceutria: *Terna tibi haec primum triplici diverſa colore, Licia circumdo,* -- De venefica quoque ita ſcribit Petronius Arbiter: *Illa de ſinu licium protulit varii coloris filis intortum, ceruicemque vinxit meum.* Polyaeni ſcilicet, *cuius,* ut ipſe loquitur, *inguinum vires funeratae erant.* Morbos enim venefici ligamentis ſanabant. Marius Viƈtorinus in Ciceronem: *Medici officium curare eſt, ſed quia multi et incantatione et ligaturis curant, curare,* inquit, *ſed appoſite ad ſanitatem.* Sed praecipue morbos inguinum: quod et Plinius docet lib. XXVIII. cap. IIII. *Inguinibus medentur aliqui licium telae detraƈtum alligantes novenis ſeptenis-*

Fila: ter in gremium mecum, inquit, despue virgo,
Despue ter, virgo: numero Deus inpare gaudet,
Inde Iovi geminat magno Stygialia sacra,

Sacra

septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina adligantes licio. Cornelius Celsus: *Imponendum licium ex vino est, aut amurca cocta cum eodem.* L.

372 TER IN GREMIVM MECVM, INQVIT, DESPVE] Est et hoc ex arte venefica. Theocritas εἰδ. τ. γεχία τε παρήη: Ἅ τις ἐπιφθύσδοισα τὰ μὴ, καλὰ νόσφιν ἐρύκοι. Vbi vetus eius Scholiastes, εἰώθασι δὲ αἱ γρᾶιαι ὅταν ἐπάδωσιν ἐπιπτύειν. Erat autem ingens veterum in hac re superstitio. Nam et caedes dolo malo perpetratae expuendo expiabantur. Scholiastes Apollonii lib. IIII. sectione XXXIII. οἱ δολοφονοῦντες ἀρχαίως ἀκρωτηριάσματά τινα ἐπάνω τοῦ ἀναιρεθέντος. καὶ ταῦτα λάβοντες ἐξήρτων τοῦ τραχήλου αὐτῶν. ἔπειτα τοῦ αἵματος αὐτοῦ λαβόντες, τρὶς εἰς τὸ στόμα ἔπτυον. Ad fascinum quoque arcendum in sinum spuebant. Probus commentator Iuvenalis ad illum Satyrae VII. versum: *Conspuiturque sinus Propter fascinum,* inquit, *verborum ter sibi in sinum spuunt, et videntur. fascinum arcere.* Theocticus: ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Vise Tibull. lib. I. El. 2. In Medicina quoque solebant despuere Plin. L. XXVIII. cap. IIII. *Veniam a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo.* Etiam eadem ratione terna despuere deprecatione in omni medicina nos est, quod et apud Petronium Arbitrum anus illa observat. *Mox turbatum sputo pulverem medio sustulit digito, frontemque repugnantis signavit. Hoc peracto carmine ter meiussit expuere.* Vbi et de sputo addit quo frontem notabant. cuius etiam sic meminit Persius Satyra II, v. 32. et sqq. — *Frontemque atque uda labella Infami digito, et lustralibus ante salivis Expiat:* Vise Propertium lib. IIII. Elegia VII. L.

374 HIC MAGNO GENERATA IOVI FRIGIDVLA SACRA] Satis male habuerunt hunc locum in omnibus editionibus. Sed minimum omnium recedunt veteres excusi codices, qui habent: *Hinc magno generata Iovi frigidula sacra:* Prodigiosa sane oratio, sed quae facilem viam sternat nobis ad veritatem indagandam. Nam ita docet legendum esse: *Hinc magico venerata Iovi Stygialia sacra. Stygialia sacra* sunt, quae Sagae faciebant ad pelliciendum in amorem sui quoscunque vellent. Talia sunt illa, quae Dido praetexit in quarto se facere velle, ut in amorem sui animum AEneae intractabilem pelliciat. Stygialia vero ideo vocantur, quia Iovi Stygio fiebant, ut ibidem legimus: *Sacra Iovi Stygio quae rite incepta paravi.* De iis et Porphyrio interpres Horatii: *Cocytia,* inquit, *sacrum Cupidinis esse dicit; quia maleficia haec, quae per inferna fiunt, ad amorem perti-*

Pergit Amyclaeo ſpargens altaria thallo,
Regis Iolciacis animum defigere votis.
Verum, ubi nulla movet ſtabilem fallacia Niſum,
Nec poſſunt homines, nec poſſunt flectere Divi:
(Tanta eſt in parvo fiducia crine cavendi:)
Rurſus ad inceptum ſociam ſe adiungit alumnae,
Purpureumque parat rurſus tondere capillum,
Cum longo quod iam captat ſuccurrere amori:

Non

cta, et incognita proverbialiter dicebant, ne avibus quidem notam eſſe. Nam quid non latebunt, ſi aves latuerint? Siquidem proverbium Graecum eſt, *οὐδείς με θεωρεῖ πλὴν ὁ παριπτάμενος ὄρνις.* et, *οὐδείς γε εἶδε, πλὴν εἴ τις ὄρνις.* Tamen, ne nimium nugemur, omnino cenſeo legendum, *Idaeis anibus*: hoc eſt, Sagis.

376 THALLO] *θαλλὸς termes olivae.* In expiationibus, et devotionibus *χύτλα*, quae vocant Graeci, ſpargebantur ramo olivae: Theocritus *ἡρύλλῳ*: -- *καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θείῳ πρᾶτον, ἔπειτα δ᾽ ἅλεσσι μεμιγμένον, ὡς νενόμισθαι, θαλλῷ ἐπιῤῥαίνειν ἐστεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ.* Heſychius: *χύτλασον, ὕγρανον. Χύτλὸς δὲ κρατὸς ὁκόσ᾽ εὐχίος παρῆν ἐσπαρμέναις εἰκῆ, καὶ οὐκ ἐν τάξει μένουσι*: Corrige ita: *Χύτλασον, ὕγρανον. Χύτλος δὲ κρατὸς ὄχος εὔσκιος παρῆν. Χυμένοις, ἐσπαρμένοις* etc. Hic vides in illo Iambico Senario *ὄχον κρατὸς* nihi aliud eſſe, quam termitem olivae, ex quo fiebant et coronae, quem is poëta, quiſquis eſt, *χύτλον* vocarit. In quarto Aeneidis: *Sparſerat et latices ſimulatos fontis Averni.* Conſentaneum eſt *ſpargi ramo olivae.* Nihil enim ſunt *latices illi*, quam *χυτλα*, ut etiam docemur ex Orphei Argonauticis. Sed et alibi mentionem fecit rami olivae. *Idem ter ſocios pura circumtulit unda, Spargens rore levi. et ramo felicis olivae.* Amycleum vocat; quia olivarum prouentus magnus in Laconia. Argumento fuerit eſt ſtudium palaeſtrae, et Statius, qui Eurotan oliviferum vocat.

377 DEFIGERE VOTIS] Dictum, ut *defigere diris.* In veteri Gloſſario, *Defictiones, νεκρομαντῆαι, καταδεσμοί.* ut intelligere poſſis *καταδέσμους* eſſe: -- *Veneris, dic, vincula necto.*

378 STABILEM FALLACIA] Veteres editiones conſtanter habent, *ſtabilis fullacia.* Quod non auſim mutare. Eadem enim ratione active *ſtabilis*, qua et *tolerabilis* in Culice. vide locum.

383 CVM LONGO QVOD) Lege: *Tum longo quod iam captet ſuccurrere amori, Non minus illa tamen* etc. Ita ſaepe loquitur Plautus: *Quod ille gallinam, aut columbam ſe ſectari, aut ſimiam. Dicat, diſperiiſtis.* -- *τῷ* quod uſum vide ſupra.

Non minus illa tamen revehi, quod moenia crescant,
Gaudeat: et cineri patriae est iucunda sepulto.
Ergo metu capiti Scylla est inimica paterno.
Tum coma Sidonio florens succiditur ostro:
Tum capitur Megara, et Divum responsa probantur:
Tum suspensa novo ritu de navibus altis,

Per

384 NON MINUS] Corruptus locus. Scribe: *Non minus illa tamen revehi quoque moenia Cretes. Gaudet. at ei* etc. Quanquam studet succurrere insaniae puellae: tamen si eveniat id frustra tentare, gaudet, quod sibi iterum in Cretam revertendum sit. in qua, ut supra diximus, educata fuerat, et ibi Britomartim pepererat. Sed bello capta inde Megaram avecta est.

385 ET CINERI] *Ego sum iucundus illi rei*, pro, illa re laetor, nullus veterum dixit. Ne nos quoque hanc iniuriam faciamus summo poetae, ut credamus eum ita locutum esse, quomodo nemo tum loquebatur Nam ita potius scripsisse mihi persuadeo: *Gaudet: at ei cinis est patriae iucunda sepultae.* Huic placet, inquit, ruina patriae suae. utrique caussa est, quod gaudeant: illi, quod iterum in Cretam reverti sperat: huic vero, quod de casu patriae certa sit. Cinis in feminino genere veteribus usurpabatur. Caluus: *Cum tu fulva cinis fueris.* Catullus: *Troia virum, ac virtutum omnium acerba cinis.*

386 CAPITI SCYLLA EST INIMICA PATERNO] Ovidius Metamorph. lib. VIII. *Thalamos taciturna parentis Intrat, et (heu facinus) fatali nata parentem Crine suum spoliat.* Hyginus Fabula CXCVIII. *Nisum Minos Iovis filius oppugnatum cum venisset, a Scylla Nisi filia, Veneris impulsu est amatus, quem ut victorem faceret, patri dormienti fatalem crinem praecidit.* L.

389 TUM SUSPENSAN. R. DE NAVIBUS ALTIS] Eustathius in Dionysium Alexandrinum ad temonem suspensam fuisse, ait: *Μίνως λαβὼν τὰ Μέγαρα διὰ Σκύλλης τῆς Νίσου θυγατρὸς ἐρασθείσης αὐτοῦ, καὶ ἀποτεμούσης τὴν τοῦ πατρὸς κεφαλὴν, ἐνενοήσατο ὅτι ἡ τὸν πατέρα προδοῦσα, οὐδενὸς, ἂν ῥαδίως φείδοιτο, καὶ διὰ τοῦτο προσδήσας τῷ πηδαλίῳ νηὸς τὴν πατροδότιν καὶ πατροφόντιν, ἀφῆκε σύρεσθαι διὰ θαλάσσης· καὶ αὐτὴ μὲν εἰς ὄρνεον μετεβλήθη.* Neutrum agnoscit Hyginus, qui ita scribit: *Illa se in mare praecipitavit, ne persequeretur.* L.

Ibid. TUM SUSPENSA] Non hoc finxit: sed in Graecorum commentariis idem legimus: *ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ τοῦ μίνωος, ᾧ καὶ προὔδωκε τὸν πατέρα, κρεμασθεῖσα τῆς νηός.* Propertius de eadem: *Pendet Cretea tracta puella rate.* Et infra: *Vincta tot assiduas pendebo ex ordine luces.*

398 CARA

Per mare caeruleum trahitur Nifeïa virgo.
Conplures illam Nymphae mirantur in undis:
Miratur pater Oceanus, et candida Thetis,
Et cupidas fecum rapiens Galatea forores:
Illa etiam, iunctis magnum quae pifcibus aequor,
Et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothoë, parvufque Dea cum matre Palaemon.
Illi etiam alternas fortiti vivere luces,
Cara Iovis foboles, magnum Iovis incrementum,
Tyndaridae niveos mirantur virginis artus.
Has adeo voces, atque haec lamenta per auras
Fluctibus in mediis queftu volvebat inani,
Ad coelum infelix ardentia lumina tollens,
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.
Supprimite o paullum turbati flamina venti,
Dum queror: et Divos, quamquam nil teftibus illis
Profeci, extrema moriens tamen adloquor hora.
Vos ego, vos adeo, venti, teftabor, et aurae:
Vos matutina fi qui de gente venitis,
Cernitis. Illa ego fum cognato fanguine vobis

Scylla,

398 CARA IOVIS SOBOLES] Verfus totus ex IIII Virgilii Ecloga: nifi quod ibi pro *Iovis* legatur *Deum.* L.

408 VOS NVMANTINA] De Numanto Hifpaniae, nugae. Quis finus putarit Scyllam de ea fentire? Sed interpolata eft lectio ex prifca, quae habebat: *Vos o Mantina.* Nos iamdudum etiam ante, quam illam videremus, legendum cenfebamus: *vos o Mantinea.* Nam Mantineam videbat, quum Megaris folvens Peloponnefum praeterlegeret. *Mantineam gentem* dixit, ut Horatius *Stertinium acumen*, *Renum flumen*: et fortaffis eodem modo dixerit *Phlegra tellus* in Culice. Intelligit vero Peloponnefum: a parte totum videlicet, cui imperabat Pallas Nifi frater, Scyllae patruus. propterea ait fe iunctam illis cognato fanguine. Sed quum manifefto Scylla videatur alloqui aves, fufpicor me fine ulla vi poffe legere: *Vos matutina fi qui de gente venitis.* ut eleganter matutinam gentem volucres vocet, quae mane integrant cantus fuos. Propertius: *Et matutinis obftrepit alitibus.* Ego fane ita puto Virgilium fcripfiffe. Nam quin aves alloquatur, et fequens verficulus convicerit. Itaque nullum dubium, quin *matutina* legendum fit.

 410 QVOD

Scylla, quod, ah, salva liceat te dicere Procne.
Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam:
Certatim ex omni petiit quam Graecia regno,
Qua curvus terras amplectitur Hellespontus:
Illa ego sum, Minos, sacrato foedere coniunx
Dicta tibi: tamen haec, et si non accipis, audis.
Vinctane tam magni tranabo gurgitis undas?
Vincta tot assiduas pendebo ex ordine luces?
Non equidem me alio possum contendere dignam
Supplicio: quod sic patriam carosque penates
Hostibus, inmitique addixi ignara tyranno.
Verum esto. Haec, Minos, illos scelerata putavi,
Si nostra ante aliquis nudasset foedera casus,
Facturos: quorum direptis moenibus urbis,
O ego crudelis, flamma delubra petivi:
Te vero victore prius vel sidera cursus
Mutatura suos, quam te mihi talia captae
Facturum metui. Iam iam scelus omnia vincit.
Ten' ego plus patrio dilexi perdita regno?
Ten' ego? nec mirum, vultu decepta puella
Vt vidi, ut perii! ut me malus abstulit error!

Non

410 QVOD AH SALVA] Lego -- *quod ab salua liceat mibi dicere Procne*. quod pace Procnes mihi cognatae dicere liceat. Procne enim Pandionis filia, soror Nisi patris Scyllae. vel: -- *quod ab salva liceat te dicere, Procne:* ut et habent quaedam editiones. ἀφοσιοῦται autem facinus Procnes. Hoc enim necesse fuit, cum et aves, et inter eas cognatam alloquatur.

415 ET SI NON ACCIPIS, AVDIS] Scribe ex veteribus editionibus: -- *Tamen haec, etsi non accipis, audi.* Tamen haec audi, quanquam non tibi placent. Ea nimitum sunt, quae sequuntur: *vinctane tam magni* etc.

420 ADDIXI IGNARA TYRANNO] Scribo, *gnara.* Ita enim sententia postulat.

421 VERVM EST HAEC] Lego: *Verum esto. haec, Minos* etc. ἀλλὰ ἔων. Nimis inepta fui, fateor, o Minos, quae putarim Deos haec mihi facturos, hoc est, in hoc scelere opem mihi laturos, quorum delubra ego hostibus diripienda et incendenda tradidi. Te vero, cuius amore perdita, patrem, patriam, atque adeo ipsos Deos patrios deserui, quis putaret talem gratiam relaturum?

434 CORA-

Non equidem ex iſto ſperavi corpore poſſe
Tale malum naſci: forma, vel ſidere fallor.
Non me deliciis conmovit regia dives,
Coralio fragili, ac electro lacrymoſo,
Me non florentes aequali corpore Nymphae,
Non metus incenſam potuit retinere Deorum.
OMNIA vincit amor: quid enim non vinceret ille?
Nec mihi iam pingui ſudabunt tempora myrrha,
Pronuba nec caſtos accendet pinus odores,
Nec Libys Aſſyrio ſternetur lectulus oſtro.
Magna queror. Nec et illa quidem communis alumna)
Omnibus iniecta tellus tumulabit arena. [alumna)
Mene inter comites, ancillarumque catervas,
Mene alias inter famularum munere fungi,

Coniu-

434 CORALIO] Inverſus eſt verſiculus: quem ita retexes: *Coralio fragili, ac electro lacrymoſo.* Apage anadiploſes, quas hic quidam communiſcuntur.

435 AEQVALI CORPORE] ὁμήλικες κόραι.

440 NEC LYBIS] *Lybis lectus, Citrinus.* Perſius: -- *non quicquid denique lectis Scribitur in citreis* -- Sic dixit Libyco pectine, citreo, vel lotino.

441 COMMVNIS ALVMNA] Si vera eſſet haec lectio, non fruſtra dixiſſet Nonius *Alumnam* etiam ἀντὶ τῆς τροφοῦ uſurpari a veteribus. Quod tamen ex illis teſtimoniis, quae ille produxit, confirmari non poſſet. Sed ſuſpicor emendatius lectum iri: -- *Nec et illa quidem communis alumnis Omnibus* -- Tamen nihil temere affirmamus.

442 INIECTA TELLVS] Totus hic locus, ut et alia pleraque, deſumptus ex cultiſſimo poematio Catulli in Ariadnes conqueſtione: -- *nec iniecta tumulabor mortua terra.*

Ibid. TELLVS TVMVLAVIT ARENA] Malim *Tumulabit.* L.

443 MENE INTER COMITES] Etiam totus hic locus ex eodem opere adumbratus: quum ait eadem Ariadna: *Si tibi non cordi fuerant connubia noſtra, Saeva quod horrebas priſcis praecepta parentis: Attamen in voſtras potuiſti ducere ſedes, Quae tibi iucundo famularer ſerva labore, Candida permulcens liquidis veſtigia linfis, Purpureave tuum conſternens veſte cubile,*

444 MENE ALIAS] Veteres editiones *Maenalias.* quod fieri poteſt, ut verum ſit. Nam et Arcadiam, et reliquam Peleponneſum bello vicerat Minos. ex ea et captivas abduxiſſe, veriſimile eſt. Nihil tamen mutamus. *Belli lege* dixit, ut Graeci χειρῶν νόμῳ.

 451 AEQVO-

Coniugis atque tuae, quaecumque erit illa, beatae
Non licuit gravidos penso devolvere fusos?
At belli saltem captivam lege necasses.
Iam fessae tandem fugiunt de corpore vires,
Et caput inflexa lentum cervice recumbit:
Marmorea adductis labascunt brachia nodis.
Aequoreae pestes, inmania corpora Ponti,
Vndique conveniunt, et glauco in gurgite circum
Verbere caudarum, atque oris minitantur hiatu.
Iam tandem casus hominum, iam respice, Minos.
Sit satis hoc, tantum solam vidisse malorum:
Vel fato fuerit nobis haec debita pestis,
Vel casu incepto, merita vel denique culpa.
Omnia nam potius, quam te laesisse, putabo.
Labitur interea revoluta ab litore classis,
Magna repentino sinuantur lintea Coro,
Flectitur in viridi remus sale, languida fessae
Virginis in cursu moritur querimonia longo.
Deserit angustis inclusum faucibus Isthmon,
Cypselidae magni florentia regna Corinthi:
Praeterit abruptas Scironis protinus arcis,

Infe-

451 AEQVOREI PISCES] Repone ex veteribus, *Aequoreae pestes.* Horatius *fraudes* vocat -- *mediasque fraudes Palluit audax.* praecedentes vero versus ita sunt legendi ex eisdem: *Et caput inflexa lentum cervice recumbit Marmorea, adductisque labascunt brachia nodis.*

457 VEL CASV INCEPTO] Scribe, *Vel casu incerto.* Vocat casum incertum, quod Graeci ταὐτόματον. Porro similis conceptio in simili querela Danaae ex Simonide: ματαιοβουλία δέ τις φανείη, ζεῦ πατὴρ, ἐκ σέο, ὅτι δὴ θαρσαλέον ἔπος εὔχομαι τεκνόφι δίκας μοι

463 DESERIT ANGVSTIS INCLVSVM FAVCIBVS ISTHMON] Plane ita haec coniungit Statius Thebaid I. *Praeterit hinc arte scopuloso in limite pendens Infames scyrone petras, scyllaeaque rura Purpureo regnata seni, mitemque Corinthon Linquit, et in mediis audit duo littora campis.* L.

464 CYPSELIDAE] Cypselidarum familiam imperasse Corinthi, auctores Herodotus lib. V. Pausanias Corinthiacis, item Eusebius, et alii.

466 IN-

Infeſtumque ſuis dirae teſtudinis exit
Spelaeum, multoque cruentas hoſpite cautes.
Iamque adeo tutum longe Pireeïa cernit,
Et notas ſecum, heu fruſtra, reſpectat Athenas.
Iam procul e fluctu Minoia reſpicit arva, [que:)
Florentiſque videt iam Cycladas, hinc Strophadaſ-
Hinc ſinus, hinc ſtatio contra patet Hermiona.
Linquitur ante alias longe gratiſſima Delos
Nereidum matri, et Neptuno Aegaeo.
Proſpicit incinctam ſpumanti litore Cythnon, [ſam,)
Marmoreamque Paron, viridemque adlapſa Dony-
Aeginamque ſimul, ſementiferamque Seriphum.
Fertur,

466 INFESTVMQVE SVIS DIRAE TESTVDINIS] Non eſt quod diutius in his nugis immoremur. Tu meo periculo lege: *Infeſtumque Suis dirae Theſeidis exit Spelaeum* — Nota hiſtoria de Commyonia ſue, quae cum praetereuntes omnes interceptos in via occideret, ipſa tandem Theſeo poenas dedit, et ab eo interfecta eſt. Plutarchus de Theſeo: ἡ δὲ κρομμυωνία ὗς ἣν φαιὰν προσωνόμαζον, ἐ φαῦλον ἦν θηρίον, ἐδὲ μάχιμον, καὶ χαλεπὸν κρατηθῆναι. ταύτην ὁδȣ̃ παρέργον, ὡς μὴ δοκοίη πάντα πρὸς ἀνάγκην ποιεῖν, ὑποστὰς ἀνεῖλε, et poſt, ἔνιοι δὲ φασὶ τὴν φαιὰν λῃστρίδα γενέσθαι γυναῖκα φονικὴν, καὶ ἀκόλαστον αὐτόθι κατοικȣ̃σαν ἐν κρομμυῶνι, σῦν δὲ ἐπονομασθῆσαν διὰ τὸ ἦθος, καὶ τὸν βίον, ἔπα ὑπὸ θησέως ἀποθανεῖν. Ergo qui correxerat *teſtudinis antrum*, habebat in animo *teſtudineatum*, aut *fornicatum opus*, Virgiliumque de eo ſentire exiſtimavit.

468 IAMQVE ADEO TVTVM] *Tutum Piraeea*, ὀχυρὸν πειραιέα ἐρυμνόν.

469 ET NOTAS SECVM] *Notas ſecum*, ἀρχαισμός: ut *nupta tecum, nupta mecum.* Terent.

Ibid. RESPECTAT ATHENAS] III. Georgicon: *Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit avitis.* Cicero de Catilina: *Retorquet oculos profecto ſaepe ad hanc urbem, quam e ſuis manibus ereptam ſaepe luget.*

471 FLORENTESQVE VIDET IAM] Lego: *Florenteſque videt hinc Cycladas, hinc Strophadaſque. Hinc ſinus., hinc ſtatio contra pater Hermionea.*

477 SEMENTIFERAMQVE SERIPHVM]. Sementiferam πυροφόρον. Strabonis tamen verba quum leges, miraberis, quare ſementiferam vocarit ἔστι δέ ἐστι πετρώδης ἡ νῆσος, ὥστε ὑπὸ τῆς γοργόνος τȣ̃το παθεῖν αὐτήν φασιν οἱ κωμῳδȣ̃ντες. Quin omnes Graecorum Commentarii εὐτελέστατον νησίδιον vocant,

Fertur, et incertis iactatur ad omnia ventis.
Cymba velut, magnas sequitur cum parvula classis,
Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo.
Donec tale decus formae vexavit, et aegros
Non tulit, et miseros mutavit virginis artus,
Caeruleo pollens coniunx Neptunia regno.
Sed tamen externam squamis vestire puellam,
Insidosque inter teneram committere piscis
Non statuit. Nimium est avidum pecus Amphitrites.
Aëreis potius sublimem sustulit alis,
Esset ut in terris facti de nomine Ciris,

Ciris

ut impendio magis mirer Ovidium, qui *planam* vocavit. Sed sine dubio *serpentiferam* legendum est: ὀφιόεσσαν. ut non solum petras, sed et angues Medusae crinibus acceptos referre possit.

479 CYMBA VELUT MAGNAS SEQUITUR] Phaselli ita ad maiores naves religabantur. Statius Silva II. lib. III. *Quaeque secuturam religent post terga phaselon.* Leges Navales Rhodiorum Καράβυς et ἐφόλκια vocant. Unde etiam convivae, σκιαὶ alias dicti, ἐφόλκοι vocantur. Aristophanes: Οὐ μὴν πρότου γ' ἐφολκὸς ἦν. Ubi Scholiastes: ἔφολκις κυρίως λέγεται ἡ λέμβος, ἤτοι ἡ μικρὰ ναῦς, ἡ ὑφ' ἑτέρας μεγίστης νεὼς ἑλκομένη διὰ βραδυτῆτα· φησὶ γῦν κἀνταῦθα ὅτι οὐχ ὑπό τινος ἑλκόμενος ἐξήρχετο, ἀλλὰ πρῶτον ἡγεῖτο ἡμῶν: νυνὶ δὲ τί παθὼν οὐκ ἐξέρχεται. Latini hos *Umbras* vocant. Horatius lib. II. Serm. ultimo: *Quos Maecenas adduxerat umbras.* Et *Iscurras.* Isidorus: *Iscurra vocatur qui causa escae quemlibet consectatur.* Plautus Poenulo: *Faciunt scurrae quod solent, pone sese homines locant.* L.

481 VEXAVIT, ET AEGROS] Malo ex priscis editionibus: *Donec tale decus formae vexavit, et aegram Non tulit.* --

488 FACTI DE NOMINE CIRIS] Cirin a tondendo dictam etiam Ovidius vult lib. VIII. Metamorph. *Plumis in avem mutata vocatur Ciris, et a tonso est hoc nomen adepta capillo.* Κείρειν enim tondere significare satis notum. Hesychius Cirin ita interpretatur: Κεῖρις, ὄρνεον ἱέραξ, οἱ δὲ ἀλκυόνα. Alii aliter interpretantur. In avem Cirim mutatam omnium quod sciam opinio est. a quibus tamen dissentit Hyginus, qui eam in piscem transfiguratam ait; Fabula CXCVIII. *Nisus dum filiam persequitur, in avem halieton, id est, aquilam marinam conversus est. Scylla filia in piscem Cirim quem vocant, hodieque si quando ea avis eum piscem natantem conspexerit, mittit se in aquam, raptumque unguibus dilaniat.* Κεῖρις est qui et ἄδωνις dicitur. Hesychius Κεῖρις,

λύχνος.

Ciris Amyclaeo formoſior anſere Ledae.
Ac velut In niveo tenerae cum primitus ovo
Effigies animantis, et internodia membris
Inperfecta novo fluitant concreta calore:
Sic liquido Scyllae circumfuſum aequore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndique mutabant, atque undique mutabantur.
Oris honos primum, et multis optata labella,
Et patulae frontis ſpecies concreſcere in unum
Coepere, et gracili mentum producere roſtro.
Tum, qua ſe medium capitis diſcrimen agebat,
Ecce repente, velut patrios imitatus honores,
Purpuream concuſſit apex in vertice criſtam.
At mollis varios intexens pluma colores
Marmoreum volucri veſtivit tegmine corpus,
Lentaque perpetuas fuderunt brachia pennas:
Inde alias partis, minioque infecta rubenti
Crura nova macies obduxit ſqualida pellis,
Et pedibus teneris ungues confixit acutos.

Et

λύχνος, ἔρνεεν, ἡ ἄδωνις, λάκωνες. Vide Suidam. L.

490 AC VELVT IN NIVEO] Reponendum ex veteribus editionibus: *Ac velut in niveo tenerae quum primitus ovo Effigies animantur, et internodia etc.* Concinnius ſane.

497 CONCRESCERE IN VNVM] Elegantiſſime roſtrum circumloquutus eſt. Quod Graeci uno verbo νεύειν dicunt. Oppianus de Echeneide: ὀξὺ δὲ οἱ κεφαλῆς τόμα νέρθε νένευκε. et ῥάμφος quadrupedum, quod in acumen productum eſt, νεῦσιν vocant. Galen. lib. III. de alim. facult. de Leuciſco fluviatili ἔτι δὲ τᾶλλα μὲν ὅμοιον πάντη τὸ ζῶον τῷ ζώῳ λευκότερον δὲ βραχῦ, καὶ τὴν κεφαλὴν μικροτέραν, καὶ τὴν γεῦσιν ὀξυτέραν. Scribe, καὶ τὴν νεῦσιν, non γεῦσιν. Nam haſtenus ibi interpretes hallucinati ſunt. Athenaeus de Galeo vulpe: ὁ δὲ ἀλωπεκίας ὅμοιος ἐςι τῇ γεύσει τῷ χερσαίῳ ζώῳ. διὸ καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε. Idem error. Nam et hic quoque νεύσει, non γεύσει legendum eſt. Interpres vero nugatur.

506 CRVRA NOVAMQVE] Scribe: *Inde alias partes, minioque infecta rubenti Crura, nova macies obduxit ſquallida pelli.*

507 ET PEDIBVS TENERIS VNGVES SVFFIXIT ACVTOS] Similiter Apuleius libro Mileſ. III. de muliere ma-

 ga,

Et tamen hoc demum miſerae ſuccurrere pacto
Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
Nunquam illam poſthac oculi videre ſuorum
Purpureas flavo retinentem vertice vittas:
Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo,
Nullae illam ſedes. Quid iam cum ſedibus illi?
Quae ſimul ut ſeſe cano de gurgite velox
Cum ſonitu ad coelum ſtridentibus extulit alis,
Et multum late diſperſit in aequore rorem;
Infelix virgo nequidquam morte recepta
Incultum ſolis in rupibus exigit aevum,
Rupibus, et ſcopulis, et litoribus deſertis.
Nec taman hoc iterum poena ſine: namque Deûm
Omnia qui imperio terrarum millia verſat, [Rex,)
Conmotus talem ad Superos volitare puellam,
Cum pater extinctus caeca ſub nocte lateret,
Illi pro pietate ſua (nam ſaepe tepenti
Sanguine taurorum ſupplex reſperſerat aras:
Saepe Deum largo decorarat munere ſedes)
Reddidit optatam mutato corpore vitam,
Fecit et in terris Haliaeetus ales ut eſſet.

Quippe

ga, quae ſeſe in bubonem plumabat: *Membra tremulo ſuccuſſu quatit. Quis leniter fluctuantibus, ¡promicant molles plumulae, creſcunt fortes pinnulae, duratur naſus incuruus, coguntur ungues adunci, fit bubo Pamphile.* L.

524 ILLI PRO PIETATE SVA] Ex veterum iactatione ſuperſtitioſa: Catull. *O Dii reddite mi hoc pro pietate mea.*

Ibid. NAM SAEPE TEPENTI] Vereor ut haec ſatis vera ſit lectio. Valde enim refragantur veteres editiones. quarum aliae *videntur*; aliae *nitentum* plane excuſum habent. Ego ſane auſim deierare legendum eſſe: -- *nam ſaepe bidentum Sanguine taurorum.* Nam librarius inepte videtur ſcripſiſſe *videntum*, ut eorum erat prava conſuetudo. Hoc et in Varrone commiſſum fuiſſe olim in Coniectaneis noſtris oſtendimus. *bidentes tauros*, ut et *bidentes oves* et *bidentes verres* dici poſſe cognoſcimus ex Gellio.

528 HALIAEETVS] Haliaeetum eandem, et Niſum facit. Fere omnes invaſit opinio *Cirin* eſſe *Alaudam* noſtram, uno criſtae argumento: Niſum vero Accipitrem. Quin et veteribus perſuaſum video. Nam in pervetuſto Gloſſario inveni:

Circum

Quippe aquilis semper gaudet Deus ille coruscus.

Huic

Circum ἱέρακα. ἔστι δ᾽ ὄρνεον, μετασβληθείσης τῆς σκύλλης τῆς Νίσου μεγαρέως. frustra. Nam et Accipiter non est e genere Aquilarum, ut Haliaeetus. Et Haliaeetus, ut ipsum nomen indicat, marinas, et palustres aves venatur. At Alauda non est marina avis. tametsi audio nescio quas marinas alaudas in Aremoricis inveniri. Esto: non convenit alauda cum descriptione Ciris nostrae. Deinde quis nescit Alaudam κορυδαλλίδα esse? Quid ergo opus est κῖριν vocari? Non est ergo Alauda nostra. Itaque nec Haliaeetus Accipiter. Quare cum parente meo puto Cirim eam esse, quam Egrettam vulgo vocamus. neque obstet plumarum varietas, quae hic ei attribuitur; non magis sane, quam Cycno; quem ποικιλόπτερον vocavit Pratinas Phliasius. Egrettam venatur Falco, nam accipitris congressus impar. Ergo Haliaeetus Virgilii est Falco noster. Nam alius est Aristoteli. ut alia Echeneis est Aristoteli, et Plinio, alia Oppiano. Egrettarum cum sint duo genera, alterum cum apice in capite, alterum careat: hoc quod caret, est Aristotelis λευκερωδιὸς: alterum, κῖρις. Apud Plautum: *I nunc, venare leporem, nunc Cirim tenes:* manifesto ostenditur (est autem allusum ex apologo quodam) eum, qui Cirim venari potest, posse et leporem, quod sane non faceret Accipiter. At Falco et leporem, et Agrettam, seu Egrettam capit. Quanquam posset quis reniti, et Falconem negare ex genere Aquilarum esse, et potius in genere accipitrum censere. Plerique ex nobilitate Gallica etiam Falcones ad leporis capturam instituunt. Quod sane genus aucupii mihi videtur veteribus satis leviter notum, hodie vero apud nostratem nobilitatem ad summum gradum perfectionis pervenisse. Vt enim alia, ita et hoc ex parvis admodum initiis ad hanc, quam hodie obtinet, summam artem progressum est. Non enim veteribus illis Graecis notum fuisse, satis patet ex verbis Aristotelis in historia animalium, περὶ τὴν Θράκην, inquit, τὴν ὑπὲρ ἀμφιπόλεως φασὶ γενέσθαι τι τερατῶδες, καὶ ἄπιστον τοῖς μὴ τεθεαμένοις. Ἐξιόντες γὰρ οἱ παῖδες ἐκ τῶν κωμῶν, καὶ τῶν εγγὺς χωρίων ἐπὶ θήραν τῶν ὀρνιθαρίων, συνθηρεύειν παραλαμβάνουσι καὶ τοὺς ἱεράκας. καὶ τοῦτο ποιοῦσιν οὕτως. Ἐπειδὰν προσέλθωσιν εἰς τόπον ἐπιτήδειον, καλοῦσι τοὺς ἱέρακας ὀνομαστὶ κεκραγότες. οἱ δὲ ὅταν ἀκούσωσι τῶν παίδων τὴν φωνὴν παραγενόμενοι παρασοβοῦσιν εἰς τοὺς θάμνους, ὅπου αὐτοὺς οἱ παῖδες ξύλοις τύπτοντες λαμβάνουσιν. ὃ δὲ πάντων ἂν μάλιστα τις θαυμάσειεν. οἱ μὲν γὰρ ἱέρακες, ὅταν αὐτοὶ λάβωσι τινα τῶν ὀρνίθων, καταβάλλουσι τοῖς θηρεύουσιν, οἱ δὲ παῖδες ἁπάντων τῶν ἁλόντων μέρος τε τοῖς ἱέραξιν ἀποδόντες, ἀπέρχονται. Eadem verba repetuntur in Admirandis. Et Oppianus: Ἀλλ᾽ αὐτοῖς ἐπὶ δυμὰ συνέμπορος ἕσπετο κιρκος. Et Martialis lib. XIV, 214. *Praedo fuit volucrum: famulus nunc aucupis idem Decipit,*

Huic vero miserae, quoniam damnata Deorum
Iudicio gnatique et coniugis ante fuisset,
Infesti adposuitque odium crudele parentis.
Namque ut in aetherio signorum munere praestans,
Vnum quem duplici stellarum sidere vidi,
Scorpius alternis clarum fugit Oriona:
Sic inter sese tristis Haliaeetus iras,
Et Ciris, memori servant ad saecula fato.
Quacumque illa levem fugiens secat aethera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras,
Illa levem fugiens raptim secat aethera pennis.

pit, et captas non sibi moeret aves. Ex quibus cognoscimus tum apud veteres Graecos hoc genus aucupii ignotum fuisse, cum id in Barbaris admiretur Aristoteles: tum accipitrem potius illicis avis locum tenuisse: quam praedatricis. In illis tamen videmus quasi incunabula eius aucupii. Nam aetate Sidonii Apollinaris videtur maiore in cultu, ac cura fuisse: ut omnia solent ex parvis, et minimis augeri. Ita enim scribit ille in Panegyrico ad Augustum Avitum: *Quid volucrum studium, dat quos natura rapaces In vulgus prope cognatum? quis doctior isto Instituit varias per nubila iungere lites? Alite vincis aves: celerique per avia plausu Hoe nulli melius pugnator militat unguis.* Quae omnino industriam nostram repraesentant, qua hodie utimur, in venandis avibus. Nam, ut iam dixi, pro illice utebantur Accipitre. Est autem *illex avis*, quae Aristoteli παλεύτρια. Plautus: *Esca est meretrix, lectus illex, ast amatores aves.*

530 QVONIAM DAMNATA] Quoniam damnata est omnium Deorum iudicio, in quos impia fuit, quum patrios Deos hostibus prodiderit: tum etiam omnium filiorum, quod pro pessima filia in patrem se gesseit: tum omnium coniugum: quod ruina patris et patriae, coniugium sibi quaesiverit: propterea infestum odium parentis ei Dii opposuerunt. Itaque sic lego: *Infesti opposuit odium crudele parentis.* non, *apposuitque*, ut habent omnes editiones. Vel sic: quoniam damnata fuit iudicio Apollinis Iovis filii, qui cum Alcathoo Megaram condidit: vel Minois, qui Iovis filius fuit: item Iunonis coniugis. quia, ut supra demonstravimus, *Iunonis magnae violaverat inscia sedem.*

534 VNVM QVEM DVPLICI] *Duplex stellarum lumen*, ut *duplex spina*, et *duplex ficus*, hoc est magna. Nonnihil et in hoc et praecedente versiculo depravatum est. Quod ego sanare non potui.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

CATALECTA. *

DELIA, Tucca, tibi venit, ſed ſaepe videre
Non licet, occulitur limine clauſa viri.
Delia ſaepe tibi, non venit adhuc mihi: namque
Si occulitur, longe eſt, tangere quod nequeas.
Venerit aut tibi, ſed iam iam mihi nuntius iſte
Quid prodeſt? illi dicito, quae rediit.

* * *

Corinthiorum amator iſte verborum,
Iſte iſte rhetor. Namque quatenus totus
Thucy-

* Hinc potius incipiunt Catalecta Maronis: quum tria ſuperiora Epigrammata, (quae in Catal. Virg. a Scal. editis praemiſſa ſunt), inter Priapeia, ut dixi, cenſenda ſint. Quae qui collegit, κατάλεκτα vocavit, quae putavit citra controverſiam Virgilii eſſe, a dilectu ſcilicet. Nam eſt vox caſtrenſis κατάλογος et καταλέγειν. Sic et opuſculum panegyricum Lucani ad Piſonem, in veteri codice manuſcripto, Catalecton Lucani inſcribitur.

1 DE QVA TVCCA] Corruptiſſimum Epigramma. quod ita nobis legendum videtur: *Delia ſaepe tibi venit, ſed, Tucca, videre Non licet. occulitur limine clauſa viri. Delia ſaepe tibi venit, neque adhuc mihi, namque Si occulitur, longe eſt, tangere quod nequeas. Venerit aut iam iam tibi: ſed mihi nuncius iſte Quid prodeſt? illi dicito, quae rediit.* Salſiſſimum, et argutiſſimum epigrammatium. Nam quam non videbat, utpote quae dura mariti cuſtodia aſſervaretur, fruſtra eam veniſſe dicebat, tanquam rem factam haberet, et iamiam complexibus eius fruiturus eſſet, Venit quidem, qnantum tu dicis: ſed non ego credulus. nam longe eſt, quod tangere non potes. Eſto. venerit. credo. At quid mihi prodeſt haec ſcire? ipſi potius Deliae gratulare praeſenti ob reditum. Hic eſt totum ſal Epigrammatis. Nam ſi exagitat eum, quod, quam rediſſe gaudebat, eam videre non poterat, quomodo remittit ad eam, quam non videbat? Quaſi dicat inſultans: I nunc, alloquere eam. importune ſane, quae diligenter a marito aſſervaretur.

7 CORINTHIORVM] Non ſolum Virgilii eſſe hoc Epigramma, ſed et in Tullium Cimbrum

Thucydides tyrannus Atticae febris,

Tau

brum Rhetorem factum esse, auctor Fab. Quintilianus. Iste Cimber fratrem veneno sustulit. unde salsus iocus Ciceronis: *Cimber Germanum occidit*. Deque ea nece hic intelligitur in hoc Epigrammate multis mendis deformato. Quod non prius assequeris, quam ab iisdem mendis purgatum fuerit. Primum tam in antiquitus excusis Catalectis, quam in omnibus Quintiliani exemplaribus illud *Corinthiorum* non habetur. Sed in Catalectis quidem *Hormetiorum* legitur, in Quintiliani vero libris, *Ethormetiorum*. Ex quibus depravatissimis verbis duas lectiones eruimus. quarum priori non confido. alteram, quam apponam suo loco, puto veram esse. Prior igitur: *Rhetor metrorum amator iste verborum, Iste iste Rhetor.* -- Iste, inquir, est Rhetor ille, qui poetica verba in suis Declamationibus tam avide consectatur. Nam eo citasse hoc Epigramma Quintilianum, facile locum legenti patere potest. ubi ait non affectanda esse ea verba, quae magis poetica sunt, quam forensia. Quae quia affectabat Cimber ille, eo nomine a Virgilio deriderur. *Metra verba*, ut *pallium peristroma* Vlpiano, *aruus ager*, *laniena taberna* Varroni apud Nonium, *ancile scutum*, *rete iaculum*, *lapidem silicem*. *tibicini modi* apud Ciceronem, *poena multa*, apud eundem. *Phlegra tellus* in Culice. *fidicinae fides* apud Plautum, *ventus turbo* apud eundem, *manubia machaera* eidem Truculento: *Nisi si te mea manubia machaera, et hunc vis emori.* Ita enim legendum in Plauto. *manubia machaera* vel ex manubiis comparata: vel potius fulminatrix, a manubiis Iovis. Altera coniectura propius a vero abesse mihi videtur. ea haec est: *Rhetor meiorum amator iste verborum.* *Meiorum*, est μειύρων. μείυρα. verba decurrata. *al*, *tau*, *min*. pro *allio*, *tauro*, *minio*. Quod ex sequentibus patebit. Primam in μείυρον corripuit etiam Mautus Terentianus. ut in *chiragra* fecerunt Persius, et Martialis: et in *Phidia* Ausonius, Φιδίας. et in Soloecismo. dixit enim Solicismum, non Soloecismum: *Dic rectum casum*, *iam Solicismus eris.* σολικισμὸς inquam, non σολοικισμός.

9 THVCYDIDES TYRANNVS] In Quintiliano legitur: *Thucydides Britannus.* Ergo Britannum, aut Gallum eum fuisse necesse est. Poterat et legi *Thucydidis tyrannus.* ut vocet eum ita, quod dum ineptus Thucydidis imitator est, ipsum totum στρεβλῶν, et membratim discindere videtur. Eadem figura *Atticae febrim* vocat, quod ψυχρὸς ἀττικιστὴς esset. Sed melius *Thucydides Britannus.* Nam *totus Thucydides*, est totus in Thucydidis imitarione,

Ibid. ATTICAE FEBRIS] Quod, ut iam monuimus, frigidus ἀττικιστὴς esset. Ita Theognin quendam poetam *frigidum*, χιόνα cognominabant vulgo Athenienses. In cuius frigiditatem ita ludit Aristophan. ἀχαρνῦσι. εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν θρᾴκην

10 Tau Gallicum ſpinae ipſemet male illiſit,
Iſta omnia, iſta verba miſcuit fratri.

Socer

θράκην ὅλην, καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ᾽ ὑπ᾽ αὐτὸν τὸν χρόνον, ὅτ᾽ ἐνθάδι Θέογνις ἠγωνίζετο. Cui conſentaneum et illud Horatii in Furium et ipſum etiam frigidum poetam. *Furius bibernas cana nive conſpuit Alpes.* Quod παρῳδίασθαι, ex ipſo Furio. *Iuppiter bibernas* etc. Nam leviſſima mutatione mos eſt παρῳδιάζειν.

10 TAV GALLICVM] In veteribus excuſis ita conceptus eſt hic verſiculus, etiam in Fabii codicibus: *Tau Gallicum minae ipſemet male illiſit.* Sequemur apices illius corruptae editionis, et a veſtigiis minimum diſcedemus: *Tau Gallicum, min ipſum, et al ei illiſit.* Quod Auſonio duce inveſtigavimus. qui ita Grammaticum interrogat in Monoſyllabis ſuis, ingenioſiſſimo opuſculo: *Dic quid ſignificent, Catalecta Maronis in his, al, Et quod Celtarum poſuit non lucidius tau, Et quod Germano miſtum male letiferum min?* Ita enim et legendus ex correctione noſtra, et ſupplendus ex veteri libro Auſonius noſtras, poeta poſt tempora Domitiani omnium erudítiſſimus, et in cuius lectione nemo operam ſuam luſerit. Vides, ut Auſonius dei ſertim in animo hunc locum habuerit, vt quaſi manu ad ipſum fontem nos ducat? Sed quod ipſe ignorat, aut, quod verius puto, ſciſcitabundus quaerit tanquam aenigma proponens, non tanquam aenigmatis ignarus, illud nos explicemus. Quatenus, inquit, ille magnus Rhetoricorum verborum volutator, verba, quae more gentis ſuae decurtata pronunciat, quaſi illidit Rhetoricae, quemadmodum et in Gallia vulgo ludimus in ſermone communi de eo, qui ſoloeciſmos committit, eum nempe rhapiſmate, et alapa ferire Priſcianum: quatenus, inquam, illis truncis verbis tanquam talitro quodam ferit Atticam, hoc eſt Graecos Rhetoras: quod inepte et more gentis ſuae, ut dixi, declamans verba ipſa decurtaret, ut pro allio, *al*: pro tauro, *tau*: pro minio, *min* efferat: qui in argumentis Scholaſticorum de veneno trito ſaepe tractatur: illa, inquam, omnia venena, quae in illis Declamationibus quotidie iactat, miſcuit fratri, et eum potione ſuſtulit. *Tau Gallicum* dixit, quia Gallus dimidiatas tantum voculas proferebat (quanvis non Gallus, ſed Britannus, ut ſupra dixi, fuerit, ſed propter utriusque gentis vicinitatem ita vocat, ut Perſam pro Medo, et contra.) Sic hodieque omnes, qui veterem linguam Gallicam matricem, aut eius dialectorum propagines loquuntur, Britanni, Germani et Flandri ita verba ſolent decurtare, ut Germani quidem, et Britanni multa non ſolum ſuae linguae monoſyllaba habeant, ſed et quae a Latinis acceperunt, et aliis linguis, monoſyllaba faciant, quanvis non omnia: et quae ſaepe in vocalem

* * *

Socer beate, nec tibi, nec alteri,
Generque Noctuine, putidum caput,
Tuone nunc puella talis, heu tuo
Stupore pressa rus abibit? Hei mihi
Vt ille versus usquequaque pertinet.
Gener, socerque, perdidistis omnia.

* * *

Superbe Noctuine, putidum caput,
Datur tibi puella, quam petis, datur,
Datur, superbe Noctuine, quam petis.
Sed, o superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium,
Duas, et hanc, et alteram tibi dari.

Adeste

lem terminant scribendo, sine ea proferant. Britanni vero ridiculi, quos, quum Latina pronuntiant, non Latina, sed Britannica loqui putes, *aqs*, *pups*: pro *aquas*, et *puppis*. Quum igitur Cimber iste in scholis declamaret de morte Themistoclis, qui epoto taurino sanguine extinctus est, pro tauro dicebat *tau*. Quum tractaret argumentum de illo, qui, quum patri in mortario alliatum tereret, a noverca minium iniectum imprudens triuit, ut veneficii mox accusaretur a noverca, aut nescio quid tale: pro allio, *al*: pro minio, *min* dicebat. Minium enim, ut et Asclepiadae scribunt, praesentaneum venenum. Sane non mediocriter gaudeo me tam eleganti Epigrammati lucem tulisse, pulsis iis, quas librariorum incuria offuderat, tenebris.

14 TVQVE NVNC] Lege: *Tuone nunc puella talis, heu tuo Stupore pressa rus abibit? hei mihi, Vt ille versus usquequaque convenit.* *Stuporem* vocat Noctuinum, ut et Catullus ipse. *Talis hic meus stupor. nil videt, nihil audit.* Sic *stolonem* pro stolido dixit Ausonius. Vnde *stolidus* et *stolitus*, qui postea *stoltus*, *stultus*.

15 RVS ABIBIT] Quia aere alieno obruti. Iccirco illud Catullianum subiunxit: *Gener, socerque perdidistis omnia.* Significat Noctuinum inquilinum cogi emigrare rus ex aedibus conductitiis, quod, unde pro pensione solveret, non haberet. quae migratio fiebat Cal. Quinctilib. quia is erat conductionum dies. Martialis lib. XII. Epigr. 23. *O Iuliarum dedecus Calendarum. Vidi, Vacerra, sarcinas tuas, vidi. Quas non retentas pensione proc bima Portabat uxor* --

17 GENER SOCERQVE] Notissimus versiculus Catullianus: *Eone omine Vrbis Genere socerque perdidistis omnia?*

25 HIR-

Adeſte nunc, adeſte, ducit, ut decet,
Superbus, ecce, Noctuinus herneam.

* * *

Iacere me, quod alta non poſſim, putas,
    Vt ante vectari freta:
Nec ferre durum frigus, aut aeſtum pati,
    Neque arma victoris ſequi.
Valent, valent mihi ira, et antiquus furor,
    Et lingua, qua adſim tibi,

Et

25 HIRNEAM] Non ſolum hic, ſed et in multis aliorum auctorum manu ſcriptis exemplaribus ita exaratum perperam pro *hernia* vidi. Laſcivia quadam *herniae* nomen παρὰ τὸ ἔρνος formarunt, ut et *Ramicis.* Vtrunque enim, quod cum inteſtinum incipit in ſcrotum decidere, videtur ramum facere. Dicitur autem in hoc Iambo duas habere filias Atillius: nempe filiam, ſponſam Noctuini, et herniam. Ergo uterque alendus Noctuino, ſocer hernioſus, et filia, uxor ipſius Noctuini. Et videtur tritum in communi ſermonis laſcivia fuiſſe. Nam et Atellana Pomponii inſcripta fuit, *Hernia ſponſa Pappi.* Si retines *Hirneam*, ut vulgo excuſum eſt, intellige de ebrioſa filia Atillii: quae, ut eſt ſimile in Epigrammate Graeco, nunquam a ſe amphoram ſemovebat, adeo ut ipſam ſororem ſuam vocaret. Ergo duae filiae, ipſa et eius ſoror, *Hirnea.* Eſt autem *Hirnea*, vel potius *Irnea*, ut apud Plautum Amphitruone, genus vaſis vinarii. Antiquitus *Erneum*, unde et ita genus libi ei ſimile, aut ad eius formam fictum, vocabatur: παρὰ τὸ ὄρνεον, quod avis figuram haberet: ut quod Muſculi formam, μυόβαρβον. unde Myobarbum Auſonii. Nam βάρβος, vaſis genus. Sic quod Scarabaeo ſimilis, κάνθαρος, et ſimilia: *Erneum* potius, quam *Orneum* dixiſſe non mirabitur, qui meminerit et *Apellinem*, *Elera*, *bemonem* quoque uſurpaſſe.

26 IACERE ME] In Lucium quendam cinaedum ſcribitur hoc poematium, maledicentiae, et probrorum pleniſſimum Quod non auſim Virgilio attribuere; licet elegans et eruditum. Videtur enim ſecundum aetatem Auguſti ſcriptum fuiſſe.

26 IACERE] Eadem mente, qua et in Epigrammatio Petronii: *Rebus in adverſis quae iacuere, iuvant.* Et neſcio quis dixit *iacentem guſtum.* Et Gellius: *Oppido iam iacere, ac ſordere incipiunt, quae Latina ſunt.* Eſt, quod Graeci, ἀτονεῖν.

31 ET LINGVA QVA] Lego, *et Lingua, qua ſat ſim tibi.* hoc eſt, qua tibi ſufficiam, qua tibi ſuperſim.

Et prostitutae turpe contubernium
Sororis. O quid me incitas?
Quid, impudice, et improbande Caesari?
Sed furta dicantur tua,
Et heluato sera patrimonio
In fratre parsimonia:
Vel acta puero cum viris convivia,
Vdaeque per somnum nates.
Et inscio repente clamatum super,
Thalassio, Thalassio,
Quid palluisti femina? an ioci dolent?
An facta cognoscis tua?
Non me vocabis pulcra per Cotyttia
Ad feriatos fascinos:

Nec

36 ET HELLVATO] Allusum ad Hesiodium -- *δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.*

40 ET INSCIO REPENTE] Vt de liberto impuro impuri Neronis, quem in foeminae naturam mutare volebat herus: et ei Epithalamium accini iussit. Forsan ille versus Anacreontis apud Ammonium de talibus nuptiis accipiendus est: *καὶ θάλαμος, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο.* Nisi sensit Anacreon de uxorio homine. Nam qui sub uxoris imperio vivebant, eos *nubere* dicebant. Pomponius Atellanus: *Herus meus nupsit quoidam vetulae varicosae Afrae. Thalassio* hic bis repetitum est, ut in quodam Epigrammate Iambico ter repetisse Virgilium auctor Marius Victorinus: *Thalassio, Thalassio, Thalassio.*

42 QVID PALLVISTI FOEMINA? AN IOCI DOLENT] Ianus Douza, Dominus Nordowix, hoc modo legendum censet: *Quid palluisti? feminane an loci dolent.* L.

44 PVLCHRA PER COTYTTIA] Corintho Romam invecta haec. Eisque solae foeminae intererant, adeo ut conqueratur Canidia Horatium ea in vulgus extulisse. *Inultus ut tu riseris Cotyttia Vulgata, sacrum liberi Cupidinis.* Eorum praeses *Cotytto* Dea impudicitiae. Cuius et non absimilis alia nomine *Cicinnia*, quae in veteri Glossario exponitur *θεὰ κιναίδων.* ab eo, puto, quia cinaedi cincinnati. Vnde proverbium: *οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται.* Apud Horatium tamen vetus interpres Porphyrio legit *Cocytia*, accipitque pro infernis sacris, quae solebant facere maleficae mulieres ad amorem conciliandum. Quae nos in Ciri *Stygialia* dici annotamus.

45 AD FERIATOS] Etiam vetustioribus temporibus Romae Mutuno Titinio inequitabant foemi-

Nec dein movere lumbos in crocotulam
Prensis videbo altaribus,
Flavum prope Thybrim et olentis nauticum
Vocare: ubi appulsae rates
Stant in vadis coeno retentae sordido,
Macraque luctantes aqua,
Neque in culinam, et uncta compitalia,

Dapes-

foeminae. Vide Festum, Arnobium, Augustinum: quorum sane me puder, pigetque.

46 NEC DEIN MOVERE] Transposita, et corrupta. Puto ita: *Movere lumbos nec dein, crocotulae Prensis videbo alaribus. Alaria vestis* exemplo Graecorum, *πτερύγια*: quae et *alae* dicuntur. Sane qui talarem vestem haberet, in saltando ei subducenda erat, ut expeditius moveret corpus. Notat eum *θηλυδρίαν, καὶ καταπύγωνα*, qui veste muliebri, hoc est, crocota saltaret. Et satis morbum notavit, cum ait: *Quid palluisti foemina?* --

48 FLAVVM PROPE] Desperatus locus, cui opem ferre non possum. an potest: *Flavumque ripae Tibrim olentis nauticum Vocare.* -- *Tibrim flavum ripae olentis nauticum*: quae olet nauticum: ut litora portuum, et ostia fluviorum, quae olent picem, sentinam, et nauteam: vel, ut ludit Aristophanes, *ἥντις ὄζῃ παρασκευῆς νεῶν*. Nec videbo te vocare me ad Tibrim flavum ripae olentis, ad festum Fortis Fortunae, aut ad diem Annae Perannae: ubi pleraque licentia *ἀνέδην* vagabatur. Vide Ovid. in Fastis. An vero? *Fallum ad Priapi turbulenti antiquam Vocare?* -- *Turbulenti*: explicat Iuvenalis de eadem re, Sat. V. 314. -- *Cum tibia lumbos Incitat, et cornu pariter vinoque feruntur Attonitae, crinemque rotant ululante Priapo.* Non amplius te videbo haec et haec facere? neque vocaris amplius ad Phallum, hoc est ad feriatos fascinos Priapi? Haec mihi inter scribendum exciderunt. Nam melius comminisci non potui.

Ibid. FLAVVMQVE PROPTER THYBRIM] Idem Douza legit: *Flavumque propter Tybrim olentes nauticum.* id est, nautas ipsos Tyberinos nauteam olenres. L.

52 NEQVE IN CVLINAM] Quem in sensum accipienda sit culina hoc loco, docet Sex. Pompeius: *Culina*, inquit, *vocatur locus, in quo epulae in funere comburuntur.* Aggenus Vrbicus de agrorum controversiis: *Culinae vocantur in suburbiis loca inopum funeribus destinata.* Vnde *inquilini*, eae, nisi fallor, sunt, quas *ἄυστρας* Aristophanes *ἰπνεῦσι* vocat. Puto et *καυστήρια* ab Artemidoro dici: *γυναιξὶ δὲ ἑταίραις ταῖς ἐπὶ καυστηρίοις ἑστώσαις μιγνύσθαι, μικρὰν αἰσχύνην, καὶ βραχὺ ἀνάλωμα σημαίνει.* Nimirum sentit Artemidorus eas, quas Catullus ait in

Dapesque ducis sordidas:
Quibus repletus, ut salivosis aquis,
Obesam ad uxorem redis,
Et aestuantes docte solvis pantices,

Os

in sepulcretis, aut in ustrinis ipso rapere e rogo caenam. Nihil autem intelligitur per culinam, quam εὔτρα. Erant et in aediculis Herculis culinae, ad quas peregre profecturi sacrificabant, ut patet hac inscriptione: HERCVLI SAXANO SACRVM SER. SVLPITIVS TROPHIMVS AEDEM, ZOTHECAM, CVLINAM PECVNIA SVA A SOLO RESTITVIT. IDEMQ. DEDICAVIT K. DECEM. L. TVRPILIO DEXTRO M. MAECIO RVFO COSS. EVTVCHIVS SER. PEREGRINANTIB. CVRAVIT. Certum est enim peregre profecturos Herculi sacrificare solitos: quod dicebant *propter viam sacrificare:* hoc est, quod Graecis Historicis subinde dicitur, *τὰ ἐξιτήρια θύειν.* Et inde iocus Catonis apud Macrobium, de eo, qui, postquam bona comederat, domum suam incenderat. Nam in culinis Herculis quicquid ex pollucta dape reliquum erat, igne absumebatur.

Ibid. ET VNCTA COMPITALIA] In Compitalibus enim culinae illae erant, ad quas epulum Laribus ponebatur, quod a pauperibus diripiebatur. Talis *ἑκάτης θοίνη* apud Graecos.

54 QVIBVS REPLETVS] Dimeter, qui sequitur, alieno loco irrepsit. sequenti enim subiiciendus. ut sequens huic, ita: *Quibus repletus ut salivosis aquis Os usque lambis saviis. Salivosas aquas* dicit, ut *Salivatum* apud Columellum, quicquid *ἀνατομοῖ*, hoc est, quicquid gustum reficit. *Salivam movere* dixit Seneca Epist. 79. hoc est gustum facere. Vnde etiam Persius Sat. VI. 24. -- *turdorum nosse salivam.* Facete *os usque lambis saviis*, tanquam si aliqua adiiciali caena acceptus esses, *os lambis saviis*, hoc est, more canum, qui aliquid ligurierunt, labra etiamnum lambis. Hoc enim canes facere, cum sapidum aliquid gustarunt, videmus. *Savia* enim sunt labra, ut Plauto -- *valgis ductant saviis. Valga savia*, labra distorta. Ita enim labris conformatis, ridebant militem. Nam ibi *savia*, labra. ne, si oscula interpretaris, sit, quod Graeci *στρεπτὸν φίλημα* vocant. Hesych. *στρεπτὸν, φίλημά τι ποιὸν σκολιόν.*

56 ET AESTVANTES] Iam admonuimus praecedentem Dimetrum huic Trimetro subiiciendum: sed et Trimeter ipse mendis non caret, quae ita tolli possunt: *Et aestuantes nocte solui pantices Obesam ad uxorem redis.* Et redis ad obesam uxorem solui aestuantes pantices: ut soluas pantices figura Horatio familiaris. *Pantices* sunt, quod vulgo vocamus *farcin*, corrupte a farcimine. Nam ita vocat

Vege-

Os usque lambis saviis.
Nunc laede, nunc lacesse, si quidquam vales:
Et nomen adscribo tuum.
Cinaede Luci, an te reliquerunt opes?
Fameque genuini crepant?
Videbo habentem praeter ignavos nihil
Fratres, et iratum Iovem,

Scissum-

Vegetius. Plautus Pseudolo: -- *improbae vino modo cupidae estis. Et vos vestrosque pantices madefacitis.* Et Martialis L. VI. Ep. 64. *Qui cum panti.ibus laxis, et cum pede grandi Et rubro pulmone vetus.* -- Vbi pulmonum φθίσει hominem laborantem intelligere, nihil vetat. Sed ego puto *pulmonem* ibi, et *pantices* idem esse, quemadmodum et *pulmunculum* apud Vegetium de re Veterinaria. quod pantices pulmonum ruborem referant. Itaque sic locus Plauti in Epidico accipiendus est: -- *pedibus pulmoneis Qui perbibetur, prius venisset, quam tu advenisti mihi.* ut pedes pulmoneos intelligat, qui panticibus ulcerosi sunt. nisi referatur ad proverbium πλεύμων, de stupido. vel potius dixerit pedes pulmoneos, tumidos. sicuti Plinius pulmonea quaedam poma vocata ait, id est, ut ipse interpretatur, stolide tumentia. In veteri Glossario *Pantices* ἕλκη ἐπὶ τραχήλῳ τῶν κτηνῶν exponuntur.

58 NVNC LAEDE] Manifesto haec ostendunt superiora per insultationem dicta esse, quasi ab exprobrante, et per interrogationem efferenda esse ita: *Non me vocabis pulchra per Cotyttia Ad feriatos fascinos? Movere lumbos nec dein, crocotulae Prensis videbo alaribus? Fallum ad Priapi turbulenti neutiquam Vocare, ubi adpulsae rates Stant in vadis caeno retentae sordido, Macraque luctantes aqua? Neque in culinam, et uncta compitalia Dapesque ducis sordidas?*

59 ET NOMEN ADSCRIBO] Legendum sine ulla controversia: *Et nomen adserito tuum.* Improbe enim appellavit, cum cinaedum dixit.

61 FAMEQVE GENVINI] Ve famelicis canibus crepare solent. Plautus Milite: *Venter creat omnes has aerumnas: auribus Peraudienda sunt, ne dentes dentiant.* Graeci id dicunt μυλιᾶν. ut Hesiodus: δεινὸν μυλιόωντες. In eadem significatione *Dentire* Varroni ἕως ποτὲ περὶ ὠρῶν, ut et Plauto: *Teges ruina, ne iacentem sub Deo Ambesset algus dentientem frigore.* Hipponax, βαμβακύζειν. δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι. κάρτα γὰρ ῥιγῶ. καὶ βαμβακύζω -- Ad quos versus Hipponactis allusit Aristoph. ὄρνισι. οὔτ' σὺ μέν τοι σπολάδα, καὶ χιτῶν' ἔχεις. ἀπόδυθι, καὶ δὸς τῷ ποιητῇ τῷ σοφῷ ἔχε τὸν σπολάδα. πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκεῖς. Quod tamen Scholiastes assequutus non est.

Sciſſumque ventrem, et hernioſi patrui
Pedes inedia turgidos.

AD VENEREM.

Si mihi ſuſceptum fuerit decurrere munus,
O Paphon, o ſedes quae colis Idalias:
Troius Aeneas Romana per oppida digno
Iam tandem ut tecum carmine vectus eat:
Non ego thure modo, aut picta tua templa tabella
Ornabo, et puris ſerta feram manibus.
Corniger hos aries humilis, et maxima taurus
Victima

64 SCISSVMQVE VENTREM] *Scindere ventrem* ἐπ' αἰσχρῷ dictum eſt. Laberius: *Puero noſtro billas caedit.* Idem intellexit Plautus Caſina: *Effodere hic volt, credo, veſicam villico.* Sic accipiendus iocus Martialis lib. XI. Ep. 89. *Aluum dixit habere ſe ſolutam.* In quem enim ſenſum Martialis dixit *aluum ſolutam*, in eundem noſter poeta *ſciſſum ventrem.*

Ibid. HIRNEOSI] Repone *hernioſi.* Idem error, qui ſupra.

65 PEDES INEDIA] Cur inferiores partes famelicis tumeant, vide Ariſtotelem Problematis. Heſiodus Fragmento μεγάλων ἠοίων per γυνοπαχῆ idem αἰνιγματικῶς intelligit: πὰρ δ' ἀχλὺς ἑστήκει ἐπισμυγερή τε, καὶ αἰνή, χλωρή, αὐσταλέη, λιμῷ καταπεπτηυῖα, γυνοπαχής. -- eodem aenigmate: λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις. Hoc eſt, ne fame pereas. Sed τὸ γυνοπαχὲς in Fame eleganter Ovidius deſcribit: -- *genuumque tumebat Orbis, et immodico prodibant tubere tali.*

1 SI MIHI SVSCEPTVM] Votum Maronis pro ſuſcepto Aeneidis opere ſuſpenſum pro templo Veneris Surrentinae. Eſt autem elegantiſſimum poemation et Virgilio digniſſimum.

7 ET MAXIMA TAVRVS] Idem ἀκροτελεύτιον invenitur et in Georgicis: *Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus Victima.* -- Vides doctiſſimum poetam, *victimam* de magnis dixiſſe, certus, veteribus illis, qui pure loquebantur, ita obſervatum fuiſſe. Quod verum eſſe, manifeſto Plautus docet in Pſeudolo, ex verbis lenonis: *Nolo victimas: minimis med extis placari volo.* Nam *minima exta* oppoſuit *victimis.* Sed luſit Comice in voce *minimis*, reſpiciens ad minas viginti, quibus ſibi litari volebat. Adoleſcens vero iocum non percipiens, iubet arceſſi agnos. quia eae ſunt minimae hoſtiae, et quae vere victimae dici non poſſunt, quum ait: *Propera: quid ſtas? arceſſe agnos. audin' quid ait Iupiter?* Itaque apud Plautum male hodie legitur *agninis extis.* quum pleraeque calamo exaratae membranae habeant, *minimis extis.* ubi ſane vere Plautinus latet iocus.

Victima sacratos tinget honore focos:
Marmoreusque tibi, Dea, versicoloribus alis,
In morem picta stabit amor pharetra.
Adsis, o Cytherea: tuus te Caesar Olympo,
Et Surrentini litoris ora vocat.

* * *

Ite hinc inanes rhetorum manipli,
Inflata rore non Achaico verba.
Et vos, Sile, Albuti, Arquitique, Varroque,
Schola-

iocus. At non ita in vulgata lectione.

8 TINGET HONORE] Scio *instaurare aris honores* dictum a Virgilio, sed πληθυντικῶς. Itaque hic lego, *tanget odore*. Graeci δεύσει τῇ κνίσσῃ. *Tanget*, ut Varro, *tangere tectorio*.

9 MARMOREVSQVE] Lego: *Marmoreusque tibi diversicoloribus alis* etc. Alas Amori attribuere recentiores poetae, ut aiunt Graeci, quum vetustissimi nihil tale de eo prodiderint. At fuit, quum non solum alatum, sed etiam barbatum pinxerunt: quod minus vulgare est. Ita enim eum de se loquentem inducit Theocritus: aut quisquis is poeta fuit, qui scripsit πτερύγιον. μὴ δὲ τρέσῃς, αἰ τυσὸς ὢν δάσκια βέβριθα λάχνᾳ γένεια. Ita enim legendum in Theocrito. ubi τυσὸς Dorice pro τυτθός. Sed malo legere hic in nostro Epigrammate: *Marmoreusque tibi, Diva, ignicoloribus alis* etc.

13 ITE HINC INANES] Transposita sunt: *Ite hinc inanes Rhetorum manipli, ite hinc.* Scripsit hoc Epigramma, quum Athenas proficisceretur, ut Philosophiae Epicuri operam daret. Quod alibi notamus.

14 INFLATA] Lege: *Inflata rore non Achaico turba.* Sic enim olim adolescentes emendabamus. Significat loquaces, quales sunt cicadae, quae rore victitant. Proverbium τέττιγος λαλίστερος. Etiam rore victitare dicebatur in macilentos. Callimachus: ᾧ κενεῷ κενεαὶ πρωῒ πρῶκες ἔραζε πεσοῖσαι ἐνδυκέως αἰεὶ πρώκιον εἶδαρ ἔδων. Ita correximus. Elegantissimum distichum.

15 ET VOS] Potest legi: *Et vos Stilo Aeli, Tarquitique, Varroque.* Sed aliter excusus est antiquitus versiculus iste: *Et vos seliquir, arquitique.* An, *Et vos Seli, Curi, Arquitique, Varroque?* an potius? *Et vos Seli, Irri, Tarquitique* etc. *Tarquitius* est ille qui scripsit Ostentarium librum, hoc est, τερατοκριτικόν. ut nuper docuit eruditissimus P. Pithoeus noster. valde placet prior coniectura, *Stilo Aeli.* de quo Grammatico vide Suetonium.

Scholasticorum natio madens pingui:
Ite hinc inanes cymbalon iuventutis.
Tuque, o mearum cura Sexte curarum,
Vale Sabine: iam valete formosi.
Nos ad beatos vela mittimus portus,
Magni petentes docta dicta Scironis,
Vitamque ab omni vindicabimus cura.
Ite hinc Camenae: vos quoque limite saevae, *
Dulces Camenae: nam fatebimur verum,
Dulces fuistis: et tamen meas chartas
Revisitote: sed pudenter, et raro.

DE SABINO PARODIA CATVLLIANA.

Sabinus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse mulio celerrimus:

Neque

16 MADENS PINGVI] *Madens* hic, non tinctus, sed penitus imbutus. Martialis lib. VII. Ep. 51. *Iure madens, varioque togae limatus in usu.* δευσοποιός. Graeci item dicunt purpuram bene imbutam, περιαλουργόν Metaphorice dixit Aristophanes περιχλουργὸς κακοῖς, ut hic dicitur *madens pingui.* Sic Cicero poetas Cordubenses aetatis suae pingue nescio quid redolere dixit.

17 CYMBALVM] Videtur proverbialiter tritum. Nam et Tiberius Caesar Cymbalum mundi vocavit Appionem Grammaticum. Apud Gellium ubi bis Appion polyhistor appellatur. in manu scripta membrana *Appion plistonices* exaratum est.

20 NOS AD BEATOS] Vel portus dixit simpliciter Athenas ipsas, quas petebat Philosophiae Epicureae discendae studio: vel potius ἀλληγορικῶς e fluctibus vitae, et Reipublicae, et religionis se ad id studium tanquam ad portum recipi, ubi ab omnibus vitae tempestatibus aeterna quies est. propterea subiicit ἐπεξηγηματικῶς, *vitamque ab omni vindicavimus cura.* Nihil enim, nisi ἀμέριμνον βίον, καὶ ἡδυπαθῆ promittit Epicurus.

23 ITE HINC CAMOENAE] Olim legebamus: *Ite hinc Camoenae vos quoque, ite lascivae.* Neque eius me coniecturae poenitet. Sed propius ad vestigia veterum excusorum accedit: *Ite hinc Camoenae vos quoque, ite Misenae Dulces Camoenae* — Vt Misenas Camoenas intelligat, propter secessum Neapolitanum, et Surrentinum.

24 DVLCES CAMOENAE] In veteribus editionibus excusum fuit: *Dulces Camoenae. animum fatebimur verum.* Lego sane: *Dulces Camoenae, (an infitebimur verum? Dulces fuistis)* —

1 SABINVS ILLE] Parodia est, ex Phaselo Catulli,

quem

Neque ullius volantis impetum cisi
Nequisse praeterire: sive Mantuam
Opus foret volare, sive Brixiam.
Neque hoc negat Triphonis aemuli domus
Negare nobilem, insulamve caeruli:

Vbi

quem nos olim adolescentes totidem Iambis puris Graece vertimus. Veterum ludicra exercitatio fuit παρῳδία, ut Archestrati versus ex Homero, et innominati auctoris ex Bucolicis Virgilii: *Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?* Item: *Dic mihi Damoeta, cuium pecus? anne Latinum? Non: verum Aegonis. nostri sic rure loquuntur.* Quod quia ex vita Virgilii desumptum est, et nihil nocet de tanto auctore scire, imo necesse est scire: corrigam locum insigniter depravatum ex depravata tamen manuscripta lectione, sed quae propius absit a veritate. Igitur ita lego: *Obtrectatores Virgilio nunquam defuerunt. Nec mirum. Nam nec Homero quidem Prolatis Bucolicis, innominatus quidam rescripsit Antibucolica, duas modo Eclogas, sed insulsissime παρῳδήσας. quarum prioris initium est: Tityre si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?* sequentis: *Dic mihi Damoeta* etc. In quibus nullum vulgatae lectionis vestigium agnoscas. adeo omnia perturbata sunt. Vt etiam *Paro* quidam pro poeta (si diis placet) acceptus sit. Conferant ergo nostram ex veteri manu scripta correctam cum vulgata lectione: ac quantum intersit videbunt. Scripta est haec festivissima parodia in Ventidium Bassum: qui ex mulione post aliquot stipendia, Praetor, mox Consul factus est, ut haec in illum famosa ostendunt: *Concurrite omnes, Augures, Aruspices. Portentum inusitatum conflatum est recens. Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.* Et contumeliose dixit Plancus ad Ciceronem: *Ventidii mulionis castra prospicio.* Sed amplius de eo Gellius, Val. Maximus, et Plinius.

6 NEQVE HOC NEGAT] Lege: *Et hoc negat*, ut in Catullo.

7 INSVLAMVE CAERVLI] An per Caerulum intelligit Benacum, qui assurgit fluctu marino? per insulam vero, Sirmionem eius lacus peninsulam venustissimam, quondam Catulli poetae, et aliquando etiam, dum fata manebant, SCALIGERORVM PRINCIPVM amoenissimum secessum? An vero est id, quod narrat Strabo lib. VI. Fuisse quendam Tryphonem cognomine διόδοτον, qui Apameam nobilem Seleuciae Syriae urbem occupavit, sese que regem totius Pieriae declaravit. Qui postea cum duabus legionibus Romanis a Basso quodam obsessus, tandem in deditionem venire coactus est. Haec omnia conveniunt Basso nostro, qui et ad illas partes Syriae, et ad Parthos, et Euphratem saepius missus fuit ab Antonio.

Vbi iste post Sabinus, ante Quinctio

Biden-

Ac insulae formam habuisse Apameam urbem, auctor idem Strabo. De Tryphone vero ex praecedentibus satis convenit. Sed non potest esse. Nam quid faciemus illa voce *Caeruli*? Deinde istum Bassum non ἀστίδιον, sed χιλίλιον vocat Strabo. An *insula Caeruli* erit Britannia magna? Nam seu mare interius, sive Oceanus *Caerulum* κατ' ἐξοχὴν vocatur. Varro Marcipore: *Propontis unda, quam liquante Caerulo Aqua natantem nempe perfundat, cape*. Ad insulam vero Britanniam secutus est Caesarem Bassus. Nam et Gellius ait ad ultimas usque Gallias cum Caesare venisse eum etiam tum, quum mulio esset. *Domus ergo Tryphonis* erit, domus Mamurrae. Mamurra enim habuit praedium nobilissimum in agro, Firmano, ut ait Catullus. Bassus vero fuit ex eo agro, hoc est Picentinus. auctor Gellius. Quare in eo verisimile est mulioniam exercuisse Bassum. Fuit enim illi natale solum. Iam *Tryphonis* nomen meruisse Mamurram, quem hic noluit nominare Virgilius, quod Caio Caesari amicus fuerit, non mirabitur, quisquis eius luxum cognoscet ex Catullo. Sic Ptolemaeus unus ex Regibus Aegypti propter luxum τρύφων vulgo cognominatus. auctor Aelianus. Quare hic intelligeretur Ventidium et in Galliis, et in natalibus Picentinis exercuisse mulioniam. A superiora illa omnia falsa sunt; illud vero, quod sequetur, certissimum? Tryphonem pro nomine mulionis accipiendum; quem iecirco aemulum Venridii dicit, hoc est, eiusdem quaestus exercitorem. sicut et *Caerulum* nomen proprium esse, Latinum quidem illud, sed non Romanarum gentium. Est enim nomen servi insularii, hoc est custodis insulae cuiuspiam in urbe. Ergo *insulam caeruli*, cuius Caerulus custos fuit. *Insularium* vocat Vlpianus servum insulae custodem. Salse ergo hominem notat: utpote quem dicat notum fuisse Tryphoni mulioni, et Caerulo insulario: ac cum eis quaestum de mulionia fecisse. Haec sine ullo dubio firmissima est coniectura.

x QVINCTIO] Mulas Quinctii mulionis air totondisse: cuius Bassus fuerit submulio: aut cuius perpetuarium mulum conduxerit. Itaque propterea vocavit eum Cicero *Subfarraneum mulionem*, ut est apud Plinium. Nam Quinctius, ut et alii servi, ab hero far, et demensum suum accipiebat, a quo rursus et Bassus acciperet, tanquam eius submulio. ut omnino Quinctius fuerit ordinarius mulio: Ventidius vicarius. Sic in Factionibus *succenditor* appellabatur, qui Conditori parebat. Siquidem *Conditor* ἀλείπτης ἵππων optimus Glossarius exponit. De quo et ita in veteribus inscriptionibus M. VIPSANIO QVARTIN. SVCCONDITORI. Quanquam ego puto conditores factionum esse eos, qui factionem ederent, et missus suppedirarent. ut Factionum dicerentur Conditores, quemadmodum munerum, hoc est gladiatorum editores in

vita

Bidente dicit attondiſſe forcipe
Comata colla, ne qua ſordidum iugo
Premente dura vulnus ederet iuba.
Cremona frigida, et lutoſa Gallia
Tibi haec fuiſſe, et eſſe cognitiſſima
Ait Sabinus. Vltima ex origine
Tua ſtetiſſe dicit in voragine,
Tua in palude depoſuiſſe ſarcinas,
Et inde tot per orbitoſa millia
Iugum tuliſſe: laeva, ſive dextera
* Stringere mulas, ſive utrumque coeperat.

Neque

vita D. Antonini Pii. legendumque in optimo Gloſſario, *Conditor* *ἀλείπτης πίθων* vel *ἀλείπτης, πιττῶν*, qui pice illinit cados, quos poſtea condat, et infodiat terrae. Horat. -- *Graeca quod ego ipſe teſta Conditum levi* -- Sed ad Ventidium, hoc eſt ad rem. Fuit igitur ſubfarraneus, et ſubmulio Quinctii: et forſan quartarius: quod trientem caperet de toto aſſe quaeſtus, et dodrantem redderet Quinctio, a quo mulas conducebat.

9 BIDENTE DICIT] Claudicat verſus. Fortaſſe legendum: *Bidente dicit attodiſſe forcipe.* ut ſit *attodiſſe*, ut *attigo*, *pago*. Niſi ſit, *Ait bidente tonſitaſſe, forcipe.*

10 COMATA COLLA] Iubata. *Recutita colla mulae* contra Martiali, *τὰ ἀποκεκαρμένα.*

11 VVLNVS EDERET] Hoc nos *Panticem* vocari invenimus in illo optimo Gloſſario toties a nobis laudato, ut ſupra admonuimus. In eo enim ita ſcriptum fuit: *Pantex*, *ἕλκος ἐπὶ τραχήλου κτηνῶν.*

15 IN VORAGINE] Et Catullus: *Ferream ut ſoleam tenaci in voragine mula. Vorago* igitur *τὸ τέναγος.*

16 DEPOSVISSE SARCINAS] *ἀρχαϊκῶς* legendum *depoſiſſe.* integrum *depoſivisse.* Catullus: *quam mater prope Deliam Depoſivit olivam.*

19 STRINGERE MVLAS] Haec non ſunt unius aſſis. Lego: *Strigare mula. laeva, dextera mula*, ut in quandrigis, *laevus, dexter equus. Strigare* dicuntur equi quoties interquieſcunt. Dictum a *Striga*, quod erat *μεταίχμιον*, et ſpatium turmarum, in quo equi ſtringebantur. a quo nomen habet, ut docet Chariſius. Hinc factum, ut, quoties interquieſcunt equi, et iumenta, dicantur *Strigare.* Sicut in vulgari ſermone Thuſco, et Germanico *ſtallare* equos dicunt perorigae, quum ad urinam emittendam quieſcunt. Quia quum recenter veniunt in ſtabulum, quod nunc *ſtallam* vocant, tunc fere urinam ſolent emittere. Ergo *ſtrigare* a *ſtriga:* quod eſt caſtrenſe vocabulum.

Neque ulla vota ſemitalibus Deis

Sibi

bulum. Nam etiam Ruſtici *Strigam* vocant in arando ſulcum, qui uno ductu prorſus peragitur in longitudinem. Atque ut *ſtrigare* equi dicuntur in actu intermittendo: ſic cum continuant actum: hoc dicitur *protelo ducere*. Lucillius: *Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri Ducere protelo validis cervicibus poſſent.* *Protelum* enim eſt continuatio, et tenor. Lucret. *Vndique protelo telorum continuato.* In vetere illo Gloſſario: *Protelum*: ἔκλαμπρον. Lego ζεύγλαμπρον, vel ἔξαμπρον, hoc eſt ζεύγλης ἄμπρευμα. *Cobum* vocari ait Feſtus. Et quod Lucillius dicit *protelo ducere*, eſt ἐξαμπρεύειν Ariſtophani Lyſiſtrata. Sed omittendum non eſt, eodem modo *ſtrigoſum* dictum a Lucillio, non ἰσχνὸν, ut vulgo accipimus, ſed in hanc ſignificationem, hoc eſt, morabundum, et tergiverſatorem. poſtea vero iumenta macilenta ita dicta: quaſi ſtrigare cogantur prae macie, et quia male curata. Eius verba ſunt: *Hice ſtrigoſu' bovinatorque, ore improbu' duro.* *Bovinator* enim ibi eſt tergiverſator, ut interpretatur ille apud Gellium: nimirum a bubus, qui in medio actu ſtrigare ſolent, neque uno protelo continuare. Atque haec de verbo ſtrigare. Porro et *ſtriga* in veteri Gloſſario exponitur ἡ κιμωλία, hoc eſt creta. ab eo, puto, quod ſtringuntur ea veſtimenta apud Fullonem. In eodem Gloſſario *ſtriga*, λαιστρυγών, καὶ γυνὴ φαρμακίς. Etiam hodie in multis locis Italiae *ſtriglam* vocant veneficam mulierem, a ſtrigibus avibus, quas Plinius ait in diris, et imprecationibus Graecorum eſſe: intelligens, puto, verſus, quibus eas devovebant. στρίγγ' * ἀποπέμπειν νυκτιβόαν, τὰν στρίγγ' ἀγελαίαν ὄρνιν ἀνώνυμον ἐνθένδ' ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας. Et ita verba Heſychii depravata reſtitue: στριγγὸς, τοῦ νυκτικόρακος, νυκτιφοίτου καλεῖται δὲ καὶ νυκτιβόα. οἱ δὲ καὶ νυκτικόρακα. Quod ſtrigas νυκτιφοίτους vocari ſolitas ait, propterea etiam Latini volaticas vocabant: In Gloſſis Iſidori: *Harpyiae*, *virgines volaticae.* quod non intelligit, quia eis eſſent alae, ſed ab ea ſignificatione.

20 SEMITALIBVS DEIS] ἐνοδίῳ, καὶ ἐνοδίᾳ. hoc eſt, ἑρμῇ, καὶ ἑκάτῃ. Iulianus ὁ παραβάτης in Epiſtolis: ἄξει δέ σε ὁ δημόσιος δρόμος ὀχήματι χρώμενον ἑνὶ, καὶ παρίππῳ. εἰ δὲ χρή τι καὶ ἐπεύξασθαι τὴν ἐνοδίαν εὐμενῆ σοι, καὶ τὸν ἐνόδιον παρακεκλήκαμεν. Sed alii Dii peculiares ſemitales: quos *Lares Viales* vocat Plautus. Eſt et *Bivia Dea* Arnobio. Nam in ambiviis, et triviis olim carri, et ciſia conducebantur. Varro Marcipore: *Hic in ambivio navim conſcendimus paluſtrem: quam nautici equiſones per viam quum ducerent*, *loco*. Hinc igitur *Semitales Dii*. Sed et *Dii Vii* poſſunt intelligi: ad quos decumae lucri omnes deferebantur, ut patet ex Epigrammate Fortunae

Praene-

Sibi esse facta, propter hoc novissimum
Paterna lora, proximumque pectinem.

Sed

Praenestinae: ubi de mercatore decumas Fortunae persolvente, haec, et de Deo Vio habentur: *Omnibus hic annis votorum more suorum Centenas adicit numero crescente coronas, Fortunae simulacra colens, et Apollinis aras, Arcanumque Vii.* -- Servius commento VII. Aeneidos, de Praeneste loquens: *Ibi*, inquit, *erant Pontifices, et Di indigetes, sicut etiam Romae.* Lege, *Dii Vii.* Apud Solinum quoque perperam legitur *fratrum Digitiorum.* Lege, *Fratrum Indigetum Viorum.* In duobus tamen Solini calamo exaratis codicibus, qui sunt penes Pithoeum nostrum, eandem scripturam corruptam vidi.

22 PATERNA LORA] *Lora τὰ ἰύληρα*, quae vocat Homerus. *Paterna*, ut ostendat Bassum *πατρόθεν, καὶ ἀνέκαθεν* a mulionibus genus ducere. Subintelligendum autem, *dedicat:* ut in illo, *Aeneas haec de Danais victoribus arma.* Semper enim fere in eum sensum reticetur verbum. In quo creberrimi sunt poetae Graeci. Ad ponam etiam Epigramma, quod Romae aliquando in pervetusto, ac pene corroso marmore vix me legere posse memini; in aedibus Massaeorum: *Φλαβιανῷ ἥρωϊ πατὴρ Δῶρος τόδε σῆμα ἐξ ἐπὶ τοῖς δέκ' ἔτη μοῦνα βιωσαμένῳ. μοῖρα γὰρ Ἀργολίδος πάτρης ἀπάνευθε Μυρίνης θάψε τε, καὶ μοιρῶν ξυνὴν ἔθη, καρετῆς.* Reticetur enim verbum *ἔκτισεν*, aut *ἀνέθετο.* et in hoc genere, ut dixi, frequentissimi Graeci.

Ibid. PROXIMVMQVE PECTINEM] Quid pectine mulioni opus, cuius mularum colla recutita, ut est apud Martialem: manni vero detonsi, ut apud Propertium: *Huc mea detonsis avecta est Cynthia mannis.* Puto *pectinem* hic non *κτεῖνα*, sed *τὸν μάστιγα* esse. Cui simile plectrum Citharaedorum. ut -- *et pectine pulsat eburno.* In veteri Glossario, Pecten, *πλῆκτρον.* Lucanus -- *eburno verbere:* -- et *Pectere verberibus* Plauto. Posset et legi *ploximum*, non *proximum.* Nam *Ploximum*, ait Festus, quo usus Catullus, Capsum in Cisio. hoc est vulgo, *Tumberellum.* Estque transpadanum vocabulum. Iste vero Bassus et Cisia duxit, et a transpadano poeta incessitur. *Cisium* vero proprium fuit Galliae Cisalpinae: ut *petoritum* Oscorum, quod ita dictum, quod quatuor rotas haberet. Nam *πέτορα* pro *τέσσαρα.* Tarentini dicebant. *Pilentum* vero Thuscorum. Apud Nonium Dictione *Carrum*, ita legito: Varro *αἰὶ λιβύη*: *Gallica petorita, carros, adcerras, Tusca pilenta.* Gallorum etiam fuit *Reda*: sicut Britannorum *Covinnus.* vetus Glossarius: *Covinus, κάῤῥον καθεθρωτόν.* Belgarum vero *Benna*, qua, etiamdum hodie utuntur. Festus ait, qui

una

Sed haec prius fuere, nunc eburnea
Sedetque sede, seque dedicat tibi,
Gemelle Castor, et Gemelle Castoris,

AD VARIUM.

Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
Dispeream, nisi me perdidit iste putus.

Sin

una in eo curru veherentur, *Combennones* dictos. Etiam in eodem Lexico Latino graeco scriptum fuit: *Convennit*, *συμβαστάζει.* perperam, pro *Combennit.* In eodem *Bennarius*, *συνηνιάρχης.*

23 NVNC EBVRNEA] Nam Praetor, et postea Consul fuit.

2 PERDIDIT ISTE POTVS] Ait se amore incensum pueri, quem nequiuscule volebat appellare, sed legibus carminis prohiberi. Nam ad nequitiam intererat *potum*, non *puerum* appellare. Siquidem *potus*, seu *putus* *ὑποκόρισμα* nutricum. In veteri Glossario: *Putus*, *μικρός*. *Puti*, *μικροί.* Etiam puerum hodie ita vocant in Italia. et Galli pusillum vocant, *petitum*, detorta voce a *putito*. Lascivia inest, ut in usu vocis, ita et in etymo. *Puta* enim *ποσθή*. Argumento *praeputium*, quasi *προποσθιον*, non a praeputando. Non et syllabae modulus refragatur, et prius ei parti id nomen imposuerunt Romani, quam scirent a Iudaeis eam praesecari solitam. Sed sigma inde extritum est, ut a *πυστὸς*, *putus* prima correpta: *aurum putum.* *πεύθειν* enim seu *πύνθεσθαι* est aurum explorare. -- *χρυσὸν πεύθονται ἀμοιβοί.* Theocritus. Ergo *πόσθη puta*, *προπόσθιον praeputium*, ut *πυστὸς putus. putum aurum.* Ergo lascivia in Graecis nutricibus *παρὰ τὴν πόσθην* pueros *πόσθωνας* vocare, eadem et in Romanis a *puta putos*, *seu potos.* unde et hodie pars in muliere, quae honeste nominari non potest, vulgo in Italia eo nomine nota est. Sic *ὑποκόρισμα* nutricum imitatus est Catullus, cum Caluum *salaputium* vocarit. plus est enim, quam si pusillum, aut puerum. erat enim brevis staturae. Cum igitur omnia tam Catulli antiquitus, quam etiam Senecae excusa exemplaria fideliter retineant *salaputium*, multum negotii exhibuit primae huius temporis notae Grammaticis. Sed Seneca ipse manifesto demonstrat nihil quam in eius staturam exiguam allusum fuisse: non autem, quod Cippum ascendisset. Sicut et Augustus, ut ait Suetonius, Horatium inter alia blandimenta *purissimum penem* vocat, hoc est, ut ipsemet interpretatur, *homuncionem lepidissimum.* quod Graece nihil aliud esset, quam *πόσθων.* ergo similiter Catullus Calvum *salaputium*, hoc est *πόσθωνα.* ficto a

puta,

Sin autem praecepta vetant me dicere: sane,
Non dicam. Sed me perdidit iste puer.

AD

puta, hoc est ποσθὴ, et salacitate nomine. Apud Plautum quoque Asinaria blandimenta mulierum sunt. — *dic me tuam Hirundinem, monedulam, passerculum putillum. Putillus* ποσθάριον, πόσθων. non *pusillum*, ut perperam immutarunt. Apud Horatium vetus lectio asserenda est: *Putam, et putillam appellet*. — Nam *puta*, et *putilla*, ὑποκόρισμα in puellas. a parte scilicet, qua puellae foeminae sunt: quae, ut dixi, ab Italis ita hodieque vocatur. *Putillam* Graecae nutrices dicebant χοιρίον. Nam χοῖρος ea pars in puellis, de qua iam dixi, et annotaverat M. Varro. Aristophanes: ἐγὼ σ' ἐπειδὰν ὑμὸς υἱὸς ἀποθάνῃ λυσάμενος ἔξω παλλακὴν, ὦ χοιρίον, χοιρίον *putilla*. Non igitur mirum, si Catullus, quem exiguum voluit vocare, eum salaputii nomine insigniat, more nutricum, salse nimis, et nequiter: quasi nondum ἀδρὸς, sed παιδάριον esset. Non enim (pace doctissimorum virorum dixerim) *salicippium*, neque καλαβώτιον, sed *salaputium*, ut habent vetera exemplaria, legendum. quanquam *salicippium* esset, ut *Crucisalus* Plauto Bacchidibus. Sed quia multis eruditis viris extorqueri non potest, quin Catullus alluserit in cippum, quem ascenderat Calvus, non in brevem eius modulum corporis: audi verba Senecae lib. VII. cont. 4.: *Erat parvulus statura: propter quod etiam Catullus in Hendecasyllabis vocat eum salaputium disertum*. Vides nullam allusionem ad cippum. Sed melius Catulli verba fidem facient: *Di magni salaputium disertum. Othonis caput oppido pusillum. Etri rustica semiplota crura, Subtile, et leve peditum Libonis*. Nam eum Othonis cuiusdam insigniter exigui caput habere dixit: crura vero brevia, sed obesiuscula (hoc enim est *semiplota*) Etrii cuiusdam tum ob surarum crassitiem vulgo notissimi: vocem vero similem ei sono, quem edebat a postica parte Libo, qui eo vitio facile laborabat. Quare *salaputium*, quae germana est lectio, iterum in sedes suas vindicandum est. Quod, ut dixi, more nutricum lusum est, a *saloputa*, quae caudam salacem (honor sit auribus) significat. Aliud vero est *salapitta* in veteri Glossario: *Salapitta* ῥάπισμα. Quam vocem ego in Arnobio offendi, sed valde dissimulatam. eius haec verba ex lib. VII. cum loquitur de Mimis: *Delectantur (Dii) ut res est, stupidorum capitibus rasis: salpictarum sonitu, atque plausu: factis, et dictis turpibus: fascinorum ingentium rubore*. Non enim ibi σαλπικτῶν intelligendum est, sed *salapittarum*. hoc est, ῥαπισμάτων. Nam ad excitandum risum Histriones sibi os percidi, et batui alapis patiebantur. Martialis. Lib. II. Epigr. 72. *Os tibi percisum est, quanto non ipse Latinus. Vilia Panniculi percutit ora*

AD VILLAM SCIRONIS.

Villula, quae Scironis eras, et pauper agelle,
Verum illi domino tu quoque divitiae:
Me tibi, et hos una mecum, quos ſemper amavi,
Si quid de patria triſtius audiero,
Commendo, in primiſque patrem. Tu nunc eris illi,
Mantua quod fuerat, quodque Cremona prius.

* * *

Pauca mihi, niveo ſed non incognita Phoebo,
Pauca mihi doctae, dicite, Pegaſides.
Victor adeſt magni magnum decus ecce triumphi.
Victor

ora ſono. Idem lib. V. Ep. 61. *O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini. Te ſucceſſurum credo ego Panniculo.* Tertullianus libro de ſpectaculis: *Inſuper contumeliis alaparum ſic os obiicit, quaſi de praecepto Domini ludat.* Cyprianus item de ſpectaculis idem innuit: *Ictibus infelix facies locatur.* Inde fluxit proverbialis loquendi mos, *os praebere alicui*: hoc eſt morigerum eſſe, Terentio, et Livio. Hoc igitur ἐν παρέργῳ monuimus, ne *ſalaputa* et *ſalapitta* idem crederes. Quod vocabulum utrunque nos nunc primum e tenebris eruimus.

1) VILLVLA] Puto hoc Epigramma ſcripſiſſe, quum ex agro Mantuano propter aſſignationem agrorum ſecederet Romam. Non dubitandum autem eundem Scironem eſſe, cuius mentio aliquando ſit apud Ciceronem.

*1 PAVCA MIHI] Scribit hoc elegans poematium ad Val. Meſſalam, virum toga, et ſago clariſſimum. Eum celebrat ob res geſtas. Praeterea et quaedam de eius ſive amaſia, ſive ſperata. Hoc enim neſcimus. Quod Virgilii ſit haec elegia, facile probatur iſtis: *Moeris paſtores, et Meliboeus erant.* Item: *Qualia Trinacriae doctus amat iuvenis.* Nam Theocritum ſtudioſe imitatus eſt. Praeterea: *Non noſtrum eſt, inquam, tantas attingere laudes*: eſt effictum ex illo: *Non noſtrum inter vos tantas componere lites.*

3 VICTOR ADEST] Innuit, ut puto, de triumpho Gallico Meſſalae. De quo haec extat vetus inſcriptio: M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALA A. DCCXXVI. CORVINVS PROCOS. EX GALLIA VII. K. APR. De eodem Tibullus: *Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes Stamina non ulli diſſolvenda Deo: Hunc fore, Aquitanas poſſet qui fundere gentes: Quem tremeret forti*

Victor qua terrae, quaque patent maria:
Horrida Barbaricae portans insignia pugnae,
Magnus ut Oenides, utque superbus Eryx.
Nec minus idcirco nostros expromere cantus
Maximus, et sanctos dignus inire choros,
Hoc itaque insuetis iactor magis, optime, curis:
Quid de te possim scribere, quidve tibi.
Namque, fatebor enim, quae maxima deterrendi
Debuit, hortandi maxima caussa fuit.
Pauca tua in nostras venerunt carmina chartas,
Carmina cum lingua, tum sale Cecropio.
Carmina, quae Pylium, saeclis accepta futuris,
Carmina, quae Pylium vincere digna senem,
Molliter hic viridi patulae sub tegmine quercus
Moeris

forti milite victus Aiax. Evenere. novos pubes Romana triumfos Vidit, et evinctos brachia capta Duces. At te victrices Laurus, Messala, gerentem Portabit nitidis currus eburnus equis. Non sine me est tibi partus honos. Tarbella Pyrene Testis, et Oceani litora Sanctonici. Testis Arar, Rodanusque celer, magnusque Garumna: Garnuti et flavi caerula linfa Liger. In quibus versibus correximus *Tarbella Pyrene*, pro, *tua bella Pyrene*. Ait Tibullus non sine se partum honorem Messalae, ut qui eo bello Aquitanico militaverit, et donatus sit a Messala militaribus donis: ut in eius vita manu scripta me legere memini.

5 HORRIDA BARBARICAE] *Barbaricos* vocat Cantabros, de quibus ipse triumfavit. Poterat et legi, *Horrida Cantabricae*. Ac fortasse non inanis est ea coniectura.

6 MAGNVS VT AENEIDES] Lege, *Oenides*. Diomedes. Non enim ἐκ τοῦ Αἰνείου fit Αἰνείδης, sed Αἰνεάδης.

8 MAXIMVS] *Maximi* enim in gente Valeria. Primus Maximus vocatus fuit in ea gente L. Val. Potitus, qui de Volscis triumfavit. Ex eadem videtur fuisse Val. Maximus historicus, ineptus affectator sententiarum, quanquam non inutilis propter exempla.

14 CARMINA CVM LINGVA] *Carmina sale Cecropio* dixit, ut *domus sanie, dapibusque cruentis*.

17 MOLLITER HIC VIRIDI] Ergo et Bucolica scripsit Messala.

Moeris paſtores et Meliboeus erant.
Dulcia iactantes alterno carmina verſu,
Qualia Trinacriae doctus amat iuvenis.
Certatim ornabant omnes Heroida Divae:
Certatim Divae munere quaeque ſuo.
Felicem ante alias tanto ſcriptore puellam:
Alter non famam dixerit ipſe prior.
Non illa, Heſperidum ni munere capta fuiſſet,
Quae volucrem curſu vicerat Hippomenem:
Candida cycneo non edita Tyndaris ovo,
Non ſupero fulgens Caſſiopea polo.
Non defenſa diu volucrum certamine equorum,
Optabant Graiae quam ſibi quaeque manus.
Saepe animam generi pro qua pater impius hauſit:
Saepe rubro Eleis ſanguine fluxit humus.
Regia non Semele, non Inachis Acriſione,

Inmitti

20 QVALIA TRINACRIAE] *ἀμοιβαίοις* enim delectatur Theocritus: -- *amant alterna Camoenae.* Iuvenem eum vocat Virgilius, at Statius ſenem: - *quantumque pios ditarit agreſtes Aſcraeus, Siculuſque ſenex.* -- Sed de his non eſt putanda ratio cum poetis.

21 HEROIDA] Amaſiam Meſſalae. Cuius tamen nomen ad nos non pervenit: niſi, quod facile credo, fuerit Sulpitia Servi filia. eam enim deperiit Meſſala. id quod ex appendice Tibulli colligitur. Vbi illa ita amantem Meſſalam alloquitur: *Iam nimium Meſſala mei ſtudioſe quieſcas, Non tempeſtivae ſaepe propinque viae. Hic animum ſenſuſque meos abducta relinquo, Arbitrio quamvis non ſinis eſſe meo.* De ea poematia ſcripſiſſe Meſſalam innuit eo verſu: *Felicem ante alias tanto ſcriptore puellam.*

24 ALTER NON] Lego: *Altera non fama, dixerit ipſe, prior.* Vt praecedens verſus Meliboeo dictus ſit, huic autem *ἀμοιβαίως* ſuccinerit Moeris. Ipſe Moeris dixerit: Non ulla alia famae celebritate, aut nomine prior eſt. Quin ita loquitur Propertius: *Saepe imprudenti Fortuna occurrit amanti Crudelis Minyis dixerit Aſcanius.* Ita enim legimus, non: *dux erit.* quod eſt ineptiſſimum. Aſcanius crudelis Minyis teſtis eſſe poterit huius ſenentiae. quaenam illa eſt? *Saepe imprudenti Fortuna*

Inmitti exſpectant fulmine, et imbre Iovem.
Cuius et ob raptum pulſi liquere Penates
Tarquinii patrios, filius, atque pater.
Illo, quo primum dominatus Roma ſuperbos
Mutavit placidis tempore Conſulibus.
Multa neque inmeritis donavit praemia alumnis,
Praemia Meſſalis maxima Poplicolis. [ris?)
Nam quid ego immenſi memorem ſtudia iſta labo-
Horrida quid durae tempora militiae?
Caſtra foro ſolitos, urbi praeponere caſtra,
Tam procul hoc nato, tam procul hac patria?
Inmoderata pati nunc frigora, nuncque calores?
Stertere vel dura poſſe ſuper ſilice?
Saepe trucem adverſo perlabi ſidere Pontum?
Saepe audendo mare vincere, ſaepe hiemem?
Saepe etiam denſos inmittere corpus in hoſtes:
Communem belli nec timuiſſe Deum?
Nunc celeres Afros, perituraque millia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?

Nunc

tuna occurrit amanti. Vel ſaepe Fortuna crudelis occurrit amanti, ut teſtis Minyis eſſe poteſt Aſcanius.

34 IMMITTI EXPECTANT] Lege: *immitti expertae fulmine et imbre Iovem.* hoc eſt, ὄμβρῳ, καὶ βροντῇ τὸν Δία δεξάμεναι.

39 DONAVIT PRAEMIA] Veteres excuſi, *donavit mater.* hoc eſt Roma. et ita reponendum.

44 TAM PROCVL HOC NATO] Lego, *natos.* hoc, ſcilicet *ſolo.* Quanquam et legi poſſet, *Tam procul hinc,* fortaſſe melius.

45 IMMODERATA PATI NVNC FRIGORA] Vnice cum his conveniunt elegantiſſimi poetae Claudiani verſus, Paneg. de tertio conſulatu Honorii Auguſti: *Frigora ſaeva pati, gravibus non cedere nimbis; Aeſtivum tolerare iubar, tranſnare ſonoras Torrentum furias.* L.

Ibid. NVNC FRIGORA] Repone ex veteribus, *iam ſidera, iamque calores.*

50 COMMVNEM BELLI DEVM] Sic Virgilius in Ciri: *Communemque timere Deum.* Auctor Panegyr. Maximiano Aug. dicti:

Nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem?
Vincere et Oceani finibus ulterius?
Non noſtrum eſt, inquam, tantas attingere laudes.
Quin auſim hoc etiam dicere, vix hominum eſt.
Ipſa, haec ipſa ferent rerum monumenta per orbem:
Ipſa ſibi egregium facta decus parient.
Nos ea, quae tecum finxerunt carmina Divi,
Cynthius, et Muſae, Bacchus, et Aglaie.
Si laudes adſpirem, humili ſed adire Camena:
Si patrio Graios carmine adire ſales
Poſſumus: optatis plus iam procedimus ipſis.
Hoc ſatis eſt, pingui nil mihi cum populo.

Adſpi-

dicti: *Nec vereri dubia bellorum, nec Martem, ut dicitur, putare communem.* L.

55 NON NOSTRVM EST] Tibullus idem ad eundem Meſſalam, *Non ego ſim ſatis ad tantae praeconia laudis.*

61 SI LAVDES ASPIREM] Deſperavi omnino me huic loco remedium afferre poſſe. Quin et omnem prorſus ſpem ſanandi tollit monſtroſa lectio antiquitus excuſa: *Si laudem aſpirem humilis ſed adire ſirenas.* Forταſſe: *Si laudem Aſcrae humilis, ſi doridas eroinas.* Optima ſane ſententia. Nam qui non auſit geſta heroica tractare, unum optat, poſſe imitari Heſiodum Aſcraeum, et eius poema, Doridas Heroinas, hoc eſt μεγάλας ἠοίας. cuius hodie fragmentum extat argumento Clipei Herculis. et hoc opus ſibi proponit, ut, quemadmodum Heſiodus exemplis omnibus praeſtantiſſimarum Graeciae Heroidum undique hiſtoriarum conquiſitis Dominam ſuam celebravit: ita etiam Virgilius deſideret eius operis imitatione dominam Meſſalae ornare et ſane μεγάλας ἠοίας imitatur cum ait: *Non illa, Heſperidum* etc. *non edita Tyndaris* etc. *Non ſupero fulgens* etc. *Non defenſa diu* etc. *Regia non Semele* etc. Heſiodus vero ſemper exempla ſua incipiebat, ἢ οἵη. ut et noſter Auratus docuit, unde ἠοῖαι vocatur illud poema. Quod vero praecedit, *Nos ea* etc. ſubintelligitur, *tantum conabimur.* Tantum ea, quae tu in Heroida tuam luſiſti, conabimur.

1 ASPI.

* *
*

Adſpice, quem valido ſubnixum gloria regno
Altius et coeli ſedibus extulerat.
Terrarum hic bello magnum concuſſerat orbem:
Hic Reges Aſiae fregerat, et populos.
Hic grave ſervitium tibi, iam tibi, Roma, ferebat:
Cetera namque viri cuſpide conciderant:
Cum ſubito in medio rerum certamine praeceps
Corruit, e patria pulſus in exilium.
Tale Deae numen, tali mortalia nutu
Fallax momento temporis hora dedit.

* *
*

Quocumque ire ferunt variae nos tempora vitae,
Tangere quas terras, quoſque videre homines:
Diſpe-

1 ASPICE, QVEM VALIDO] An de Pompeio dictum? de quo et Petronius: *Ille tremor Ponti: ſaevi quoque terror Hidaſpis, Et piratarum ſcopulus. modo quem ter ovantem Iupiter horruerat. quem fracto gurgite Pontus, Et veneratus erat ſubmiſſa Boſphorus unda, Pro pudor, imperii deſerto nomine fugit, Vt Fortuna levis Magni quoque terga videret.* Item et Peto Albinovanus rerum Romanarum lib. 1. *Ille, cui ternis Capitolia celſa triumfis Sponte Deum patuere: cui freta nulla repoſtos Abſcondere ſinus: non tutae moenibus urbes.* An haec non conveniunt Pompeio, quum ipſe Romam ſervitio opprimere nunquam voluerit, et potius de Mithridate haec accipienda? Sane non video, cui magis haec accommodem.

10 TALE DEAE NVM.] Ennius VIII. Annali: -- *multa dies in bello conficit unus, Et rurſus multae fortunae forte procumbunt. Haudquaquam quenquam ſemper Fortuna ſecuta eſt. Quin et mortalem ſummum Fortuna repente Reddidit, e ſummo ut regno famul optumus eſſit.* Eſt autem *eſſit*, pro *ſit.* ut in lege XII. Tab. *Si morbus, aevitaſve vitium eſſit.*

1 QVOCVNQVE IRE] Ad Antonium Muſam medicum Auguſti ſcribit hoc epiſtolium. Fuiſſe autem elegantiſſimi, et politiſſimi ingenii tum his verſibus oſtenditur: *Cui Venus ante alias, Divi, Divumque ſorores Cuncta neque indigno, Muſa, dedere bona.* Tum etiam cognomen ipſum *Muſa*: quod ob elegan-

tiam

Dispeream, si te fuerit mihi carior alter.
Alter enim quis te dulcior esse potest?
Cui Venus ante alios, Divi, Divumque sorores,
Cuncta neque indigno, Musa, dedere bona:
Cuncta quibus gaudet Phoebus, chorus ipseque Phoebi:
Doctior o quis te, Musa, fuisse potest?
O quis te in terris loquitur iucundior uno?
Clio nam certe candida non loquitur.
Quare illud satis est, si te permittis amari,
Non contra ut sit amor mutuus inde mihi.

* * *

Quis Deus, Octavi, te nobis abstulit? an, quae
Dicunt, ah nimio pocula dura mero?

Vobis

tiam ingenii patronus ei imposuisse videtur. Hoc enim nomen quibusdam libertis impositum fuisse fidem facit illa inscriptio Romae ante portam Latinam: MVSA HOSPITIS LICINIANI. VIX. ANN. XXXV. Ita etiam Palamedem vocavit Euripides, ob solers et politum ingenium: ut in hac monodia chorus ex Nauplio Tragoedia canit: *ἐκάνετ' ἐκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοί, τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα μουσᾶν.* Meminere Antonii Musae Horatius, Plinius, Dio.

7 CVNCTA QVIBVS] Concinnius puto sic: *Cuncta quibus gaudet Phoebi chorus, ipseque Phoebus.*

9 O QVIS TE IN TERRIS LOQVITVR] Propterea et Musam, non tantum ob solers ingenium, vocatum putem. Nam et Xenophon, *ἀττικὴ μοῦσα.*

1 QVIS DEVS OCTAVI,] Inversum est hoc Epigramma: et ita, ni fallor, ordini suo restituendum: -- *Quis Deus, Octavi, te nobis abstulit? an quae Dicunt, ab nimio pocula dura mero? Scripta quidem tua nos multum mirabimur, et te Raptum, et Romanam flebimus historiam. Sed tu nullus eris. perversi dicite Manes, Hunc superesse patri quod fuit invidia Vobis: si culpa est bilis, sua quenque sequantur Fata. quid immeriti crimen habent cyathi?* Age perversi Manes, si invidistis Octavio superesse patri suo, et ita amicum vobis fuit, ut bile inter pocula, illi spiritus interceptus fuerit: sane quenque sequantur sua fata:

hoc

Vobis si culpa est bilis: sua quemque sequuntur
Fata: quod inmeriti crimen habent cyathi?
Scripta quidem tua nos multum mirabimur, et te
Raptum, et Romanam flebimus historiam.
Sed tu nullus eris. Perversi dicite Manes,
Hunc superesse patri quae fuit invidia?

hoc est, esto, non querimur mortuum esse: sed hoc tantum immeritis cyathis adscribi. Nam quid illi, qui in usum laetitiae nati sunt, metuere, ut tanto crimine male audiant? Apparet hunc Octavium inter pocula subito excanduisse: unde expiraverit. Hoc nonnulli in deterius interpretati sunt, et non bile, sed nimio vini haustu periisse iactitabant. Quare non iniuria hic poeta quaerit, vel potius dubitat, merone, an bile extinctus fuerit. τὸ QVOD usum supra in Cirin explicavimus.

7 SED TV NVLLVS ERIS] Persius Sat. V. v. 152. -- *iam fies fabula, Manes.* Et *nullus est*, mortuus est. Plautus: *Anima est amica amanti: si abest, nullus est.* Et illa tritissima in Comoediis, *Nullus sum.*

P. VIRGILII Fragmenta ex Epistola, quam ad Augustum Caesarem super Aeneide sua scripsit.

EGO VERO FREQVENTES A TE LITERAS ACCIPIO. *Et infra:* DE AENEA QVIDEM MEO, SI MEHERCVLES IAM DIGNVM AVRIBVS HABEREM TVIS, LIBENTER MITTEREM. SED TANTVM INCHOATA RES EST; VT PAENE VITIO MENTIS TANTVM OPVS INGRESSVS MIHI VIDEAR: CVM PRAESERTIM, VT SCIS, ALIA QVOQVE STVDIA AD ID OPVS, MVLTOQVE POTIORA, INPERTIAR.

INDEX

RERVM MEMORABILIVM ET VERBORVM

IN

P. VIRGILII MARONIS.

OPERIBVS.

Ecl. Bucolicorum eclogas; *G.* vel *Ge.* Georgicorum libros; *Aen.* Aeneida. *Cu.* Culicem, *Ci.* Cirim, *Ca.* Cataleсta, prior numerus Eclogam vel Librum, posterior versum designat.

A.

Adra-

INDEX.

Albu-

INDEX.

INDEX.

Arbos,

Asba-

B.

Bactra,

Con-

Cupido

D.

Damon,

Equae,

Fide-

G.

I.

Incen-

L.

Maean-

N.

Naui-

Phyl-

Q.

Stella

Symae-

Thule,

V.

Vesti-

INDEX.

X.

Z.